Digitized by Google

14
9–e
1

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
39 L
40

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

14–9. e. 1.

49
e
1

47
e
15

49.3.1.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΟΡΓΑΝΟΝ

ARISTOTELIS STAGIRITAE PERIPATETICORVM PRINCIPIS ORGANVM,

Hoc eſt, libri omnes ad Logicam pertinentes, Græcè & Latinè.

~~IVL. PACIVS~~ recenſuit, atque ex libris cùm manuſcriptis tum editis emendauit: è Græca in Latinam linguam conuertit: tractatuum, capitum, & particularum diſtinctionibus, argumentiſque, necnon perpetuis notis, & tabulis ſynopticis illuſtrauit.

Additi ſunt Indices tres: vno tractatuum & capitum; altero Græcorum verborum, tertio rerum memorabilium.

Editio Tertia.

Tot locis emendata & aucta, vt noua editio videri poſſit.

Acceſſit eiuſdem [redacted] in vniuerſum Organum Commentarius Analyticus, nunc primum in lucem editus.

Coll. Rom. Soc. Jesu Cat. Inscr.



Aureliæ Allobrogum

Ex Typis Vignonianis.

ANNO M. DC. V.

Cum priuilegiis S. Cæſareæ Maieſtatis & Chriſtianiſſimi Francorum Regis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRI ET GENEROSO DOMINO, DOMINO CAROLO BARONI à Zerotin, Nameſtij & Roſſicij Domino, &c.

IVL. PACIVS A BERIGA S. D.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Catholicus ... factus

CVM multæ ſint artes ac ſcientiæ, Dei Optimi Maximi beneficio, à mortalibus inuentæ, quibus hanc vitam multis periculis & moleſtiis obnoxiam atque implicitam tuentur & iucundã reddunt: nulla mihi videtur eſſe vel magis hominibus neceſſaria, vel cuius vtilitas ad plures perueniat quã logica facultas. Cum enim omnes pænè infinitæ ſint, vita autem humana anguſtis temporis ſpatiis ſit cõcluſa: (quod enim ſummus medicorum de arte medica pronunciauit, de omnibus ſcientiis atque artibus veriſsimè dici poteſt) neceſſariò fit, vt alii alias colant, nemo autem omnes ſibi comparare queat. quod quidem diuina prouidentia factum eſſe non dubito, quò magis humana ſocietas conſeruetur, dum ſinguli, quod ſibi à Deo tributum eſt, in commune conferũt, viciſsimque id, quo carent & egent, ab aliis accipiunt. Ergo ſinguli ferè ſingulis artibus vel ſcientiis contenti, ceteras etſi non contemnunt, tamen relinquunt, vt in ea quam quiſque delegit, magis proficere poßit,

Digitized by Google

vnam verò atque alteram ei quàm præcipuè colebant, adiunxerunt.

--pauci quos æquus amauit
Iuppiter aut ardens euexit ad æthera virtus.

Sed quia nulla eſt ars, nulla ſcientia, quæ logicis præceptis non vtatur, idcirco hanc ſolam à multis addiſci neceſſe eſt. Hæc Theologis, Iuriſconſultis, Philoſophis, Medicis, quinetiam Oratoribus & Poëtis non ſolùm eſt vtilis, ſed etiam prorſus neceſſaria. Nec perfectè vmquàm intelliget ſcientiarum theoremata, aut oratorum & poëtarum artificium, quicumque eſt Logicæ omnino expers. Itaque iure optimo Ariſtoteles huius artis ignorationem veteribus philoſophis exprobrauit: & proculdubio, ſi nunc viueret, longè plures & longè acrius eo nomine incuſaret. ipſe verò, ne in idem vitium incideret ἀπαιδευσίας καὶ ἀπειρίας, *quod aliis obiiciebat, diligentiſſimè in hanc artem incubuit, primúſque & eam abſoluit, & eius vbique præceptis rectiſſimè vſus eſt. Ac ſanè quicumque huius philoſophi ſcripta diligenter euoluet atque expendet, facere non poterit, quin præceptoris mei Iac. Zabarellæ, viri non minus doctrina quàm nobilitate illuſtris, ſententiam probet. is enim cùm Logicam doceret, antequàm ad philoſophiæ profeſſionem aſſumeretur, dicere ſolebat, Ariſtotelem potiſſimùm ob perfectam Logicæ cognitionem omnes alios philoſophos ſuperaſſe & longo interuallo poſt ſe reliquiſſe. Quamobrem cùm huius philoſophi libri*

libri omnes ſint magnifaciendi, haud poſtremo loco habendi ſunt ii qui rationis vſum luculentiſsimè commonſtrant, ac demonſtrandi, definiendi, diuidendi artem pulcherrimo ordine traditam complectuntur. Neque tamen me latet, tantam eſſe in his libris obſcuritatem, vt alii deterriti ab eorum lectione omnino abſtinuerint, alii fruſtrà laborarint, & ne hilum quidem profecerint, alii denique, ne imperiti haberentur, ea calumniari ac reprehendere auſi ſint quæ intelligere non potuerunt. ſed primi illi ignauiam, ſecundi ſtultitiam, tertii improbitatem ſuam oſtenderunt: de Ariſtotelis auctoritate nihil detraxerunt. nam à pulcherrimis & vtiliſſimis rebus propter earum difficultatem abſtinere, abiectiſsimi animi eſt indicium ad Ariſtotelis autẽ libros illotis manibus, & fideli ac docto præceptore destitutũ accedere, vt quidam ſummus vir dixit, amentia eſt. quæ verò non intelligit, nemo culpare ſolet, niſi planè improbus & ſophiſta. Quibus igitur licet, hi alacriter & optima ſpe ad Ariſtotelis Logicam accedant, neq́ putent ſe oleum & operam perdituros, ſi ſeſquiannum in ea diſcenda conſumpſerint. Qui verò vel tarditate ingenii, vel doctoris inopia, vel alia ratione impediuntur, quò minus in Ariſtotelis Organo verſari vtiliter poſſint, hi ſtudiis ſuis aliter conſulant, ſumpto à Procis illis exemplo, qui cùm Penelope frui non poſſent, ad ancillas animos converterunt. Quanquam ſpero hos quoque, ſi noſtra editione vti voluerint, &

diligentiam adhibuerint, fructum aliquem ex iis libris capere poſſe. nam ex Græco contextu quamplurima menda ſuſtulimus, ſectiones & interpunctiones ferè omnes emẽdauimus, interpretationem quàm maximè potuimus perſpicuam, aliáque adiunximus, quæ & Ariſtotelis methodum declarare, & loca obſcura illuſtrare nobis videntur. In tenui re fortaſſe multis videbimur laboraſſe: cùm poſsimus, eorum potius quàm noſtro iudicio, maiora præſtare. ſed nec tenuis eſt labor, nec modicam (niſi mea me ſpes fallit) vtilitatem ex his noſtris qualibus qualibus laboribus ſtudioſi conſequentur. nolo enim cum poëta dicere,

--At tenuis non gloria:--

quia non gloriæ cauſa, ſed ad publicam tantùm vtilitatem reſpiciens, omnem laborem pertuli. Cuius quidem publicæ vtilitatis, Illuſtris ac Generoſe Baro, cùm te ſtudioſiſsimum eſſe animaduerterim: ſperaui, ſi ſub tuo nomine hoc opus emitterem, non ingratum tibi fore. Tu namque literatos homines & bonarum artium ſtudioſos ſumma beneuolentia complecteris, & omni beneficiorum genere proſequeris: veteris autem ſapientiæ monumenta adeò nocturna ac diurna manu teris, vt nemo mirari debeat, ſi magis, quàm in ætatem tuam cadere poſſe videatur, animum excolueris, pulcherrimarúmque rerum & linguarum cognitione ornaueris. Sed aliter facere minimè poſſes, cùm ex nobiliſsima illa ZEROTINORVM *familia ortus ſis, quæ non ſolum*

ſum virtutibus bellicis, ſed etiã togatis ſemper floruit: nec vllis vnquam impenſis pepercit, vt viros doctos aleret, foueret, adiuuaret. Meritò igitur ad te mitto Ariſtotelis Peripateticorum, ac (niſi nomen inuidioſum eſt) philoſophorum omnium principis volumen primum, quo omnium ſcientiarum atque artium fundamenta continentur. Non eges tu quidem his logicis præceptis: quippe qui ea iam didiciſti, & ad grauiora ſtudia animum appuliſti: domique doctiſſimos præceptores habes, à quibus hæc & multò maiora petere potes. Sed tamen quæ olim didiciſti, non ſine honeſta (vt opinor) voluptate in memoriam hos libros legens poteris reuocare. Vtut ſit, hac ratione tam apud te ipſum, cuius virtutes cum admiratione veneror & colo, quàm apud alios volui teſtatum relinquere ſummum quo flagro deſiderium tibi gratificandi & obſequendi. Etiam atque etiam vale Illuſtris & Generoſe Domine Baro. Deus te quamdiutiſſimè incolumem ſeruet. Ex meo muſeo, Nonis Martiis, cIɔ Iɔ LXXXIV.

Typographus Lectori S. D.

NE IGNORES, amice Lector, quæ in hac nouiſſima Ariſtotelici Organi editione à IVLIO PACIO præſtita ſunt: paucis ea tibi indicare operæ pretium duxi.

I. Contextum Græcum, quem antea cum vno codice manu ſcripto, & cum variis editionibus, ac Græcorum interpretum commentariis contulerat, nunc ad quinque manu exarata exemplaria, quorum ex inſtructiſſima & optimorum librorũ refertiſſima Palatina bibliotheca, beneficio illuſtriſſimi ac Clementiſſimi Principis IOHANNIS CASIMIRI Comitis Palatini ad Rhenum, Ducis Bauariæ, Electoralis Palatinatus Adminiſtratoris, &c. ſibi copia facta fuit, diligenter recognouit, multis locis emendauit, nonnulla etiam ſuppleuit, vt cap. 17. libri Elenchorum ſuppleuit hęc verba, quæ ad orationẽ perficiendam erant neceſſaria: ἐρωτῆσαι τὸν ἐρωτῶντα· καὶ διὰ τοῦτο, ἄλλο μὲν καταζῆσαι αὐτὸν, ἄλλο δ' ἰδιάζοντα τὸν ἐρωτῶντα καὶ ἀπορῆσαι ἐν τῷ ὑμετέρῳ ματι. Reliqua nimis longum eſſet recenſere, ac poteris vel per te collatâ hac cum aliis editionibus, vel aliquando ex notis ipſius PACII perſpicere. Itaque Pacianæ coniecturæ de quibuſdam locis emendandis, in ſpacio prioris editionis adſcriptæ, iam ſunt fermè omnes in contextum receptæ propter librorum ſcriptorum, quibus confirmantur, auctoritatem. Quod verò attinet ad caput trigeſimum primum (ſecundum Iſingrinianam diſtinctionem) libri primi Priorum Analyticorum, vbi editiones illæ habent lacunam & aſteriſcum: PACIO nihil videtur deeſſe, ſed ſententia optimè conſtare; vt vix quicquam poſſit interiici, quin ſententia turbetur & interrumpatur. nec verò vllus ex illis ſex manu exaratis codicibus, nec Louanienſis editio, quæ prodiit anno M. D. XXIII. nec Venetæ vllum defectus ſignum habent.

II. Interpretationem ſuam Latinam recognouit, ac multis locis correxit & à tertio capite Octaui Topici prorſus nouam fecit.

III. Diſtinctionem ſuam in Tractatus & capita in ipſo contextu Latinè tantum inſeruit, vt & Ariſtotelea methodus appareat, & contextus Gręcus purus putus maneat. In particuliſque diſtinguendis, ob eandem cauſam ſuperiores (vt vocant) cifras adhiberi voluit.

IV. Vulgatam capitum diſtinctionem, quæ apud Latinos videtur magis recepta, (mirificè enim variant editiones) ad oram libri iuxta Latinã trãſlationem adſcripſit, cùm vt eius interpretatio faciliùs cum aliorum verſionibus poſſit conferri, tum etiam vt ſingula huius Organi loca, quę interdum à recentioribus ſcriptoribus ſub illa capitum diſtinctione indicantur, inueniri poſſint.

VI. Reperies præterea ad oram libri tam in Poſterioribus Analyticis, quàm in Topicis cifras (quas vocant) arithmeticas, 1, 2, 3, 4, &c. His ſcito in Poſterioribus indicari contextus ſecundum diuiſionẽ Commentatoris, quam multi, præſertim Itali & Hiſpani Philoſophi ſequuntur in locis Ariſtotelicis citandis. In Topicis autẽ ſignificatur, quotus eſt quiſque locus dialecticus ad quodlibet problema pertinẽs,

prout

prout loci ipſi ab ipſo PACIO numerantur & diſtinguuntur.

VII. Inuentionis typum (pag. 250.) ad mentem Ariſtotelis deſcripſit: quia vulgò nec idem eſt in omnibus editionibus, nec vllus extat, qui vel antiquum auctorem habeat, vel commodè ſit deſcriptus. Nam in aliis deſcriptionibus nec elementa ſuo ordine ſunt ſcripta, & problema cum medio termino & propoſitionibus eſt commixtum: Sed hæc omnia ſunt in Paciano typo diſtincta, & Ariſtotelica ſerie delineata.

VIII. In calce tres indices appoſiti ſunt: Primus librorum, tractatuum & capitum: alter Græcorum verborum, quæ notatu digna videntur: tertius rerum memorabilium.

Hæc PACIVS tuus, Optime Lector, hoc tempore præſtitit, mox idem operæ in cætera eiuſdem Philoſophi volumina collaturus, & alia non minùs vtilia adiuncturus, quibus ſtudia tua promoueantur. Nam qui totum philoſophiæ ſtudium aſpernantur, iis non cupit ſatisfacere. Cum optimis autem & præſtantibus viris, qui, vt hæc non contemnunt, ita maiora à Iureconſulto præſtari poſſe ac debere cenſent, hac de re diſputare recuſat: tantùm ait hoc ſibi eſſe otium, non negotium ſibíque non minùs permittendum philoſophari, quàm aliis ludere, aut deambulare. Tu, Lector, vale, & PACII laboribus fruere. Vtilitatem autem Logicæ artis, & quanti eam Patres fecerint, ex Auguſtino & Hieronymo cognoſce.

Auguſtinus de doctrina Chriſtiana lib. 2. cap. 31.

Diſputationis diſciplina ad omnia genera quæſtionum, quæ in literis ſacris ſunt, penetranda & diſſoluenda, plurimùm valet. *& cap. 37.*

Scientia concluſionum & definitionum & diſtributionum plurimùm lectorem ſcripturarum adiuuat.

Idem alibi de cognitione veræ vitæ.

Dialectica, *inquit*, diſſerendi potens, potenter dubia quæq; definiens cunctas ſcripturas euibrans atque euiſcerans, exactam humanam ſapientiam annihilans. *Idem lib. de ord.*

Quando ergo ratio ad alia fabricanda tranſiret, niſi ſua ipſius machinamenta diſtingueret, notaret, digereret, proderétq; ipſam diſciplinam diſciplinarum, quam Dialecticam vocant? hæc docet docere: hæc docet diſcere. *Idem contra Academicos lib. 3. cap. 13.*

Logicam, ſcientiam veritatis appellat, & ad omnem ſapientem pertinere affirmat. *Hieronymus in Ezechielem.*

Verè quicquid in ſeculo peruerſorum dogmatum eſt, quicquid ad terrenam ſcientiam pertinet & putatur eſſe robuſtum, hoc dialecticâ arte ſubuertitur, & inſtar incendii in cineres fauillásque diſſoluitur, vt probetur eſſe nihili, quod putabatur eſſe fortiſſimum.

ΕΙΣ ΟΡΓΑΝΟΝ
ἈΡΙΣΤΟΤΈΛΟΥΣ.

Ἡ δὴ ἡ βίβλος Ἀριστοτέλους λογικῆς παιδείης,
Ὄργανον τὴν κάλεσαν σοφίης εἰδήμονες ἄνδρες.
Ἀλλά μιν αἰθομένῳ πυρὶ λαμπετόωντι ἐΐσκω·
Φῶς γὰρ ἀληθείης παρέχει, ψεῦδος τιμωρᾷ δέ.

~~IVLIVS PACIVS~~ ita interpretabatur:

Scripſit Ariſtoteles Logica hoc ſuper arte volumen,
Organon appellat ſophiæ quod quiſque peritus:
Aſt ego fulgenti aſsimilo ardentíque vapori,
Lamina quòd veri præbet, falsúmque perurit.

IN

IN ARISTOTELEM ~~IVLII PACII~~
PHILOSOPHI ET I.C. CLARISSIMI.

Magnus Aristoteles magnum hæc monumenta per orbem
  Ingenij ſparſit non peritura ſui:
Hinc vt inexhauſto fontis de gurgite manat,
  Mens hominis ſolidæ quicquid habet Sophiæ.
His ſed inepta manus ſcribarum, & longa vetuſtas
  Errores varios intulit, ac tenebras.
Adde, quòd & per ſe non cuiuis peruia paſſim
  Obſcuros habeant difficiléſque locos.
Suſtulit errores penitùs, tenebráſque remouit
  Pacivs, obſcuros explicuítque locos.
Inde noua Auctori diuino reddita lux eſt,
  Illuſtríque ſimul Pacivs ore nitet,
Pacivs ingenióque potens, & fulmine linguæ,
  Raráque Muſarum gloria, Iuris honos.
Quem Nicer, & Nicri colles mirantur, honorant;
  Heroáſque inter Semideóſque locant.
Viue diu, Paci cultiſſime, viue, valéque,
  Vt Sophiæ & Nicro commoda plura feras.

Iohan. Postivs, Aulæ
Palat. Elect. Medicus f.

In Organon Ariſtotelis.

A

IVL. PACIO PHILOSOPHO ET IVRISCONSVLTO CLARISSIMO, DENVO editum & emendatum.

Quicumque ille fuit, qui primus, candide Lector,
De Logica, magni dogmata Ariſtotelis,
Organon inſcripſit; ſi quis me iudice certet,
Is penitus mentem vidit Ariſtotelis.
Scilicet apta ſuis ſunt multa vocabula rebus,
Naturámque rei nomina ſæpe notant.
Namque ſuam veluti faber infeliciter artem
Exercet, cœptum nec bene limat opus,
Organa non habeat ſi conuenientia, ſummam
Quîs operi poſſit impoſuiſſe manum:
Sic etiam ingenuas docet infeliciter artes
Nec verum à falſo ſepoſuiſſe poteſt,
Organon hoc, apto Sophiæ cognomine dictum,
Diuini quiſquis ſpernit Ariſtotelis.
Vſibus ergo mihi quondam bene, quottidianis,
Crebriſque & doctis cognite colloquiis,
Pallatinus vbi Rheni, Leo temperat vndas,
Vitiferóſque Nicer lambit & ambit agros,
Non equidem tam debueras hoſtiliter vnquam,
Petre, Stagiritæ rodere, Rame, ſenis
Organon hoc, quo non alius præſtantior vllus
Exſtat & in Logica doctior arte liber,
Fœcunda veterum reliquus de gente Sophorum,
Qui Logicam ſcriptis explicuere ſuis,
Illius & verum docuere fideliter vſum,
Quo vera à falſis ſint dirimenda modo,
Tradenda quauis rectè & prudenter in arte,
Ingenuos omnes quam didiciſſe iuuat,
Firma refellendis quæ ſuggerit arma ſophiſtis,
Qua nequit hæc hominum vita carere diu.
Ergo tua liceat verum mihi dicere pace,
Rame vir ingenio magne, nec arte minor,
Eloquióque potens, quo te perſæpe tonantem
Audiit attenta vitifer aure Nicrus;
Et penitus ſenſus animi reſerare latentes;
Sic tamen, vt ſemper ſim meliora ſequi
Monſtrantem placidè & certa ratione, paratus:
(Sit procul à doctis faſtus & ira viris.)
Non inter ſolidè, ſtat doctos ille, nec vnquam
Magnus erit, nimiùm cui tua, Rame, placent

Omnia

Omnia ſcripta, quibus nimis es mordaciter auſus
Docta Stagiritæ carpere ſcripta ſenis,
Organon imprimis, Sophię quod nomine dignum,
In Logica ſummum poſſidet arce locum,
Iuréque fert palmam. nec enim vel priſca tulerunt
Sæcula, vel melius poſtera ſæcla ferent.
Exigua hæc laus eſt, ſatis haud perſpecta, licenter
Cuncta Stagiritæ rodere dicta ſenis.
Rectiùs ille facit, tuą qui nimis aſpera ſcripta
Cum magni cautè iungit Ariſtotelis,
Iudicio exacto, & quos mentis acumine miro,
Ante bis abſoluit ſæcula dena, libris,
Nempe inter ſe compoſita vt contraria, verum
Monſtrent & lumen clarius inde ferant.
Nec verò, vt primus, nec ſic ego ſentio ſolus,
Nec noſtri, hic error, ſolius error erit.
Eſt mea (certa loquor) ſententia, maxime Lipſi,
Iudicio prorſus congrua, Iuſte, tuo.
Senſit idem Euclides, Fabius, magnúſque Galenus,
Romaníque parens Tullius eloquij.
Senſit idem Latio Thomas oriundus Aquino,
Magnus idem Albertus nomine, réque, probat,
Senſit idem Picus Mirandula, idémque probarunt
Aſſenſu ſemper Aldus vterque ſuo.
Senſit magnus idem Stapulenſis, idémq; probauit
Parriſiæ ſemper tota corona ſcholæ,
Vicóque mercatus, Montaureus, & Goueanus,
Fernelius, Vatablus, Scaligeríque duo,
Turnebus, Petrus Victorius, & Zarabella,
Orgáni & interpres fidus Ariſtotelis
Gruchius, ambo etiam Stephani, gnatúſq; patérq;,
Conſona qui Stephani nomina rebus habent.
Senſit Eraſtus idem, ſenſitq; Xylander, & omnis
Teutonis, & tellus Itala ſenſit idem.
Senſit idem, parua Sleidæ prognatus in vrbe
Sturmius, & Sueuo Schegkius ortus agro.
Et Camerariadûm decus immortale Iochimus,
Cui patrium præbet Francica terra ſolum:
Tum, qui me primas docuiſti ſedulus artes,
Et puerum linguas, Nouiomage, duas,
Tollit vbi celſas cælo Dauentria turreis
Et Rhenus magnum tendit in Oceanum;
Mille alij, hîc quorum ſi ponere nomina tentem,
Ne mora ſit, vereor, longa futura nimis.
At quo iudicio, quo mentis acumine, quanta
Doctrina, ingenio, qua pietate viri!
Omnes præſtantes virtutibus, artibus omnes,

Omnes flos patriæ deliciúmque ſuæ.
Horum ego iudiciis mâlo ſtare, aurea magni
Dogmata quàm paſſim vellere Ariſtotelis.
Vellem ergo, hîc quidquam ſi nunc mea vota valerent,
Infectum, factum poſſe tuum fieri.
Téque, Stagiritam non tam laceraſſe malignè;
At mihi, Rame, tamen cetera magnus eris,
Vnum ante atque annos mihi coniunctiſſime denos,
Doctrinam propter eloquiúmque tuum.
Vera boni laus eſt doctoris, cuncta benignè
Cuiuſque obſcurè dicta, vel ambiguè
Scriptoris, verum cuius perquirere ſenſum,
Diſcipulíſque ſtudet propoſuiſſe ſuis,
Non damnare, ſed in meliorem flectere ſemper
Partem, nec rabidæ rodere more canis,
Res quantum præſens, & cauta modeſtia, quantum
Contextus fieri hoc condicio patitur.
Ergo magna tibi debetur gratia, IVLI,
Almæ qui nomen nobile pacis habes,
Quòd gratus tali & prudens moderamine tractas
Organon hoc Sophiæ nobile Ariſtotelis,
Illius vt meliùs, veri ſtudioſa iuuentus
Germanum ſenſum verbáque percipiat,
Nec, qui mos multis, quàm nouerit, oderit antè
Docta Stagiritæ & ſcripta diſerta ſenis.
Rectiùs hoc quanto & meliùs, quàm dente maligno
Rodere, vel magnum ſpernere Ariſtotelem
Non intellectum, non lectum, haud denique viſum
Sæpe! quis hoc ſana mente probare queat?
Hoc elegis vnum breuibus te, candide Lector,
His moneo, nigro ſed ſine felle, meis.
Tu fruere hoc lætus preſtanti munere PACI,
Et placita monitus accipe mente meos.

LAMBERTVS ὁ Πιθοποιὸς facieb. exeunte menſe Iulio, anno 1590. ad amœniſſimam Heydelbergenſium Lycocrenen, quam Poëta optimus Horatius, quaſi ſępe coràm, multúmque & diu eam eſſet contemplatus, pulcherrima lectúq; iucundiſſima Oda 13. lib. 3. deſcribere ſub Blanduſiæ nomine, viuíſque coloribus depingere, mihi videtur.

De Dia-

De Dialectico & Dialectica.

Plato in Cratylo.

Τὸν ἐρωτᾶν καὶ ἀποκρίνεσθαι ἐπιστάμενον, ἄλλο τι σὺ καλεῖς ἢ διαλεκτικόν; Οὐκ· ἀλλὰ τοῦτο.

Eum qui interrogare & reſpondere ſcit, alium quempiam vocas, quàm dialecticum? Minimè: ſed hunc ipſum.

Cic. 5. Tuſcul.

Per omnes partes ſapientiæ manat & funditur, quæ rem definit, genera diſpertit, ſequentia adiungit, perfecta concludit, vera & falſa diiudicat differendi ratio & ſcientia. Ex qua cùm ſumma vtilitas exiſtit ad res ponderandas, tum maximè ingenua delectatio, & digna ſapiẽte.

SYNOPSIS SEV METHODVS LIBRORVM QVI IN HOC ORGANO CONTINENTVR.

ISAGOGE PORPHYRII *(pag.3.)* non eſt pars Logicæ, ſed introductio ad Logicam: quia Porphyrius non auctoris, ſed interpretis munere fungitur, explicans quinque vocabula, quibus Ariſtoteles in libris logicis frequenter vtitur, præſertim in Categoriis.

Logica verſatur circa ſyllogiſmum. itaque in hoc organo explicantur,

- I. Syllogiſmi partes,
  - Quæ ſignificant primas notiones. — CATEGORIÆ. *Pag.35.*
  - Quæ ſunt ſecundæ notiones. — DE INTERPRITATIONE. *Pag.85.*
- II. Syllogiſmus
  - Generaliter. — PRIORA ANALYTICA. *Pag.123.*
  - Specialiter, id eſt,
    - Demonſtratiuus. — POSTERIORA ANALYTICA. *Pap.411.*
    - Dialecticus. — TOPICA. *Pag.491.*
    - Sophiſticus. — DE SOPHISTICIS ELENCHIS. *Pag.681.*

Singulorum librorum ſpecialem methodum vide ſuis locis.

ΠΟΡΦΥ-

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ
ΕΙΣΑΓΩΓΗ.

PORPHYRII
ISAGOGE,

~~IVLIO PACIO~~

interprete.

A. j.

SYNOPSIS SEV METHODVS ISAGOGES PORPHYRII.

HVIVS libelli tres ſuntpartes,

- Præfatio. *Cap.* 1.
- TRACTATVS I.
  - Expoſitio quinque vocum, id eſt,
    - Generis & ſpeciei. *Cap.* 2.
    - Differentiæ. *Cap.* 3.
    - Proprij. *Cap.* 4.
    - Accidentis. *Cap.* 5.
- TRACTATVS II.
  - Collatio quinque vocum,
    - Omnium inter ſe. *Cap.* 6.
    - Generis cum
      - Differētia. *Cap.* 7.
      - Specie. *Cap.* 8.
      - Proprio. *Cap.* 9.
      - Accidēte. *Cap.* 10.
    - Numerus collationum. *Cap.* 11.
    - Differentiæ cū
      - Specie. *Cap.* 12.
      - Proprio. *Cap.* 13.
      - Accidēte. *Cap.* 14.
    - Speciei cum
      - Proprio. *Cap.* 15.
      - Accidēte. *Cap.* 16.
    - Proprij, & accidentis. *Cap.* 17.

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ ΕΙΣΑΓΩΓΗ.

PORPHYRII ISAGOGE.

Præfatio. Cap. I.

1 Subiectum, vtilitas, 2 & methodus huius libri. 3 Queſtiones omittendæ, 4 Reductio huius libri ad logicen.

ΟΝΤΟΣ ἀναγκαίου, Χρυσαόριε, καὶ εἰς τὴν τῶν παρὰ Ἀριστοτέλει κατηγοριῶν διδασκαλίαν, τοῦ γνῶναι τί γένος, καὶ τί διαφορά, τί τε εἶδος, καὶ τί ἴδιον, καὶ τί συμβεβηκός, εἴς τε τὴν τῶν ὁρισμῶν ἀπόδοσιν, καὶ ὅλως εἰς τὰ περὶ διαιρέσεως καὶ ἀποδείξεως χρησίμης οὔσης τῆς τούτων θεωρίας· 2 Σύντομόν σοι παράδοσιν ποιούμενος, πειράσομαι διὰ βραχέων, ὥσπερ ἐν εἰσαγωγῆς τρόπῳ, τὰ παρὰ τοῖς πρεσβυτέροις ἐπελθεῖν, τῶν μὲν βαθυτέρων ἀπεχόμενος ζητημάτων, τῶν δὲ ἁπλουστέρων συμμέτρως στοχαζόμενος.

3 Αὐτίκα περὶ γενῶν τε καὶ εἰδῶν, τὸ μέν, εἴτε ὑφέστηκεν, εἴτε καὶ ἐν μόναις ψιλαῖς ἐπινοίαις κεῖται· εἴτε καὶ ὑφεστηκότα σώματά ἐστιν, ἢ ἀσώματα· καὶ πότερον χωριστά, ἢ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς καὶ περὶ ταῦτα ὑφεστῶτα, παραιτήσομαι λέγειν· βαθυτάτης οὔσης τῆς τοιαύτης πραγματείας, καὶ ἄλλης μείζονος δεομένης ἐξετάσεως. 4 Τὸ δ' ὅπως περὶ αὐτῶν τε καὶ τῶν προκειμένων λογικώτερον οἱ παλαιοὶ διε-

CVM ſit neceſſe, Chryſaori, & ad Categoriarum Ariſtotelicarũ [a] doctrinã, noſſe quid ſit genus, quid differentia, quid ſpecies, quid proprium, quid accidens, & ad definitiones [b] afferendas, & omnino ad ea quæ ad diuiſionem [c] & demonſtrationem [d] *ſpectant*: cúmque vtilis ſit horum [e] cognitio:

2 Breuem tibi tractationem faciens, tentabo paucis, vt inſtitutionis ratio poſtulat, ea, quæ apud priſcos *philoſophos extant*, percurrere, ab abſtruſioribus quidem quæſtionibus abſtinens, ſimpliciores verò modicè coniectans [f].

3 Ne longè abeam, de generibus & ſpeciebus, conſiſtántne *in rerum natura*, an in ſolis nudis [g] animi notionib. poſita ſint: &, ſi conſiſtunt *in rerum natura*, num corpora ſint, an incorporalia: & vtrùm ſeparata [h] *ſint*, an in *rebus* ſenſilibus & circa has conſiſtant, recuſabo dicere: cùm abſtruſiſſima ſit huiuſmodi tractatio, & alius [i] maioris indigeat exquiſitionis. 4 Quemadmodum autem de his [k] ac de *reliquis* [l] propoſitis [m] magis ad logicen accommodatè [n] veteres diſ-

Cap. II

a Quia ſæpe Ariſtoteles mentionem facit horum quinque vocum in libro Categoriarum.

b Quia vera definitio cõſtat ex genere & differẽtiis. interdũ loco differẽtiarum vtimur propriis. accidentia verò cognoſci debent, vt vitentur.

c Quia genus diuiditur in ſpecies per differentias. Interdum etiam diuiditur propriis & accidentibus.

d Quia demonſtratur proprium de ſpecie per differentiã vel definitionem.

e Id eſt, categoriarum, definitionum, diuiſionũ, demonſtrationũ. Alii referunt ad quinque voces, genus, differentiam, &c.

f Quoniam hic liber non eſt logicæ pars, ſed introductio ad logicam, & lexicon quoddam logicũ.

g Solæ & nudæ animi notiones ſunt, quibus nihil in rerum natura reſpondet, vt notio Chimeræ.

h A rebus ſenſilibus, vt Plato exiſtimauit, qui conſtituit ideas ſeparatas ab iis quæ ſub ſenſum cadunt.

i Pertinet enim ad primam philoſophiam.

k Genere & ſpecie.

l Differẽtia, proprio, accidente.

m In prima particula.

n Quidam interpretantur, probabiliús.

ſeruerunt,& horum maximè Peripatetici; nunc tibi tentabo monſtrare.

λαβον, καὶ τούτων μάλιστα οἱ ἐκ τοῦ περιπάτου, νῦν σοι πειράσομαι δεικνύναι.

EXPOSITIO QVINQVE VOCVM, TRACTATVS PRIOR.

De genere & ſpecie. Cap. II.

1 ¶ De homonymia generis, & ſpeciei. 2 ¶ De genere. Significatio prima. 3 Significatio altera. 4 Expoſitarum ſignificationum collatio ab vſu, 5 & origine. 6 Significatio tertia. 7 In hac tertia ſignificatione genus accipi à philoſophis. 8 Definitio, & exẽplum. 9 Protheoria ſequentis expoſitionis. 10 Expoſitio definitionis prior, qua oſtenditur nihil in definitione deſiderari, quia per eam genus ſeiungitur ab aliis categorematis, id eſt, indiuiduo, 11 ſpecie, 12 proprio, 13 differentia, & accidente. 14 Expoſitio poſterior: qua, vt appareat nihil in definitione ſuperuacuum eſſe, declaratur vſus ſingularum particularum definitionis: hoc eſt, Dici de pluribus, 15 Differentibus ſpecie, 16 In quæſtione quid eſt. 17 Concluſio. 18 ¶ De ſpecie. Significatio prima. 19 Significatio ſecunda. 20 Obiectionis ſolutio. 21 Definitiones. 22 Diſcrimen dictarũ definitionũ mox explicandũ. 23 ¶ De generum & ſpecierum diuiſione. Singularum categoriarum partes ſeu membra. 24 Exempla in categoria ſubſtantiæ. 25 Habitus ſubalternorum, 26 generaliſſimi, 27 & ſpecialiſſimi. 28 Definitiones generaliſſimi, 29 ſpecialiſſimi, 30 & ſubalternorum. 31 Expoſitio à ſimili. 32 Numerus generaliſſimorum, 33 ſpecialiſſimorum, 34 & indiuiduorum. 35 De ſcientia. 36 De adſcenſu & deſcenſu in categoriis. 37 De ratione attribuendi & ſubiiciendi. 38 De indiuiduis. 39 De ratione totius continentis & partis contentæ. 40 ¶ Epilogus.

CAP. II.
a Simul explicat genus & ſpeciẽ, quia ſunt relata: vtráque priùs diſtinguit quàm definiat, quia ſunt vocabula homonyma. Porrò diſtinctio generis petita eſt ex li. 4. primæ philoſophiæ, c. 28.
b Vno modo dici, vnam rem ſignificare.
c Hercule.
d Id eſt, Heraclidarum genus.

VIDETVR [a] autem neque genus neque ſpecies ſimpliciter dici [b]. 2. Genus enim dicitur collectio aliquorum, qui ad vnum quiddam & inter ſe quodam modo affecti ſunt. Qua ſignificatione dicitur Heraclidarum genus ex habitudine quæ *eſt* ab vno (nimirum *ab* Hercule) & multitudinis eorum qui neceſſitudine *ab* illo [c] *ducta* ſunt aliquo modo inter ſe coniuncti: vt ab aliis generibus diſtinguatur, *ita* [d] appellatum. 3 Rurſus & aliter genus dicitur principium, vnde quiſque ortum ducit: ſiue *conſideretur ortus* ab eo qui genuit, ſiue à loco in quo genitus eſt. ſic enim dicimus Oreſtem à Tãtalo genus ducere, Hyllum ab Hercule: & rurſus Pindarum eſſe genere Thebanum: Platonem,

ΕΟΙΚΕ δὲ μήτε τὸ γένος μήτε τὸ εἶδος ἁπλῶς λέγεσθαι. 2 Γένος γὰρ λέγεται καὶ ἡ τινῶν ἐχόντων πως πρὸς ἕν τι καὶ πρὸς ἀλλήλους ἄθροισις. καθ' ὃ σημαινόμενον, τὸ Ἡρακλειδῶν λέγεται γένος ἐκ τῆς ἀφ' ἑνὸς σχέσεως (λέγω δὴ τοῦ Ἡρακλέους) καὶ τοῦ πλήθους τῶν ἐχόντων πως πρὸς ἀλλήλους τὴν ἀπ' ἐκείνου οἰκειότητα, κατὰ ἀποτομὴν τὴν ἀπὸ τῶν ἄλλων γενῶν κεκλημένον. 3 Λέγεται δὲ καὶ ἄλλως πάλιν γένος, ἡ ἑκάστου τῆς γενέσεως ἀρχή, εἴτε ἀπὸ τοῦ τεκόντος, εἴτε ἀπὸ τοῦ τόπου ἐν ᾧ τις γέγονεν. οὕτω γὰρ Ὀρέστην μὲν ἀπὸ Ταντάλου φαμὲν ἔχειν τὸ γένος, Ὕλλον δὲ ἀφ' Ἡρακλέους· καὶ πάλιν, Πίνδαρον μὲν Θηβαῖον εἶναι τὸ γένος· Πλάτωνα δὲ, Ἀθηναῖον.

Ἀθηναῖον· καὶ γὰρ ἡ πατρὶς, ἀρχή τίς ἐστι τῆς ἑκάστου γενέσεως, ὥσπερ καὶ ὁ πατήρ. 4 Τοῦτο δὲ ἔοικε πρόχειρον εἶναι τὸ σημαινόμενον. Ἡρακλεῖδαι γὰρ λέγονται, οἱ ἀπὸ γένους καταγόμενοι Ἡρακλέους· καὶ Κεκροπίδαι, οἱ ἀπὸ Κέκροπος· καὶ οἱ τούτων ἀγχιστεῖς. 5 Καὶ πρότερόν γε ὠνομάσθη γένος, ἡ ἑκάστου τῆς γενέσεως ἀρχή· μετὰ δὲ ταῦτα καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς, οἷον τῆς Ἡρακλέους· ὃ ἀφορίζοντες, καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων χωρίζοντες, ἔφαμεν τὸ ὅλον ἄθροισμα, Ἡρακλειδῶν γένος. 6 Ἄλλως δὲ πάλιν γένος λέγεται, ᾧ ὑποτάσσεται τὸ εἶδος, καθ' ὁμοιότητα ἴσως τούτων εἰρημένον. καὶ γὰρ ἀρχή τίς ἐστι τὸ τοιοῦτον γένος τῶν ὑφ' αὐτὸ, καὶ δοκεῖ καὶ τὸ πλῆθος περιέχειν πᾶν τὸ ὑφ' αὐτό. 7 Τριχῶς οὖν τοῦ γένους λεγομένου, περὶ τοῦ τρίτου παρὰ τοῖς φιλοσόφοις ὁ λόγος. 8 Ὃ καὶ ὑπογράφοντες ἀποδεδώκασι, γένος εἶναι λέγοντες τὸ κατὰ πλειόνων καὶ διαφερόντων τῷ εἴδει, ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορούμενον· οἷον τὸ ζῶον. 9 Τῶν γὰρ κατηγορουμένων, τὰ μὲν, καθ' ἑνὸς λέγεται μόνου, ὡς τὰ ἄτομα, οἷον Σωκράτης, καὶ τὸ ὅδε, καὶ τὸ τοῦτο· τὰ δὲ, κατὰ πλειόνων, ὡς τὰ γένη, καὶ τὰ εἴδη, καὶ αἱ διαφοραὶ, καὶ τὰ ἴδια, καὶ τὰ συμβεβηκότα κοινῶς ἀλλὰ μὴ ἰδίως τινί. ἔστι δὲ γένος μὲν, οἷον τὸ ζῶον· εἶδος δὲ, οἷον ὁ ἄνθρωπος· διαφορὰ δὲ, οἷον τὸ λογικόν· ἴδιον δὲ, οἷον τὸ γελαστικόν· συμβεβηκὸς δὲ, οἷον τὸ λευκὸν, τὸ μέλαν, τὸ καθέζεσθαι.

10 Τῶν μὲν οὖν καθ' ἑνὸς μόνου κατηγορουμένων διαφέρει τὰ γένη, τῷ ταῦτα κατὰ πλειόνων κατηγορεῖσθαι. 11 Τῶν δ' αὖ κατὰ

Atheniéſem. quoniam patria eſt principium [a] quoddam ex quo ſinguli ortum ducũt, ſicut etiam pater. 4 Hæc [b] autem ſignificatio videtur eſſe in promptu. Heraclidæ namque dicũtur, qui genus ducunt ab Hercule: & Cecropidæ, qui à Cecrope: & horum [c] affines. [d] 5 Ac primùm genus vocatum eſt principium illud, vnde ortum quiſque ducit. poſtea verò & multitudo eorum, qui ab vno principio, vtputà *ab* Hercule, *orti ſunt*: quod *genus* definientes & ab aliis ſegregãtes, nominauimus vniuerſam multitudinem, Heraclidarũ genus. 6 Alio quoque modo iterum dicitur genus, cui ſubiicitur ſpecies, horum fortaſſe exemplò *ita* appellatum. Etenim huiuſmodi genus eſt principiũ quoddam eorum quæ ſub ſe *ſunt*, & videtur etiã vniuerſam multitudinem continere quæ ſub ſe *eſt*. 7 Cùm igitur tribus modis genus dicatur, de tertio apud philoſophos ſermo *eſt*.

8 Quod etiam deſcriptione explicarũt, dicẽtes [e] genus eſſe quod pluribus & differentibus ſpecie attribuitur in *quæſtione* quid eſt: velut animal. 9 Nam eorum quæ attribuuntur, alia dicũtur [f] de vno tantùm, vt indiuidua, cuiuſmodi *eſt* Socrates, & Hic, & Hoc: alia de pluribus, vt genera, & ſpecies, & differentiæ, & propria, & accidentia communiter non propriè alicui. Eſt autem genus, vt animal: ſpecies, vt homo: differentia, vt rationale: proprium, vt aptum ad ridendum: accidens, vt album, nigrum, ſedere. 10 Ab iis igitur, quæ vni tantúmodò attribuũtur, genera differũt, quia ipſa pluribus attribuuntur. 11 Ab iis verò, quæ

a Idcirco diuerſi ſũt hominum mores, diuerſæ rerum ſingularum naturæ pro diuerſitate locorum in quibus oriuntur.

b Id eſt, ſecũda: etſi doctiſſimi quidam viri primã ſignificationem intelligunt.

c Heraclidarũ, vel Cecropidarum.

d Ἀγχιστεία, i. affinitas, ita definitur à Theophilo in §. affinitatis. Inſtitut. de nuptiis, Οἰκειότης προσώπων ἐκ γάμων ἡμῖν συνημμένων, συγγενείας ἐκτός. i. neceſſitudo ſeu propinquitas perſonarum, quæ nobis ex nuptiis abſque cognatione coniunctæ ſunt. Non probo eorũ interpretationem, qui hoc loco accipiunt affinitatem pro cognatione.

e Vide lib. 1. Topic. cap. 5. particu 6.

f Κατὰ συμβεβηκὸς, 1. Prior. cap. 27. part. 2. & 3. nam propriè loquendo, indiuiduum de nullo dicitur. Categor. cap. 2. partic. 2. & cap. 5. part. 1.

pluribus *attribuuntur*, *ita differũt*: A ſpeciebus quidem: quoniam etſi ſpecies multis attribuuntur, non tamẽ ſpecie, ſed numero differentibus *attribuuntur*. homo enim, cùm ſit ſpecies, Socrati & Platoni attribuitur, qui non ſpecie inter ſe differunt, ſed numero: animal autem, cùm ſit genus, homini & boui & equo attribuitur, qui ſpecie quoque inter ſe differunt, non ſolùm numero.

12 A proprio autem differt genus: quoniam proprium vni tantùm ſpeciei, cuius eſt proprium, & indiuiduis ſub ea ſpecie *contentis* attribuitur: vt aptum ad ridendum, *attribuitur* ſoli homini & particularibus hominibus: genus verò non vni ſpeciei attribuitur, ſed pluribus & differentibus ſpecie. 13 Verùm à differentia & communiter accidẽtibus differt genus: quia etſi pluribus & differentibus ſpecie attribuuntur differentiæ & communiter accidentia, non tamen attribuũtur in *quæſtione* quid eſt, ſed in *quæſtione* quale quid eſt. Interrogantibus enim aliquibus quid ſit illud cui hæc attribuuntur, genus reſpondemus: differẽtias verò, & accidentia non reſpõdemus: quia non in *quæſtione* quid eſt, attribuuntur ſubiecto, ſed potiùs in *quæſtione* quale quid eſt. cùm enim *quis* interrogat quale quid eſt homo, dicimus rationale: & cùm *interrogat* quale quid [a] eſt coruus, dicimus nigrũ. ac rationale quidem eſt differentia: nigrum verò, accidens. ſed cùm, quid homo ſit, interrogamur; animal reſpõdemus: animal autem eſt hominis genus.

14 Quapropter genus, eo quòd

a Hinc apparet vanum eſſe interpretem diſtinctionẽ inter quæſtionẽ quale eſt & quæſtionẽ quale quid eſt: quaſi differentia attribuatur in hac quæſtione, accidens in illa.

πλειόνων, τῶν μὲν εἰδῶν, ὅτι τὰ μὲν εἴδη, εἰ καὶ κατὰ πλειόνων κατηγορεῖται, ἀλλ᾽ οὐ διαφερόντων τῷ εἴδει, ἀλλὰ τῷ ἀριθμῷ μόνον· ὁ γὰρ ἄνθρωπος, εἶδος ὤν, κατὰ Σωκράτους καὶ Πλάτωνος κατηγορεῖται, οἳ οὐ τῷ εἴδει διαφέρουσιν ἀλλήλων, ἀλλὰ τῷ ἀριθμῷ· τὸ δὲ ζῶον, γένος ὄν, ἀνθρώπου καὶ βοὸς καὶ ἵππου κατηγορεῖται, οἳ διαφέρουσι καὶ τῷ εἴδει ἀλλήλων, ἀλλ᾽ οὐχὶ τῷ ἀριθμῷ μόνον.

12 Τοῦ δὴ αὖ ἰδίου διαφέρει τὸ γένος, ὅτι τὸ μὲν ἴδιον καθ᾽ ἑνὸς μόνου εἴδους, οὗ ἐστιν ἴδιον, κατηγορεῖται, καὶ τῶν ὑπὸ τὸ εἶδος ἀτόμων· ὡς τὸ γελαστικὸν ἀνθρώπου μόνου, καὶ τῶν κατὰ μέρος ἀνθρώπων· τὸ δὲ γένος οὐχ ἑνὸς εἴδους κατηγορεῖται, ἀλλὰ πλειόνων τε καὶ διαφερόντων τῷ εἴδει. 13 Τῆς δὴ αὖ διαφορᾶς καὶ τῶν κοινῶς συμβεβηκότων διαφέρει τὸ γένος, ὅτι εἰ καὶ κατὰ πλειόνων καὶ διαφερόντων τῷ εἴδει κατηγοροῦνται αἱ διαφοραὶ καὶ τὰ κοινῶς συμβεβηκότα, ἀλλ᾽ οὐκ ἐν τῷ τί ἐστι κατηγοροῦνται, ἀλλ᾽ ἐν τῷ ὁποῖόν τι ἐστιν. ἐρωτησάντων γὰρ τινῶν τί ἐστιν ἐκεῖνο, καθ᾽ οὗ κατηγορεῖται ταῦτα, τὸ γένος ἀποκρινόμεθα· τὰς δὲ διαφορὰς καὶ τὰ συμβεβηκότα οὐκ ἀποκρινόμεθα· οὐ γὰρ ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορεῖται τοῦ ὑποκειμένου, ἀλλὰ μᾶλλον ἐν τῷ ὁποῖόν τι ἐστιν· ἐν γὰρ τῷ ἐρωτᾶν, ὁποῖόν τι ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, φαμὲν ὅτι λογικόν· καὶ ἐν τῷ, ὁποῖόν τι ἐστιν ὁ κόραξ, φαμὲν ὅτι μέλαν. ἔστι δὲ τὸ μὲν λογικὸν, διαφορά· τὸ δὲ μέλαν, συμβεβηκός. ὅταν δὲ τί ἐστιν ἄνθρωπος ἐρωτηθῶμεν, ζῶον ἀποκρινόμεθα· τοῦ δὲ ἀνθρώπου γένος, τὸ ζῶον.

14 Ὥστε τὸ μὲν κατὰ πλειόνων λέγεσθαι

λέγεσθαι τὸ γένος, διαστέλλει αὐτὸ ἀπὸ τῶν καθ' ἑνὸς μόνου τῶν ἀτόμων κατηγορουμένων. 15 Τὸ δὲ διαφερόντων τῷ εἴδει, διαστέλλει αὐτὸ ἀπὸ τῶν ὡς εἰδῶν κατηγορουμένων, ἢ ὡς ἰδίων. 16 Τὸ δὲ ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορεῖσθαι, χωρίζει αὐτὸ ἀπὸ τῶν διαφορῶν καὶ τῶν κοινῇ συμβεβηκότων, ἃ οὐκ ἐν τῷ τί ἐστιν, ἀλλ' ἐν τῷ ὁποῖόν τί ἐστιν, ἢ πῶς ἔχον τί ἐστι, κατηγορεῖται ἕκαστον ὧν κατηγορεῖται. 17 Οὐδὲν ἄρα περιττὸν, οὐδὲ ἐλλεῖπον περιέχει ἡ τοῦ γένους ῥηθεῖσα ὑπογραφὴ τῆς ἐννοίας. 18 Τὸ δὲ εἶδος λέγεται μὲν καὶ ἐπὶ τῆς ἑκάστου μορφῆς· καθ' ὃ εἴρηται,

Πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος.

19 Λέγεται δὲ εἶδος, καὶ τὸ ὑπὸ τὸ ἀποδοθὲν γένος. καθ' ὃ εἰώθαμεν λέγειν τὸν μὲν ἄνθρωπον εἶδος τοῦ ζώου, γένους ὄντος τοῦ ζώου· τὸ δὲ λευκὸν, τοῦ χρώματος εἶδος· τὸ δὲ τρίγωνον, τοῦ σχήματος εἶδος. 20 Εἰ δὲ καὶ τὸ γένος ἀποδιδόντες, τοῦ εἴδους ἐμεμνήμεθα, εἰπόντες τὸ κατὰ πλειόνων καὶ διαφερόντων τῷ εἴδει ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορούμενον· καὶ τὸ εἶδος φαμὲν τὸ ὑπὸ τὸ ἀποδοθὲν γένος· εἰδέναι χρὴ, ὅτι ἐπεὶ καὶ τὸ γένος τινός ἐστι γένος, καὶ τὸ εἶδος τινός ἐστιν εἶδος, ἑκάτερον ἑκατέρου, ἀνάγκη ἐν τοῖς ἀμφοτέρων λόγοις κεχρῆσθαι ἀμφοτέροις. 21 Ἀποδιδόασιν οὖν τὸ εἶδος καὶ οὕτως, εἶδός ἐστι τὸ ταττόμενον ὑπὸ τὸ γένος· καὶ, οὗ τὸ γένος ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορεῖται. Ἔτι δὲ καὶ οὕτως, εἶδός ἐστι τὸ κατὰ πλειόνων καὶ διαφερόντων τῷ ἀριθμῷ ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορούμενον.

22 Ἀλλ' αὕτη μὲν ἡ ἀπόδοσις, τοῦ εἰδικωτάτου ἂν εἴη, καὶ ὅ ἐστι

dicitur de pluribus, ſecernitur ab indiuiduis quæ vni dumtaxat attribuuntur. 15 Sed eo quòd *dicitur* de differentibus ſpecie, diſtinguitur ab iis quæ vt ſpecies ſiue vt propria attribuuntur. 16 Eo autem quòd attribuitur in *quæſtione* quid eſt, ſeparatur à differẽtiis & à communiter accidentibus, quæ non in *quæſtione* quid eſt, ſed in *quæſtione* quale quid eſt, aut quomodo quid affectum eſt, attribuũtur, vnũquodque *ſcilicet iis* quibus attribuitur. 17 Nihil igitur ſuperuacuum, nihil prætermiſſum eſt in dicta generis, *id eſt* notionis, deſcriptione. 18 Species verò dicitur etiam de cuiuſque forma: qua *ſignificatione* dictum eſt,[a]

CAP. III.

Primùm quidẽ ſpecies digna eſt imperio.

19 Dicitur quoque ſpecies, quæ ſub explicato genere *ponitur*. qua *ſignificatione* conſueuimus dicere hominem eſſe ſpeciem animalis, cùm animal ſit genus: album autem, ſpeciem coloris: triangulũ verò, ſpeciẽ figuræ. 20 Quòd ſi & genus explicantes, ſpeciei mentionem fecimus dicentes, Quod pluribus & differentibus ſpecie attribuitur in *quæſtione* quid eſt, & ſpeciem dicimus *eſſe*, quæ ſub explicato genere *ponitur*: noſſe oportet; quoniam & genus alicuius eſt genus, & ſpecies alicuius eſt ſpecies, vtrumque vtriuſque; neceſſe *fuiſſe* in vtrorũque definitionibus vti vtriſque. 21 Explicant igitur ſpeciẽ & ſic[b], Species eſt, quæ collocatur ſub genere: &, Cui genus attribuitur in *quæſtione* quid eſt. Præterea etiam ſic, [c] Species eſt, quæ pluribus & differentibus numero attribuitur[d] in *quæſtione* quid eſt. 22 Sed hæc explicatio eſt *ſpeciei* ſpecialiſſimæ, & q̃ eſt

a Ab Euripide, vt teſtis eſt Athenæus lib. 13. cap. 7.

b Obſerua ſpeciem non definiri vt eſt categorema, ſed quà ſubiicitur generi.

c Hæc definitio conuenit ſpeciei infimę, quatenus eſt categorema.

d Sub. *tantùm*, vel, *proximè & per ſe*. nam genus de indiuiduis numero differẽtibus dicitur non tam per ſe, quàm per ſpeciẽ ſpecialiſſimam.


tãtùm ſpecies, numquàm genus. aliæ verò ſunt etiam earum quæ non *ſunt* ſpecialiſſimæ. 23 Perſpicuũ verò *fiet*, quod dicimus, hoc modo: [a] In vnaquaque categoria ſunt quædam generaliſſima, & rurſus alia ſpecialiſſima: & inter generaliſſima & ſpecialiſſima, *ſunt* alia, quæ eadem dicũtur & genera & ſpecies. [b] Generaliſſimum eſt, quo non poteſt eſſe aliud ſuperius genus. Specialiſſimum *eſt*, quo non poteſt eſſe alia inferior ſpecies. Inter generaliſſimum autem & ſpecialiſſimum *ſunt* alia, quæ eadem ſunt & genera & ſpecies, ad aliud tamẽ atque aliud relata. 24 Fiat autem in vna categoria manifeſtum, quod dicimus. Subſtantia eſt & ipſa genus. ſub ea eſt corpus. & ſub corpore animatum corpus. ſub quo animal. ſub animali autem rationale animal. ſub quo homo. ſub homine autem Socrates, & Plato, & particulares homines. Sed ex his ſubſtantia *eſt* generaliſſimum illud, & quod ſolùm *eſt* genus. homo verò *eſt* ſpecialiſſimum illud, & quod ſolùm *eſt* ſpecies. corpus autem *eſt* ſpecies ſubſtantiæ, genus animati corporis. ſed & animatum corpus *eſt* ſpecies corporis, genus animalis. rurſus animal *eſt* [c] ſpecies animati corporis, genus rationalis animalis. rationale autem animal *eſt* ſpecies animalis, genus hominis. homo verò *eſt* quidem ſpecies animalis rationalis, ſed nõ *eſt* etiam genus particularium hominũ, verùm ſpecies tantummodò. & quicquid ante indiuidua *poſitum*, proximè *iis* attribuitur, ſpecies ſolùm eſt, non etiam genus.

a Ex diuiſione generum & ſpecierum mox explicanda.

b In categoriis collocantur etiam indiuidua, vt cõſtat ex lib. Categoriar. cap. de ſuſtantia.

c Hæc ſententia, ſi corpus pprie, id eſt pro parte rei animatæ, accipiatur, vera nõ eſt, & ab Ariſtotele reprehenditur lib. 4. Topic. cap. 5. partic. 9. Oportet igitur corpus hîc latiùs accipere. vide noſtrũ commentarium.

μόνον εἶδος, οὐκέτι δὲ καὶ γένος· αἱ δ᾽ ἄλλαι εἶεν ἂν καὶ τῶν μὴ εἰδικωτάτων. 23 Σαφὲς δ᾽ ἂν εἴη τὸ λεγόμενον, τοῦτον τὸν τρόπον· Καθ᾽ ἑκάστην κατηγορίαν ἐστί τινα γενικώτατα, καὶ πάλιν ἄλλα εἰδικώτατα, καὶ μεταξὺ τῶν γενικωτάτων καὶ τῶν εἰδικωτάτων ἄλλα ἃ καὶ γένη καὶ εἴδη λέγεται τὰ αὐτά. Ἔστι δὲ γενικώτατον μὲν, ὑπὲρ ὃ οὐκ ἂν εἴη ἄλλο ἐπαναβεβηκὸς γένος. εἰδικώτατον δὲ, μεθ᾽ ὃ οὐκ ἂν εἴη ἄλλο ὑποβεβηκὸς εἶδος. μεταξὺ δὲ τοῦ γενικωτάτου καὶ εἰδικωτάτου ἄλλα, ἃ καὶ γένη καὶ εἴδη ἐστὶ τὰ αὐτά, πρὸς ἄλλο μέντοι καὶ ἄλλο λαμβανόμενα. 24 Γενέσθω δὲ ἐπὶ μιᾶς κατηγορίας σαφὲς τὸ λεγόμενον. ἡ οὐσία, ἔστι μὲν καὶ αὐτὴ γένος. ὑπὸ δὲ ταύτην ἐστὶ τὸ σῶμα. καὶ ὑπὸ τὸ σῶμα, τὸ ἔμψυχον σῶμα. ὑφ᾽ ὅ, τὸ ζῶον. ὑπὸ δὲ τὸ ζῶον, λογικὸν ζῶον. ὑφ᾽ ὃ ὁ ἄνθρωπος. ὑπὸ δὲ τὸν ἄνθρωπον, Σωκράτης, καὶ Πλάτων, καὶ οἱ κατὰ μέρος ἄνθρωποι. Ἀλλὰ τούτων, ἡ μὲν οὐσία, τὸ γενικώτατον, καὶ ὃ μόνον γένος. ὁ δὲ ἄνθρωπος, τὸ εἰδικώτατον, καὶ ὃ μόνον εἶδος. τὸ δὲ σῶμα, εἶδος μὲν τῆς οὐσίας, γένος δὲ τοῦ ἐμψύχου σώματος. ἀλλὰ καὶ τὸ ἔμψυχον σῶμα, εἶδος μὲν τοῦ σώματος, γένος δὲ τοῦ ζώου. πάλιν τὸ ζῶον, εἶδος μὲν τοῦ ἐμψύχου σώματος, γένος δὲ τοῦ λογικοῦ ζώου. τὸ δὲ λογικὸν ζῶον, εἶδος μὲν τοῦ ζώου, γένος δὲ τοῦ ἀνθρώπου. ὁ δὲ ἄνθρωπος, εἶδος μὲν τοῦ λογικοῦ ζώου, οὐκέτι δὲ καὶ γένος τῶν κατὰ μέρος ἀνθρώπων, ἀλλὰ μόνον εἶδος· καὶ πᾶν τὸ πρὸ τῶν ἀτόμων προσεχῶς κατηγορούμενον, εἶδος ἂν εἴη μόνον, οὐκέτι δὲ καὶ γένος.



Ὥσπερ οὖν ἡ οὐσία ἀνωτάτω οὖσα, τῷ μηδὲν εἶναι πρὸ αὐτῆς γένος, ἦν τὸ γενικώτατον· οὕτω καὶ ὁ ἄνθρωπος, εἶδος ὢν μεθ' ὃ οὐκ ἔστιν ἄλλο εἶδος, οὐδέ τι τῶν τέμνεσθαι δυναμέ-

Vt igitur ſubſtantia, quæ in ſummo *loco poſita* eſt, quia nullũ habet ante ſe genus, eſt generaliſſimũ illud: ita etiã homo, qui eſt ſpecies, poſt quã nõ eſt alia ſpecies, nec aliquid quod poſſit di-

uidi in ſpecies, ſed indiuidua; (indiuiduum enim dicitur Socrates, & Alcibiades, & Plato, & hoc album) ſolùm eſt ſpecies,& extrema illa ſpecies,& (vt diximus) ſpecialiſſimum illud. Media verò, priorum ſpecies,poſteriorum genera ſunt.

25 Quocirca hæc duos habẽt habitus: alterũ ad priora, quo ſpecies eorũ eſſe dicuntur: alterum ad inferiora, quo genera eorũ eſſe dicũtur. 26 Extrema verò vnum habent habitum. nam & generaliſſimum erga inferiora quidem affectum eſt, cùm ſit omnium ſummum genus:erga ſuperiora verò non itẽ habet; cùm ſummum ſit, & principium primum,& (vt diximus) *id* quo nullum poteſt eſſe ſuperius genus.

27 Sed & *ſpecies* ſpecialiſſima vnum habet habitum, quo quidem erga anteriora, quorum eſt ſpecies, *affecta eſt.* nec diuerſum habet eum habitum, *quo refertur* ad poſteriora: ſed & indiuiduorum ſpecies dicitur. Verùm ſpecies indiuiduorum dicitur, vt ea continens:ſpecies verò priorum, vt ab eis contenta. 28 *Sic* igitur definiunt genus generaliſſimum, Quod, cùm ſit genus, non eſt ſpecies. & rurſus, Quo non poteſt eſſe aliud ſuperius genus. 29 Speciem autem ſpecialiſſimam ſic *definiũt*, Quæ, cùm ſit ſpecies, non eſt genus. &, Quam, cùm ſit ſpecies, in ſpecies diuidere non poſſumus. item, Quæ pluribus & differentibus numero attribuitur in *quæſtione* quid eſt. 30 Media verò extremorum, vocant ſpecies & genera ſubalterna. & vnumquodque eorum, genus ac ſpeciem eſſe ponunt, ad aliud tamen atque aliud relatum. Nam

νων εἰς εἴδη, ἀλλὰ τῶν ἀτόμων (ἄτομον γὰρ λέγεται Σωκράτης, καὶ Πλάτων, καὶ Ἀλκιβιάδης, καὶ τουτὶ τὸ λευκὸν) μόνον ἂν εἴη εἶδος, καὶ τὸ ἔσχατον εἶδος, καὶ (ὡς ἔφαμεν) τὸ εἰδικώτατον. τὰ δὲ μέσα, τῶν μὲν πρὸ αὐτῶν εἴη ἂν εἴδη· τῶν δὲ μετ' αὐτὰ, γένη. 25 Ὥστε ταῦτα μὲν ἔχει σχέσεις δύο, τήν τε πρὸς τὰ πρὸ αὐτῶν, καθ' ἣν εἴδη αὐτῶν εἶναι λέγεται· τήν τε πρὸς τὰ μετ' αὐτὰ, καθ' ἣν γένη αὐτῶν εἶναι λέγεται. 26 Τὰ δὲ ἄκρα μίαν ἔχει σχέσιν. τό, τε γὰρ γενικώτατον τὴν μὲν ὡς πρὸς τὰ ὑφ' αὐτὸ ἔχει σχέσιν, γένος ὂν πάντων τὸ ἀνώτατον· τὴν δὲ ὡς πρὸς τὰ πρὸ αὐτοῦ οὐκέτι ἔχει, ἀνώτατον ὂν, καὶ πρώτη ἀρχὴ, καὶ (ὡς ἔφαμεν) ὑπὲρ ὃ οὐκ ἂν εἴη ἄλλο ἐπαναβεβηκὸς γένος. 27 Τὸ δὲ εἰδικώτατον μίαν ἔχει καὶ αὐτὸ σχέσιν, τὴν μὲν ὡς πρὸς τὰ πρὸ αὐτοῦ, ὧν ἐστιν εἶδος. τὴν δὲ ὡς πρὸς τὰ μετ' αὐτὸ, οὐκ ἀλλοίαν ἔχει σχέσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀτόμων εἶδος λέγεται. ἀλλ' εἶδος μὲν λέγεται τῶν ἀτόμων, ὡς περιέχον αὐτὰ· εἶδος δὲ πάλιν τῶν πρὸ αὐτοῦ, ὡς περιεχόμενον ὑπ' αὐτῶν. 28 Ἀφορίζονται τοίνυν τὸ μὲν γενικώτατον γένος, ὃ γένος ὂν, οὐκ ἔστιν εἶδος. καὶ πάλιν, ὑπὲρ ὃ οὐκ ἂν εἴη ἄλλο ἐπαναβεβηκὸς γένος. 29 Τὸ δὲ εἰδικώτατον εἶδος οὕτως, ὃ εἶδος ὂν, οὐκ ἔστι γένος· καὶ, ὃ εἶδος ὂν, οὐκ ἂν διελοίμεθα εἰς εἴδη. ἔτι δὲ καὶ, ὃ κατὰ πλειόνων καὶ διαφερόντων τῷ ἀριθμῷ ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορεῖται. 30 Τὰ δὲ μέσα τῶν ἄκρων, ὑπάλληλά τε καλοῦσιν εἴδη καὶ γένη, καὶ ἕκαστον αὐτῶν εἶδος εἶναι καὶ γένος τίθενται, πρὸς ἄλλο μέν τοι καὶ ἄλλο λαμβανόμενον. τὰ

γὰρ πρὸ

γὰρ περὶ τῶν εἰδικωτάτων ἄχρι τοῦ γενικωτάτου ἀνιόντα, γένη τε λέγεται καὶ εἴδη ὑπάλληλα. 31 Ὡς ὁ Ἀγαμέμνων, Ἀτρείδης, καὶ Πελοπίδης, καὶ Ταντταλίδης, καὶ τὸ τελευταῖον Διός. 32 Ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῶν γενεαλογιῶν εἰς ἕνα ἀνάγουσι (φέρε εἰπεῖν τὸν Δία) τὴν ἀρχὴν ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον. ἐπὶ δὲ τῶν γενῶν τε καὶ εἰδῶν οὐχ οὕτως ἔχει· οὐ γάρ ἐστι κοινὸν γένος πάντων τὸ ὄν· οὐδὲ πάντα ὁμογενῆ καθ' ἓν τὸ ἀνωτάτω γένος, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης. ἀλλὰ κείσθω, ὥσπερ ἐν ταῖς Κατηγορίαις, τὰ πρῶτα δέκα γένη, οἷον ἀρχαὶ δέκα πρῶται. κἂν δὴ πάντα τις, ὄντα καλῇ· ὁμωνύμως (φησὶ) καλέσει, ἀλλ' οὐ συνωνύμως. εἰ μὲν γὰρ ἓν κοινὸν ἦν γένος πάντων τὸ ὄν· συνωνύμως ἂν πάντα, ὄντα ἐλέγετο. δέκα δὲ ὄντων τῶν πρώτων, ἡ κοινωνία κατὰ τοὔνομα μόνον, οὐ μὴν καὶ κατὰ τὸν λόγον τὸν κατὰ τοὔνομα. δέκα μὲν οὖν τὰ γενικώτατα. 33 Τὰ δὲ εἰδικώτατα ἐν ἀριθμῷ μέν τινί εἰσιν, οὐ μὴν ἀπείρῳ.

34 Τὰ δὲ ἄτομα, ἅπερ ἦν μετὰ τὰ εἰδικώτατα, ἄπειρα. 35 Διὸ μέχρι τῶν εἰδικωτάτων ἀπὸ τῶν γενικωτάτων κατιόντας, παρεκελεύετο ὁ Πλάτων παύεσθαι· κατιέναι δὲ διὰ τῶν διὰ μέσου διαιροῦντας ταῖς εἰδοποιοῖς διαφοραῖς. τὰ δὲ ἄπειρά φησιν ἐᾶν· μηδὲ γὰρ ἂν γενέσθαι τούτων ἐπιστήμην. 36 Κατιόντας μὲν οὖν εἰς τὰ εἰδικώτατα, ἀνάγκη διαιροῦντας διὰ πλήθους ἰέναι· ἀνιόντας δὲ εἰς τὰ γενικώτατα, ἀνάγκη συναιρεῖν τὸ πλῆθος εἰς ἕν. συναγωγὸν γὰρ τῶν πολλῶν εἰς μίαν φύσιν τὸ εἶδος, καὶ ἔτι μᾶλλον τὸ γένος· τὰ δὲ κατὰ

quæ *ſunt* ante ſpecialiſſima adſcendendo vſque ad generaliſſimum, ſubalterna genera & ſpecies dicuntur. 31 Vt Agamemnon *eſt* Atrides, Pelopides, Tantalides, & poſtremùm Iouis. 32 Sed in genealogiis ad vnum (verbi gratiâ ad Iouem) plerumque principium referunt. in generibus verò & ſpeciebus non ſic *res* habet: quoniam Ens non eſt commune omnium genus: nec omnia ratione vnius ſupremi generis ſunt homogenea, vt ait Ariſtoteles. ſed ponantur, vt in Categoriis, prima illa decem genera, quaſi prima decem principia. quòd ſi quis omnia appellet ENTIA, homonymωs [a] (inquit) appellabit, non ſynonymωs. etenim ſi Ens eſſet commune omniũ genus, omnia ſynonymωs dicerentur Entia. ſed cùm decem ſint prima illa: communitas *eſt* in nomine tantùm, nõ etiam in definitione ad illud nomen *accommodata*. Decem igitur *ſunt* generaliſſima. 33 Sed ſpecialiſſima ſũt quidem aliquo numero, non tamen infinito.

34 Indiuidua verò, quæ ſunt poſt ſpecialiſſima, *ſunt* infinita. 35 Idcirco cùm vſque ad ſpecialiſſima à generaliſſimis deſcẽderimus, iubebat Plato [b] quieſcere: deſcendere autem per ea quæ ſunt in medio, diuidendo ſpecificis differẽtiis. infinita verò, inquit, omittenda, quia non poteſt eorum ſcientia comparari. 36 Deſcendendo igitur ad ſpecialiſſima, neceſſe *eſt* diuidẽdo per multitudinem ire. adſcẽdentes autẽ ad generaliſſima, neceſſe *eſt* colligere multitudinem in vnum. vim enim multa in vnum colligendi habet ſpecies, & adhuc magis genus. contrà verò

a Immo propriè loquẽdo, ens nec συνωνύμως dicitur, nec ὁμωνύμως, ſed πρὸς ἓν καὶ μίαν τινὰ φύσιν: vt Ariſt. docet lib. 3. primæ philoſophię, cap. 2. Sed homonymum hic latiùs accipitur, vt homonymum dicatur, quicquid ſynonymum nõ eſt.

b In Philebo, tomo 2. editionis Henrici Stephani, pag. 116. D.

quæ *ſunt* in parte & ſingulæ res vnum in multa ſemper diuidũt. etenim ſpeciei participatione multi homines *ſunt* vnus *homo.* ob eos verò qui ſunt in parte & ſingulos, vnus ille & cõmunis *eſt* multi. quia quod *eſt* ſingulare, ſẽper habet vim diuidẽdi: quod autem *eſt* commune, habet vim colligendi & vniendi. 37 Iam verò cùm quid ſit genus, & quid ſpecies, explicatum ſit; cúmque genus ſit vnum, ſpecies plures: (quandoquidem [a] diuiſio generis ſemper *fit* in plures ſpecies) genus [b] quidem ſemper ſpeciei attribuitur, & omnia ſuperiora inferioribus: ſpecies autem nec generi proximo, nec ſuperioribus *attribuitur*: quia non reciprocatur. oportet enim aut æqualia æqualibus attribui, vt equo aptum ad hinniendum: aut maiora minoribus, vt animal homini: ſed minora maioribus non item. nam dicere non poſſis animal eſſe hominem, vt dicere potes hominem eſſe animal. Quibus autem ſpecies attribuitur, iis etiam ſpeciei genus neceſſariò attribuetur, & generis genus, vſque ad generaliſſimum. nam ſi verè dicitur, Socratem *eſſe* hominem, hominem *eſſe* animal, animal *eſſe* ſubſtãtiam: verè etiam dicetur, Socratem *eſſe* animal & ſubſtantiam. cùm enim ſemper ſuperiora inferioribus attribuãtur: ſpecies [c] quidem indiuiduo attribuetur: genus [d] autem tam ſpeciei, quàm indiuiduo: generaliſſimum verò & generi, vel generibus ſi plura ſint media & ſubalterna, & ſpeciei, & indiuiduo. nam generaliſſimum quidẽ dicitur de omnibus generibus, & ſpeciebus, & indiuiduis ſub ſe *conſtitutis*. genus autem, quod *eſt*

[a] Coiunge 4. Topic. cap. 3. partic. 4.

[b] Cõiunge regulam 1. cap. 3. Categor. & regulã De omni, 1. Prior. cap. 1. partic. vlt.

[c] Specialiſſima.

[d] Subalternum.

μέρος καὶ καθ' ἕκαστα, τοὐναντίον, εἰς πλῆθος ἀεὶ διαιρεῖ τὸ ἕν· τῇ μὲν γὰρ τοῦ εἴδους μετουσίᾳ, οἱ πολλοὶ ἄνθρωποι εἷς· τοῖς δὲ κατὰ μέρος καὶ καθ' ἕκαστα, ὁ εἷς καὶ κοινὸς πλείους. διαιρετικὸν μὲν γὰρ ἀεὶ τὸ καθ' ἕκαστον· συλληπτικὸν δὲ καὶ ἑνοποιὸν τὸ κοινόν. 37 Ἀποδεδομένου δὲ τοῦ γένους καὶ τοῦ εἴδους, τί ἐστιν ἑκάτερον αὐτῶν· καὶ τοῦ μὲν γένους ἑνὸς ὄντος· τῶν δὲ εἰδῶν, πλειόνων· (ἀεὶ γὰρ εἰς πλείω εἴδη ἡ τομὴ τοῦ γένους) τὸ μὲν γένος, ἀεὶ τοῦ εἴδους κατηγορεῖται· καὶ πάντα τὰ ἐπάνω, τῶν ὑποκάτω. τὸ δὲ εἶδος οὔτε τοῦ προσεχῶς αὐτοῦ γένους, οὔτε τῶν ἐπάνω· οὐδὲ γὰρ ἀντιστρέφει. δεῖ γὰρ ἢ τὰ ἴσα τῶν ἴσων κατηγορεῖσθαι, ὡς τὸ χρεμετιστικὸν τοῦ ἵππου· ἢ τὰ μείζω τῶν ἐλαττόνων, ὡς τὸ ζῶον τοῦ ἀνθρώπου· τὰ δὲ ἐλάττω τῶν μειζόνων, οὐκέτι. οὐκέτι γὰρ τὸ ζῶον εἴποις ἂν εἶναι ἄνθρωπον, ὥσπερ τὸν ἄνθρωπον εἴποις ἂν εἶναι ζῶον. καθ' ὧν δ' ἂν τὸ εἶδος κατηγορῆται, κατ' ἐκείνων καὶ τὸ τοῦ εἴδους γένος ἐξ ἀνάγκης κατηγορηθήσεται, καὶ τὸ τοῦ γένους γένος ἄχρι τοῦ γενικωτάτου. εἰ γὰρ ἀληθὲς τὸν Σωκράτην εἰπεῖν ἄνθρωπον, τὸν δὲ ἄνθρωπον ζῶον, τὸ δὲ ζῶον οὐσίαν· ἀληθὲς καὶ τὸν Σωκράτην ζῶον εἰπεῖν καὶ οὐσίαν. ἀεὶ γὰρ τῶν ἐπάνω κατηγορουμένων τῶν ὑποκάτω, τὸ μὲν εἶδος κατὰ τοῦ ἀτόμου κατηγορηθήσεται· τὸ δὲ γένος καὶ κατὰ τοῦ εἴδους, καὶ κατὰ τοῦ ἀτόμου· τὸ δὲ γενικώτατον, καὶ κατὰ τοῦ γένους, ἢ τῶν γενῶν, εἰ πλείω εἴη τὰ μέσα καὶ ὑπάλληλα, καὶ κατὰ τοῦ εἴδους, καὶ κατὰ τοῦ ἀτόμου. λέγεται γὰρ τὸ μὲν γενικώτατον κατὰ πάντων τῶν ὑφ' αὐτὸ γενῶν τε καὶ εἰδῶν καὶ ἀτόμων· τὸ δὲ γένος τὸ

περὶ τοῦ εἰδικωτάτου, κατὰ πάντων τῶν εἰδικωτάτων, καὶ ἀτόμων. τὸ δὲ μόνον εἶδος, κατὰ πάντων τῶν ἀτόμων· τὸ δὲ ἄτομον, ἐφ' ἑνὸς μόνου τῶν κατὰ μέρος. 38 Ἄτομον δὲ λέγεται ὁ Σωκράτης, καὶ τουτὶ τὸ λευκόν, καὶ οὑτοσὶ ὁ προσιὼν Σωφρονίσκου υἱός, εἰ μόνος αὐτῷ εἴη Σωκράτης υἱός. ἄτομα δὲ λέγεται τὰ τοιαῦτα, ὅτι ἐξ ἰδιοτήτων συνέστηκεν ἕκαστον, ὧν τὸ ἄθροισμα οὐκ ἂν ἐπ' ἄλλου τινός ποτε τὸ αὐτὸ γένοιτο. αἱ γὰρ Σωκράτους ἰδιότητες οὐκ ἂν ἐπ' ἄλλου τινὸς τῶν κατὰ μέρος γένοιντ' ἂν αἱ αὐταί. αἱ μέντοι τοῦ ἀνθρώπου (λέγω δὴ τοῦ κοινοῦ) ἰδιότητες, γένοιντ' ἂν αἱ αὐταὶ ἐπὶ πλειόνων, μᾶλλον δὲ ἐπὶ πάντων τῶν κατὰ μέρος ἀνθρώπων, καθὸ ἄνθρωποι. 39 Περιέχεται οὖν τὸ μὲν ἄτομον ὑπὸ τοῦ εἴδους, τὸ δὲ εἶδος ὑπὸ τοῦ γένους. ὅλον γάρ τι τὸ γένος· τὸ δὲ ἄτομον, μέρος· τὸ δὲ εἶδος, καὶ ὅλον καὶ μέρος· ἀλλὰ μέρος μὲν ἄλλου, ὅλον δὲ οὐκ ἄλλου, ἀλλ' ἐν ἄλλοις· ἐν γὰρ τοῖς μέρεσι τὸ ὅλον. 40 Περὶ μὲν οὖν γένους καὶ εἴδους, καὶ τί τὸ γενικώτατον, καὶ τί τὸ εἰδικώτατον, καὶ τίνα γένη τὰ αὐτὰ καὶ εἴδη, τίνα τε ἄτομα, καὶ ποσαχῶς τὸ γένος καὶ τὸ εἶδος, εἴρηται.

ante *ſpeciem* ſpecialiſſimam, de omnibus ſpecialiſſimis, & indiuiduis. quę verò ſpecies *eſt* duntaxat, de omnibus indiuiduis. ſed indiuiduum de vno tantùm particulari. 38 Indiuiduū autem dicitur Socrates, & Hoc album, & Hic qui accedit, *&* [a] Sophroniſci filius, ſi modò ſolus ei Socrates filius ſit. quæ autem huiuſcemodi *ſunt*, *ideo* dicuntur indiuidua, quia vnumquodque conſtat ex proprietatibus, quarum collectio numquàm in aliquo alio eadem eſſe poteſt. nam Socratis proprietates non poſſunt in aliquo alio particulari eædem eſſe. hominis verò (communis inquam) proprietates poſſunt eſſe eædem in pluribus, immo in omnibus particularibus hominibus quà homines *ſunt*. 39 Cōtinetur igitur indiuiduum à ſpecie: ſpecies à genere. propterea quòd genus *eſt* totum quoddā: indiuiduum, pars: ſpecies, & totum & pars: ſed pars aliûs: totū, nō aliûs, ſed in aliis, quia totum *eſt* in partibus. 40 De genere igitur & ſpecie, & quid *ſit* generaliſſimum, & quid ſpecialiſſimum, quæque eadem *ſint* genera & ſpecies, necnon quæ *ſint* indiuidua, & quot modis *accipiantur* genus & ſpecies, dictum eſt.

a Lego, καὶ Σωφρονίσκου υἱός, vt hoc ſit exemplū indiuidui diuerſum à præcedente οὑτοσὶ ὁ προσιών: ne Porphyrius videatur fruſtra adiicere, εἰ μόνος &c. quia demonſtratio illa, οὑτοσὶ ὁ προσιών, ſatis diſtinguit Socratem à fratrib[us], ſi fortè fratres habeat.

De differentia. Cap. III.

1 ¶ *De differentia latiſſimè accepta. Diſtinctio prima in differentiam* 2 *communiter,* 3 *propriè,* 4 *& maximè propriè dictam.* 5 *Collatio dictorum membrorum ſumpta ab effectu,* 6 *ab appellatione,* 7 *& vſu.* 8 *Diſtinctio ſecunda in ſeparabiles & inſeparabiles.* 9 *Subdiſtinctio inſeparabilium in differentias per ſe, & per accidens.* 10 *Collatio membrorum ſecundæ diſtinctionis ab vſu, & effectu,* 11 *& proprietate.* 12 ¶ *De differentiis per ſe. Collatio plurium differentiarum cum vno ſubiecto: vnde colligitur diuiſio in diuiſiuas & conſtitutiuas.* 13 *Collatio vnius differentiæ cum pluribus ſubiectis: vnde colligitur eandem differentiam diuidere genus ſuperius, & conſtituere ſpeciem inferiorem.* 14 *Nomen.* 15 *Vſus.* 16 *Definitio prima,* 17 *ſecunda,* 18 *tertia,* 19 *quarta.* 20 *Supplementum tertiæ & quartæ definitionis.* 21 ¶ *Epilogus.*

DIFFERENTIA verò communiter, & propriè, & maximè propriè dicatur.
2 Communiter enim differre alterum ab altero dicitur, quod varietate diſtat quomodocumque vel à ſemetipſo, vel ab alio. differt enim Socrates à Platone varietate: & ipſe à ſe ipſo, cùm eſt puer, & cùm vir effectus; & cùm agit aliquid, aut agere deſiit. ſempérque in varietatibus, quibus eſt aliquo modo affectus, cernitur. 3 Propriè verò differre alterum ab altero dicitur, quando inſeparabili accidēte alterum ab altero differt. inſeparabile autem accidens *eſt*, vt oculorum cæſius color, aut naſi adūcitas, aut cicatrix cùm ex vulnere quaſi callū obduxit. 4 Maximè autem propriè differre alterum ab altero dicitur, cùm ſpecificâ differentiâ diſtat: vt homo ab equo differt ſpecificâ differētiâ, *id eſt* rationali qualitate [a].

a Qualitatem intellige ſubſtantialem, vt Categor. ca. 5. part. 16. & 17. & alibi.

5 Vniuerſaliter igitur omnis differentia alicui adiuncta, varium facit. ſed quæ cōmuniter, & *quæ* propriè *accipiuntur*, diuerſūm efficiūt: quæ verò maximè propriè, aliud. 6 Sanè quæ faciunt aliud, ſpecificæ vocantur. quæ autem diuerſum, ſimpliciter [b] differentiæ. nam animali accedens Rationalis differētia, aliud fecit, & ſpeciem animalis fecit. *differētia* autem à motu ſumpta, diuerſum tantùm à quieſcente fecit. quare altera aliud, altera diuerſum tantùm fecit. 7 Atque ex iis differentiis quæ aliud faciunt, tam diuiſiones fiunt generū in ſpecies, quàm definitiones afferūtur quæ conſtant ex generibus & huiuſmodi differentiis. ex iis verò quæ diuerſum modò

b Id eſt ſine illa adiectione, *ſpecificæ*.

Ἡ διαφορὰ δὲ κοινῶς τε καὶ ἰδίως, καὶ ἰδιαίτατα λεγέσθω.
2 Κοινῶς μὲν γὰρ διαφέρειν ἕτερον ἑτέρου λέγεται, τὸ ἑτερότητι διαλλάττον ὁπωσοῦν, ἢ πρὸς ἑαυτό, ἢ πρὸς ἄλλο. διαφέρει γὰρ Σωκράτης Πλάτωνος τῇ ἑτερότητι· καὶ αὐτὸς ἑαυτοῦ παιδός τε ὄντος καὶ ἀνδρωθέντος, καὶ ἐνεργοῦντός τι ἢ πεπαυμένου· καὶ ἀεί γε ἐν ταῖς τοῦ πως ἔχειν ἑτερότησι θεωρεῖται.

3 Ἰδίως δὲ διαφέρειν ἕτερον ἑτέρου λέγεται, ὅταν ἀχωρίστῳ συμβεβηκότι τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου διαφέρει. ἀχώριστον δὲ συμβεβηκός, οἷον γλαυκότης, ἢ γρυπότης, ἢ οὐλὴ ἐκ τραύματος ἐνσκιρρωθεῖσα.

4 Ἰδιαίτατα δὲ διαφέρειν ἕτερον ἑτέρου λέγεται, ὅταν εἰδοποιῷ διαφορᾷ διαλλάττῃ· ὥσπερ ἄνθρωπος ἵππου εἰδοποιῷ διαφορᾷ διενήνοχε, τῇ τοῦ λογικοῦ ποιότητι.

5 Καθόλου μὲν οὖν πᾶσα διαφορὰ προσγινομένη τινί, ἑτεροῖον ποιεῖ· ἀλλ' αἱ μὲν κοινῶς τε καὶ ἰδίως, ἀλλοῖον ποιοῦσιν· αἱ δὲ ἰδιαίτατα, ἄλλο. 6 Αἱ μὲν οὖν ποιοῦσαι ἄλλο, εἰδοποιοὶ κέκληνται· αἱ δὲ ἀλλοῖον, ἁπλῶς διαφοραί. τῷ γὰρ ζῴῳ προσελθοῦσα ἡ τοῦ λογικοῦ διαφορά, ἄλλο ἐποίησεν, καὶ εἶδος τοῦ ζῴου ἐποίησεν· ἡ δὲ τοῦ κινεῖσθαι, ἀλλοῖον μόνον παρὰ τὸ ἠρεμοῦν ἐποίησεν. ὥστε ἡ μέν, ἄλλο· ἡ δέ, ἀλλοῖον μόνον ἐποίησε.

7 Κατὰ μὲν οὖν τὰς ἄλλο ποιούσας διαφοράς, αἵ τε διαιρέσεις γίνονται τῶν γενῶν εἰς τὰ εἴδη, οἵ τε ὅροι ἀποδίδονται ἐκ γένους ὄντες καὶ τῶν τοιούτων διαφορῶν. κατὰ δὲ τὰς μόνον ἀλλοῖον

ποιου-

ποιοῦσαι, αἱ ἑτερότητες μόνον συνίσταται, καὶ αἱ τοῦ πως ἔχοντος μεταβολαί. 8 Ἄνωθεν οὖν πάλιν ἀρχομένῳ ῥητέον, τῶν διαφορῶν τὰς μὲν, χωριστὰς εἶναι, τὰς δὲ, ἀχωρίστους. τὸ μὲν γὰρ κινεῖσθαι καὶ τὸ ἠρεμεῖν, καὶ τὸ νοσεῖν καὶ τὸ ὑγιαίνειν, καὶ ὅσα τούτοις παραπλήσια, χωριστά εἰσι. τὸ δὲ γρυπὸν εἶναι ἢ σιμὸν, ἢ λογικὸν ἢ ἄλογον, ἀχώριστα. 9 Τῶν δὲ ἀχωρίστων, αἱ μὲν, ὑπάρχουσι καθ' αὑτάς· αἱ δὲ, κατὰ συμβεβηκός. τὸ μὲν γὰρ λογικὸν, καθ' αὑτὸ ὑπάρχει τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ τὸ θνητὸν, καὶ τὸ ἐπιστήμης εἶναι δεκτικόν· τὸ δὲ γρυπὸν εἶναι ἢ σιμὸν, κατὰ συμβεβηκός, καὶ οὐ καθ' αὑτό. 10 Αἱ μὲν οὖν καθ' αὑτὸ προσοῦσαι, ἐν τῷ τῆς οὐσίας λόγῳ λαμβάνονται, καὶ ποιοῦσιν ἄλλο· αἱ δὲ κατὰ συμβεβηκός, οὔτε ἐν τῷ τῆς οὐσίας λόγῳ λαμβάνονται, οὔτε ποιοῦσιν ἄλλο, ἀλλὰ ἀλλοῖον.

11 Καὶ αἱ μὲν καθ' αὑτάς, οὐκ ἐπιδέχονται τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον· αἱ δὲ κατὰ συμβεβηκός, κἂν ἀχώριστοι ὦσιν, ἐπίτασιν καὶ ἄνεσιν λαμβάνουσιν. οὔτε γὰρ τὸ γένος μᾶλλον καὶ ἧττον κατηγορεῖται οὗ ἂν εἴη γένος, οὔτε αἱ τοῦ γένους διαφοραὶ, καθ' ἃς διαιρεῖται· αὗται μὲν γάρ εἰσιν αἱ τὸν ἑκάστου λόγον συμπληροῦσαι· τὸ δὲ εἶναι ἑκάστῳ, ἓν καὶ τὸ αὐτὸ, οὔτε ἄνεσιν οὔτε ἐπίτασιν ἐπιδεχόμενον ἐστί. τὸ δὲ γρυπὸν ἢ σιμὸν εἶναι, ἢ κεχρῶσθαί πως, καὶ ἐπιτείνεται καὶ ἀνίεται. 12 Τριῶν οὖν εἰδῶν τῆς διαφορᾶς θεωρουμένων· καὶ τῶν μὲν, οὐσῶν χωριστῶν, τῶν δὲ, ἀχωρίστων· καὶ πάλιν τῶν ἀχωρίστων, τῶν μὲν, οὐσῶν καθ' αὑτάς, τῶν δὲ, κατὰ συμβεβηκός· πάλιν τῶν

efficiunt, diuerſitates ſolùm conſiſtunt, & eius quod aliquo modo affectum eſt, mutationes.


8 Rurſus ab initio rem repetendo, dicẽdum eſt, differentiarum alias eſſe ſeparabiles, alias inſeparabiles. nam moueri, & quieſcere, & ægrotare, & valere, & id genus cetera, ſeparabilia ſunt. naribus autem eſſe aduncis vel ſimis, aut ratione præditum vel rationis expers, *ſunt* inſeparabilia. 9 Inſeparabiliũ autem aliæ attribuuntur per ſe, aliæ ex accidente. nam rationale per ſe ineſt homini, & mortale, & diſciplinæ capax eſſe. naribus autem eſſe aduncis, aut ſimis, ex accidente, non per ſe.

10 Quæ igitur per ſe adſunt, in definitione adhibentur, & faciunt aliud. quæ verò *ſunt* ex accidente, nec in definitione adhibentur, nec faciunt aliud, ſed diuerſum.

11 Et quæ *ſunt* per ſe, contentionem & remiſſionem non admittunt: quæ verò *ſunt* ex accidente, quamuis ſint inſeparabiles, contentionem & remiſſionem accipiunt. etenim neque genus magis & minùs attribuitur ei cuius eſt genus, neque generis differentiæ quibus diuiditur. hæ namque ſunt, quæ cuiuſque definitionem cõplent: eſſentia verò cuiuſque *rei eſt* vna & eadem, ac neque contẽtionem admittit neque remiſſionem. adũcum verò aut ſimum naſum habere, aut aliquo modo coloratum eſſe, & contenditur & remittitur. 12 Cùm igitur tres ſpecies differentiæ conſpiciantur; cúmque aliæ ſint ſeparabiles, aliæ inſeparabiles; & inſeparabilium aliæ ſint per ſe, aliæ ex accidente: rurſus

differentiarum per ſe, aliæ ſunt, quibus diuidimus genera in ſpecies; alię, quibus diuiſa efficiũtur ſpecies.

καθ' αὑτὰς διαφορῶν, αἱ μέν εἰσι, καθ' ἃς διαιρούμεθα τὰ γένη εἰς τὰ εἴδη· αἱ δὲ, καθ' ἃς τὰ διαιρεθέντα εἰδοποιεῖται.



Veluti cùm hæ omnes ſint per ſe differentiæ animalis, animatum & ſenſitiuum ,nec non rationale & irrationale, itẽ mortale & immortale: animatum & ſẽſitiuum eſt differentia conſtituens eſſentiam animalis: animal namque eſt ſubſtantia animata ſenſitiua. mortale autem & immortale,


Οἷον τῶν καθ' αὑτὰς διαφορῶν πασῶν τῶν τοιούτων τοῦ ζώου οὐσῶν, ἐμψύχου τε καὶ αἰσθητικοῦ, λογικοῦ τε καὶ ἀλόγου, θνητοῦ τε καὶ ἀθανάτου· ἡ μὲν τοῦ ἐμψύχου καὶ αἰσθητικοῦ διαφορὰ, συστατική ἐστι τῆς τοῦ ζώου οὐσίας· ἔστι γὰρ τὸ ζῶον, οὐσία ἔμψυχος αἰσθητική. ἡ δὲ τοῦ θνητοῦ καὶ ἀθανάτου διαφορὰ,

καὶ ἡ τοῦ

καὶ ἡ τοῦ λογικοῦ τε καὶ ἀλόγου, διαιρετικαί εἰσι τοῦ ζώου διαφοραί· δι᾽ αὐτῶν γὰρ τὰ γένη εἰς τὰ εἴδη διαιρούμεθα. 13 Ἀλλ᾽ αὗται αἱ διαιρετικαὶ διαφοραὶ τῶν γενῶν, συμπληρωτικαὶ γίνονται καὶ συστατικαὶ τῶν εἰδῶν. τέμνεται γὰρ τὸ ζῶον τῇ τε τοῦ λογικοῦ καὶ τοῦ ἀλόγου διαφορᾷ, καὶ πάλιν τῇ τε τοῦ θνητοῦ καὶ ἀθανάτου διαφορᾷ· ἀλλ᾽ αἱ μὲν τοῦ λογικοῦ καὶ τοῦ θνητοῦ διαφοραὶ, συστατικαὶ γίνονται τοῦ ἀνθρώπου· αἱ δὲ τοῦ λογικοῦ καὶ ἀθανάτου, τοῦ θεοῦ· αἱ δὲ τοῦ θνητοῦ καὶ ἀλόγου, τῶν ἀλόγων ζώων.


necnon rationale & irrationale ſunt differentiæ diuiſiuæ animalis, quia per eas diuidimus genera in ſpecies. 13 Sed hę differentiæ diuiſiuæ generum, completiuæ ſunt & conſtitutiuę ſpecierum. animal enim diuiditur his differentiis, rationali & irrationali, item mortali & immortali. ſed *hæ* differentiæ, rationalę & mortale, conſtituunt hominē: rationale & immortale Deum [a]: mortale & irrationale bruta animantia.

[a] Deum ponit quaſi ſpeciem animalis: & animal dixit eſſe ſpeciem corporis. vnde ſequitur, Deum eſſe corpus. videtur ergo deos appellare corpora cœleſtia. Ariſtoteles quoque lib. 11. primæ philoſophiæ, cap. 7. Deū dicit ζῶον ἀΐδιον ἄριστον, animal viuens optimum. ſed lib. 4. Topic. cap. .. par. 9. negauit animal eſſe ſpeciē corporis. Quinque autem libri manu ſcripti hoc loco habent τῶν ἀγγέλων: quorum vnus in ſpatio adſcriptū habet τῶν θεῶν, tamquam variam lectionē.



Οὕτω δὲ καὶ τῆς ἀνωτάτω οὐσίας διαιρετικῶν οὐσῶν τῆς τε ἐμψύχου καὶ ἀψύχου διαφορᾶς, καὶ τῆς αἰσθητικῆς τε καὶ ἀναισθήτου· ἡ μὲν ἔμψυχος καὶ αἰσθητικὴ προσληφθεῖσαι τῇ οὐσίᾳ, ἀπετέλεσαν τὸ ζῶον· ἡ δὲ ἔμψυχος καὶ ἀναίσθητος, ἀπετέλεσαν τὸ φυτόν.

Sic etiam cùm ſupremam ſubſtātiam diuidant *hæ differentiæ*, animatum & inanimatum, necnon ſenſitiuum & ſenſu carens: animatum & ſenſitiuum adiuncta ſubſtantiæ, perficiunt animal: animatum autem & ſenſu carens perficiunt plantam.



14 Quoniam igitur eædem aliquo modo acceptæ, ſunt conſtitutiuæ, aliquo modo diuiſiuæ: omnes appellantur Specificæ.

15 Atque harum maximè vſus *eſt* in diuiſionibus generum, & in definitionibus: non etiam *differentiarum* ex accidente inſeparabilium, & multo minùs ſeparabilium.

16 Quas etiam definientes inquiũt, Differentia eſt, qua ſpecies ſuperat genus. nam homo ſuperat animal, quia habet rationale & mortale. quandoquidem animal neque nihil horum eſt: (alioquin vnde ſpecies haberent differentias?) neque omnes oppoſitas habet: (quoniam idem ſimul haberet oppoſita) ſed (vt cẽſent) poteſtate quidem omnes *ſpecierum* ſub ſe *cõſtitutarum* differentias habet, actu verò nullã. itáque nec ex iis quę non ſunt, aliquid fit, nec oppoſita ſimul erunt in eodẽ. 17 Sic quoque eam definiunt, Differentia [a] eſt, quæ pluribus & differẽtibus ſpecie attribuitur in *quæſtione* quale quid eſt. Rationale enim

a Hæc definitio nõ conuenit vltimæ differentię conſtituenti ſpeciem ſpecialiſſimam. eſſe autem quaſdam tales differentias cõſtat ex lib. 6. primæ philoſ. cap. 12. & lib. 1. de partib. animaliũ cap. 2. Sed omnino Porphyrius has differentias ſilentio præteriit.

14 Ἐπεὶ οὖν αἱ αὐταὶ πὼς μὲν ληφθεῖσαι, γίνονται συστατικαί· πὼς δὲ διαιρετικαί· εἰδοποιοὶ πᾶσαι κέκληνται. 15 Καὶ τούτων γε μάλιστα χρεία εἴς τε τὰς διαιρέσεις τῶν γενῶν, καὶ εἰς τοὺς ὁρισμούς, ἀλλ' οὐ τῶν κατὰ συμβεβηκὸς ἀχωρίστων, οὐδ' ἔτι μᾶλλον τῶν χωριστῶν.

16 Ἃς δὴ καὶ ὁριζόμενοι, φασί, Διαφορά ἐστιν, ᾗ περισσεύει τὸ εἶδος τοῦ γένους. ὁ γὰρ ἄνθρωπος, πλέον ἔχει τοῦ ζώου τὸ λογικὸν καὶ τὸ θνητόν. τὸ γὰρ ζῷον, οὔτε οὐδὲν τούτων ἐστὶν (ἐπεὶ πόθεν ἂν τὰ εἴδη σχοῖεν τὰς διαφοράς;) οὔτε δὲ πάσας τὰς ἀντικειμένας ἔχει (ἐπεὶ τὸ αὐτὸ ἅμα ἕξει τὰ ἀντικείμενα) ἀλλ' (ὡς ἀξιοῦσι) δυνάμει μὲν πάσας ἔχει τὰς τῶν ὑφ' αὐτὸ διαφοράς, ἐνεργείᾳ δὲ οὐδὲ μίαν. καὶ οὕτως οὔτε ἐξ οὐκ ὄντων τι γίνεται, οὔτε τὰ ἀντικείμενα ἅμα περὶ τὸ αὐτὸ ἔσται. 17 Ὁρίζονται δὲ αὐτὴν καὶ οὕτως, Διαφορά ἐστι τὸ κατὰ πλειόνων καὶ διαφερόντων τῷ εἴδει ἐν τῷ ὁποῖόν τι ἐστι κατηγορούμενον· τὸ γὰρ λογικὸν

καὶ τὸ

καὶ τὸ θνητὸν, τοῦ ἀνθρώπου κατηγορούμενον, ἐν τῷ ὁποῖόν τί ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, λέγεται, ἀλλ᾽ οὐκ ἐν τῷ τί ἐστι. τί μὲν γάρ ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ἐρωτωμένων ἡμῶν, οἰκεῖον εἰπεῖν ζῶον. ὁποῖον δὲ ζῶον πυνθανομένων· ὅτι λογικὸν καὶ θνητὸν, οἰκείως ἀποδώσομεν. τῶν γὰρ πραγμάτων ἐξ ὕλης καὶ εἴδους συνεστώτων, ἢ ἀνάλογόν γε ὕλῃ καὶ εἴδει τὴν σύστασιν ἐχόντων· ὥσπερ ὁ ἀνδριὰς ἐξ ὕλης μὲν τοῦ χαλκοῦ, εἴδους δὲ τοῦ σχήματος· οὕτω καὶ ὁ ἄνθρωπος ὁ κοινός τε καὶ εἰδικὸς, ἐξ ὕλης μὲν ἀναλόγου συνέστηκε τοῦ γένους, ἐκ μορφῆς δὲ, τῆς διαφορᾶς. τὸ δὲ ὅλον τοῦτο, ζῶον λογικὸν θνητὸν, ὁ ἄνθρωπος· ὡς ἐκεῖ ὁ ἀνδριάς.

18 Ὑπογράφουσι δὲ καὶ οὕτω, Διαφορά ἐστι τὸ χωρίζειν πεφυκὸς τὰ ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος. τὸ λογικὸν γὰρ καὶ τὸ ἄλογον τὸν ἄνθρωπον καὶ τὸν ἵππον, ὄντα ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος τὸ ζῶον, χωρίζει.

19 Ἀποδιδόασι δὲ καὶ οὕτω, Διαφορά ἐστιν, ὅτῳ διαφέρει ἕκαστον· ὁ γὰρ ἄνθρωπος καὶ ὁ ἵππος, κατὰ μὲν τὸ γένος οὐ διενηνόχε· ζῶα γὰρ καὶ ἡμεῖς καὶ οἱ ἵπποι· ἀλλὰ τὸ λογικὸν προστεθὲν, διέστησεν ἡμᾶς ἀπ᾽ ἐκείνων. καὶ λογικοὶ ἐσμὲν καὶ ἡμεῖς καὶ οἱ ἄγγελοι· ἀλλὰ τὸ θνητὸν προστεθὲν, διέστησεν ἡμᾶς ἀπ᾽ ἐκείνων. 20 Προσεπεξεργαζόμενοι δὲ τὰ περὶ τῆς διαφορᾶς, μὴ τὸ τυχόν φασι τῶν χωριζόντων τὰ ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος εἶναι τὴν διαφορὰν, ἀλλ᾽ ὅπερ εἰς τὸ εἶναι συμβάλλεται, καὶ εἰς τὸ τί ἦν εἶναι, καὶ ὃ τοῦ πράγματός ἐστι μέρος. οὐ γὰρ τὸ πεφυκέναι πλεῖν, διαφορά ἐστιν ἀνθρώπου,

& mortale cùm homini attribuatur, *de eo* dicitur in *quæſtione* quale quid eſt homo, nõ in *quæſtione* quid eſt. nam interrogati quid eſt homo, aptè reſpondebimus animal: interrogati autem quale animal, aptè reſpondebimus *eſſe* rationale, & mortale. Cùm enim res conſtent ex materia & forma, vel iis quæ proportione reſpondent materiæ & formæ: quemadmodum ſtatua ex æris materia, & figura *tamquàm* forma: ſic etiam homo cõmunis & ſpecialis conſtat ex genere quod proportione reſpõdet materiæ, & differentia *quæ reſpondet* formæ. totum autem hoc, animal rationale mortale, *eſt* homo, vt ibi ſtatua.

18 Deſcribunt etiam ita, Differentia eſt *id* quod naturalem vim habet ſeparandi [a] ea quæ ſub eodem genere *collocantur*. nam Rationale & Irrationale ſeparãt hominem & equum, quæ *ſunt* ſub eodem genere, *nempe ſub* animali. 19 Explicant etiã ita, Differentia eſt *id* quo quidque differt. [b] Nam homo & equus ratione generis non differunt; cùm & nos & equi *ſimus* animalia: ſed Rationale adiectum, nos ab illis ſeiunxit. Item ratione præditi ſumus & nos & angeli: ſed Mortale adiectum, nos ab illis diſtinxit.

20 Qui verò diligentiùs & exquiſitiùs de differẽtia pertractãt, non aiunt differẽtiam eſſe quodcumque ſeparat *ea* quæ *ſunt* ſub eodem genere: ſed quod [c] ad eſſentiam & quidditatem confert, quódque eſt rei pars. nam aptum natura eſſe ad nauigandum, nõ eſt differentia hominis,

a Eſſentialiter, vt mox docebit part. 20.

b Eſſentialiter, vt docebit part. ſeq.

c Non proponit nouam definitionem, ſed abſoluit, ac perficit duas poſtremas definitiones, ſupplens quod deerat. ceteróqui hęc definitio cõueniret etiam generi.

quamuis *ſit* proprium hominis. dicere enim poſſumus, animaliũ alia eſſe naturâ apta ad nauigandum, alia minimè, ſeparantes hominem ab aliis. ſed naturâ aptum eſſe ad nauigandum, non habet vim complendi eſſentiam, nec *eſt* pars eius, ſed habilitas tãtùm *ſeu aptitudo* eius: propterea quòd nõ eſt *talis* differentia, quales ſunt *ea* quæ vocantur differentiæ ſpecificæ. Ergo ſpecificæ differentiæ ſunt, quæcumque aliam ſpeciem efficiunt, & quæcumque in *rei* quidditate *explicanda* adhibentur. 21 Ac de differentia quidem tot dicta ſufficiunt.

εἰ καὶ ἴδιον ἀνθρώπου. εἴποιμεν γὰρ ἂν τῶν ζώων τὰ μὲν πλεῖν πεφυκέναι, τὰ δὲ, μὴ, χωρίζοντες τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ τῶν ἄλλων. ἀλλὰ τὸ πεφυκέναι πλεῖν, οὐκ ἦν συμπληρωτικὸν τῆς οὐσίας, οὐδὲ μέρος αὐτῆς, ἀλλ' ἐπιτηδειότης μόνον αὐτῆς, διὰ τὸ μὴ εἶναι διαφορὰν, οἷαι αἱ εἰδοποιοὶ λεγόμεναι διαφοραί. εἶεν οὖν ἂν εἰδοποιοὶ διαφοραὶ, ὅσαι ἕτερον εἶδος ποιοῦσι, καὶ ὅσαι ἐν τῷ τί ἦν εἶναι παραλαμβάνονται.

21 Καὶ περὶ μὲν διαφορᾶς ἀρκεῖ τοσαῦτα.

De proprio. Cap. IV.

1 Proprii quatuor modi. 2 Primus. 3 Secundus. 4 Tertius. 5 Quartus, 6 & eius proprietas.

PRoprium [a] autem diuidunt quadrifariam. 2 Nam *proprium eſt*, & quod ſoli alicui ſpeciei [b] accidit, etſi non omni: vt homini mederi, aut geometræ officio fungi. 3 Et quod accidit omni ſpeciei, etſi non ſoli: vt homini eſſe bipedem. 4 Et quod ſoli & omni & aliquando: vt omni homini *accidit* in ſenectute caneſcere. 5 Et quartò *id* in quo *hæc* concurrunt, ſoli, & omni, & ſemper, vt homini aptũ eſſe ad ridendum. nam etſi non ſemper ridet, tamen dicitur aptũ ad ridendum [c], nõ quòd ſemper rideat, ſed quòd naturâ aptus ſit *ad ridendum*. hoc autem ei ſemper naturâ inſitum eſt: vt equo aptum *eſſe* ad hinniẽdum. 6 Atque hæc propriè [d] propria [e] *eſſe* inquiunt: quia reciprocantur [f]. ſiquid enim *eſt* equus, *eſt* aptum ad hinniendum. & ſi quid *eſt* aptum ad hinniendum, *eſt* equus.

ΤΟ δὲ ἴδιον διαιροῦσι τετραχῶς. 2 Καὶ γὰρ ὃ μόνῳ τινὶ εἴδει συμβέβηκεν, εἰ καὶ μὴ παντί· ὡς ἀνθρώπῳ τὸ ἰατρεύειν, ἢ τὸ γεωμετρεῖν. 3 Καὶ ὃ παντὶ συμβέβηκε τῷ εἴδει, εἰ καὶ μὴ μόνῳ· ὡς τῷ ἀνθρώπῳ τὸ εἶναι δίποδι. 4 Καὶ ὃ μόνῳ καὶ παντὶ καὶ ποτέ· ὡς ἀνθρώπῳ παντὶ τὸ ἐν γήρᾳ πολιοῦσθαι. 5 Τέταρτον δὲ, ἐφ' οὗ συνδέδραμηκε καὶ τὸ μόνῳ, καὶ παντὶ, καὶ ἀεί· ὡς τῷ ἀνθρώπῳ τὸ γελαστικόν· κἂν γὰρ μὴ γελᾷ ἀεὶ, ἀλλὰ γελαστικὸν λέγεται, οὐ τῷ γελᾶν ἀεὶ, ἀλλὰ τῷ πεφυκέναι. τοῦτο δὲ ἀεὶ αὐτῷ σύμφυτον ὑπάρχει, ὡς καὶ τῷ ἵππῳ τὸ χρεμετιστικόν. 6 Ταῦτα δὲ καὶ κυρίως ἴδιά φασιν, ὅτι καὶ ἀντιστρέφει. εἰ τι γὰρ ἵππος, χρεμετιστικόν· καὶ εἴτι χρεμετιστικὸν, ἵππος.

CAP. V.

a Proprium accipe, non quod improprio, ſed quod communi opponitur. proprium eſt ſpecies accidentis accidens enim diuiditur in propriũ, & commune. de proprio nunc, de communi in ſeq. cap. diſſeritur.

b Proprium non ſolùm accidit ſpeciei, ſed etiã generibus, & indiuiduis. nam in categoriis conſiderantur variæ proprietates ſũmorum generũ. & ſuprà, cap. 2. part. 8. Porphyr. diſertè diſtinguebat proprietates ſpecierum à proprietatibus indiuiduorum.

c Γελαστικὸν, id eſt, ſi dicere liceret, riſiuum.

d Id eſt, non impropriè.

e Id eſt, non cõmunia.

f Obſerua proprium reciprocari cum eo, cuius eſt propriũ. Vide lib. 1. Topic. cap. 5. part. 5. & lib. 4. primæ philoſophiæ, ca. vltimo.

De accidente. Cap. V.

1 *Definitio prima.* 2 *Diuiſio.* 3 *Definitio ſecunda.* 4 *Definitio tertia.*

Συμβεβηκὸς δέ ἐστιν, ὃ γίνεται καὶ ἀπογίνεται χωρὶς τῆς τοῦ ὑποκειμένου φθορᾶς. 2 Διαιρεῖται δὲ εἰς δύο· τὸ μὲν γὰρ αὐτοῦ, χωριστόν ἐστι· τὸ δὲ, ἀχώριστον. τὸ μὲν οὖν καθεύδειν, χωριστόν ἐστι συμβεβηκός· τὸ δὲ μέλαν εἶναι, ἀχωρίστως τῷ κόρακι καὶ τῷ Αἰθίοπι συμβέβηκε. δύναται δὲ ἐπινοηθῆναι καὶ κόραξ λευκός, καὶ Αἰθίοψ ἀποβαλὼν τὴν χροιάν, χωρὶς φθορᾶς τοῦ ὑποκειμένου.

3 Ὁρίζονται δὲ καὶ οὕτω, Συμβεβηκός ἐστιν, ὃ ἐνδέχεται τῷ αὐτῷ ὑπάρχειν, καὶ μὴ ὑπάρχειν. 4 Καὶ ὃ οὔτε γένος ἐστὶν, οὔτε διαφορὰ, οὔτε εἶδος, οὔτε ἴδιον, ἀεὶ δέ ἐστιν ἐν ὑποκειμένῳ ὑφιστάμενον.

Accidens [a] verò eſt, quod adeſt & abeſt [b] ſine ſubiecti interitu. 2 Diuiditur autem in duo *genera*. nam aliud eſt ſeparabile, aliud inſeparabile. Vt putà dormire eſt accidens ſeparabile: nigrum autem eſſe, ita accidit coruo & Æthiopi, vt ſeparari nequeat. ſed poteſt intelligi coruus albus, & Æthiops abiecto colore, ſine interitu ſubiecti.

3 Sic etiam definiunt, [c] Accidens eſt, quod contingit eidem ineſſe & nõ ineſſe. 4 Et quod neque eſt genus, neque differentia, nec ſpecies, nec proprium, ſemper autem in ſubiecto inhæret. [d]

CAP. VI.

a Accidẽs intellige, non quod opponitur categoriæ ſubſtãtiæ, ſed quod opponitur eſſẽtię rei. Nam etſi color eſt accidens, nõ ſubſtantia: tamẽ albori non accidit, ſed eſt eius genus.

b Adeſſe & abeſſe intellige, nõ re ipſa, ſed per intellectum. nã quædam accidẽtia re ipſa nõ ſeparantur à ſubiecto, nẽpe quæ vocantur inſeparabilia. itẽ quædam re ipſa non adſunt ſine ſubiecti interitu, vt mors. Si quis obiiciat hanc definitionem accidentis conuenire etiã proprio, quia proprium quoque adeſt & abeſt per intellectum ſine ſubiecti interitu: reſpõdebo proprium abeſſe tantùm abſtractione priuatiuâ, accidens etiam poſitiuâ. Id eſt, homo cõſiderari poteſt non habita ratione aptitudinis ad ridendum: non tamen conſiderari poteſt ineptus ad ridendum: quia ſicut proprietas, id eſt aptitudo ad ridendũ, proficiſcitur ex rei natura & eſſentia: ita negatio huius aptitudinis eſt contraria naturæ & eſſentiæ: ideóque homo ineptus ad ridendum, non eſt homo. Eâdem ratione poteſt conſiderari corpus non habita ratione loci, quatenus eſt ſubſtantia conſtans ex materia & forma. ſed ſi negetur eſſe in loco, negatur eſſe corpus: quia corporis eſſentiam neceſſariò ſequitur eſſe in loco. Accidens verò commune ita ſeparatur à ſubiecto, vt intellectus in eo ſubiecto fingere poſſit ineſſe accidens contrarium. exempli cauſâ, intellectus poteſt fingere coruum album, aut cygnum nigrum: quoniam albor vel nigror non pertinet ad eſſentiam cygni vel corui. Rectè igitur Porphyrius in ſeq. part. ait poſſe intelligi coruum album, licet huiuſmodi intellectus falſus ſit.

c Hanc & ſequentem definitionem Porphyrius accepit ex 1. Topic. cap. 5. part. 8.

d Si omne accidens ſemper ineſt in ſubiecto, quomodo dicitur quoddam accidens eſſe ſeparabile? Quia ſubiectũ ſine accidente conſiſtit, non accidens ſine ſubiecto. vt cùm aqua ex calida fit frigida, calor perit, aqua manet.

DE COMMVNITATIBVS ET DIFFERENTIIS QVINQVE VOCVM,

Tractatus poſterior.

Collatio quinque vocum. Cap. VI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

1 *Scopus & nexus.* 2 *Communitas.* 3 *Differentia.*

Ἀφωρισμένων δὲ πάντων τῶν προτεθέντων, λέγω δὴ γένους, εἴδους, διαφο-

Expoſitis ſeparatim omnibus quæ propoſita fuerũt, nimirum genere, ſpecie, diffe-

rentia, proprio, accidente; dicendum *eſt*, quænam ſint eis communia, & quæ propria. 2 Cõmune igitur omnium *eſt*, pluribus attribui, vt dictum fuit.

3 Sed genus *attribuitur* ſpeciebus, & indiuiduis, quæ ſub ſe *ſũt*. itidémque differẽtia. ſpecies autem indiuiduis ſub ſe *conſtitutis*. propriũ verò *attribuitur* ſpeciei cuius eſt propriũ, & indiuiduis quæ ſub *ea* ſpecie *ſunt*. accidens autẽ & ſpeciebus, & indiuiduis. Nam animal attribuitur equo, & boui, quæ ſunt ſpecies: necnon huic equo, & huic boui, quæ ſũt indiuidua. rationis autem expers attribuitur equo & boui, particularibúſque *equis ac bubus*. at ſpecies, vt homo, ſolis particularibus attribuitur. proprium verò *attribuitur* & ſpeciei cuius eſt proprium, & indiuiduis ſub ea ſpecie *conſtitutis*: vt aptum ad ridendum & homini, & particularibus *hominibus*. nigrum verò *attribuitur* ſpeciei coruorũ, & particularibus *coruis*, cùm ſit accidens inſeparabile. item moueri, homini, & equo, cùm ſit accidẽs ſeparabile: ſed primùm [a] *attribuitur* indiuiduis, ſecũdo autem loco etiam, iis quæ continẽt indiuidua.

a Vide Ariſtotelem lib. 9. primæ philoſoph. cap. penult.

ρας, ἰδίου, συμβεβηκότος, ῥητέον τίνα τε κοινὰ περίεστιν αὐτοῖς, καὶ τίνα ἴδια. 2 Κοινὸν μὲν οὖν ἁπάντων, τὸ κατὰ πλειόνων κατηγορεῖσθαι, ὡς εἴρηται. 3 Ἀλλὰ τὸ μὲν γένος, τῶν ὑπ' αὐτὸ εἰδῶν, καὶ ἀτόμων· καὶ ἡ διαφορὰ ὡσαύτως· τὸ δὲ εἶδος, τῶν ὑπ' αὐτὸ ἀτόμων· τὸ δὲ ἴδιον, τοῦ τε εἴδους οὗ ἐστιν ἴδιον, καὶ τῶν ὑπὸ τὸ εἶδος ἀτόμων· τὸ δὲ συμβεβηκὸς, καὶ εἰδῶν καὶ ἀτόμων. τό τε γὰρ ζῶον ἵππου τε καὶ βοὸς κατηγορεῖται, εἰδῶν ὄντων· καὶ τοῦδε τοῦ ἵππου, καὶ τοῦδε τοῦ βοὸς, ἀτόμων ὄντων. τὸ δὲ ἄλογον, ἵππου καὶ βοὸς κατηγορεῖται, καὶ τῶν κατὰ μέρος. τὸ μέν τοι εἶδος, οἷον ὁ ἄνθρωπος, τῶν κατὰ μέρος μόνων κατηγορεῖται. τὸ δὲ ἴδιον, τοῦ τε εἴδους οὗ ἐστιν ἴδιον, καὶ τῶν ὑπὸ τὸ εἶδος ἀτόμων· οἷον τὸ γελαστικὸν, καὶ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τῶν κατὰ μέρος. τὸ δὲ μέλαν, τοῦ τε εἴδους τῶν κοράκων, καὶ τῶν κατὰ μέρος, συμβεβηκὸς ὂν ἀχώριστον· καὶ τὸ κινεῖσθαι, ἀνθρώπου τε καὶ ἵππου, χωριστὸν ὂν συμβεβηκός· ἀλλὰ προηγουμένως μὲν τῶν ἀτόμων· κατὰ δεύτερον δὲ λόγον, καὶ τῶν περιεχόντων τὰ ἄτομα.

Collatio generis, & differentiæ. Cap. VII.

1 ¶ Communitates. Prima à vi continendi ſpecies. 2 Secunda ab iis quæ attribuuntur generi, vel differentiæ. 3 Tertia ex eo quòd ſublatis ſuperioribus, tolluntur inferiora. 4 ¶ Differentiæ. Prima à numero eorum, quibus attribuuntur. 5 Secunda à vi continendi. 6 Tertia à priori & poſteriori. 7 Quarta: quia genus ſublatum, tollit differentiam: nõ contrà. 8 Quinta à ratione attribuendi. 9 Sexta à numero. 10 Septima à comparatione cum materia vel forma. 11 ¶ Excuſatio.

Cap. VIII.

b Hoc verè dicitur de aliis differentiis, non de ea quæ cõſtituit vltimã ſpeciem. ſed iam cap. 4. notaui hunc à Porphyrio prætermitti.

COmmune *eſt* generis ac differẽtiæ, habere vim cõtinẽdi ſpecies. nã & differẽtia [b] cõtinet ſpecies, etſi non omnes quas genus. Rationale enĩ etſi nó cõtinet ea quę ſũt rationis expertia, vt

ΚΟινὸν δὲ γένους καὶ διαφορᾶς, τὸ περιεκτικὸν τῶν εἰδῶν· περιέχει γὰρ καὶ ἡ διαφορὰ εἴδη, εἰ καὶ μὴ πάντα, ὅσα τὰ γένη. τὸ γὰρ λογικὸν, εἰ καὶ μὴ περιέχει τὰ ἄλογα ὥσπερ τὸ ζῶον,

τὸ ζῶον, ἀλλὰ περιέχει ἄγγελον καὶ ἄνθρωπον, ἅπερ ἐστὶν εἴδη. 2 Ὅσα τε κατηγορεῖται τοῦ γένους ὡς γένους, καὶ τῶν ὑπ' αὐτὸ εἰδῶν κατηγορεῖται· ὅσα τε τῆς διαφορᾶς ὡς διαφορᾶς, καὶ τοῦ ἐξ αὐτῆς εἴδους κατηγορηθήσεται. γένους τε γὰρ ὄντος τοῦ ζώου, ὡς γένους κατηγορεῖται ἡ οὐσία, καὶ τὸ ἔμψυχον, καὶ τὸ αἰσθητικόν. ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπὸ τὸ ζῶον εἰδῶν πάντων κατηγορεῖται ταῦτα, ἄχρι καὶ τῶν ἀτόμων. διαφορᾶς τε οὔσης τοῦ λογικοῦ, κατηγορεῖται ὡς διαφορᾶς, τὸ λόγῳ χρῆσθαι· οὐ μόνον δὲ τοῦ λογικοῦ, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπὸ τὸ λογικὸν εἰδῶν κατηγορηθήσεται τὸ λόγῳ χρῆσθαι. 3 Κοινὸν δὲ καὶ τὸ, ἀναιρεθέντος τοῦ γένους ἢ τῆς διαφορᾶς, συναναιρεῖσθαι καὶ τὰ ὑπ' αὐτά. ὡς γὰρ μὴ ὄντος ζώου, οὐκ ἔστιν ἵππος, οὐδὲ ἄνθρωπος· οὕτω μὴ ὄντος λογικοῦ, οὐδὲν ἔσται ζῶον τὸ λόγῳ χρώμενον. 4 Ἴδιον δὲ τοῦ γένους, τὸ ἐπὶ πλειόνων κατηγορεῖσθαι, ἤπερ ἡ διαφορὰ, καὶ τὸ εἶδος, καὶ τὸ ἴδιον, καὶ τὸ συμβεβηκός. τὸ μὲν γὰρ ζῶον, ἐπ' ἀνθρώπου, καὶ ἵππου, καὶ ὀρνέου, καὶ ὄφεως· τὸ δὲ τετράπουν, ἐπὶ μόνων τῶν τέτταρας πόδας ἐχόντων· ὁ δὲ ἄνθρωπος, ἐπὶ μόνων τῶν ἀτόμων· καὶ τὸ χρεμετιστικὸν, ἐπὶ τοῦ ἵππου μόνου, καὶ τῶν κατὰ μέρος. καὶ τὸ συμβεβηκὸς, ὁμοίως ἐπ' ἐλαττόνων. δεῖ δὲ διαφορὰς λαμβάνειν, αἷς τέμνεται τὸ γένος, οὐ τὰς συμπληρωτικὰς τῆς οὐσίας τοῦ γένους, ἀλλὰ τὰς διαιρετικάς.

5 Ἔτι τὸ γένος περιέχει τὴν διαφορὰν, δυνάμει· τοῦ γὰρ ζώου τὸ μὲν, λογικὸν, τὸ δὲ, ἄλογον· αἱ δὲ διαφοραὶ οὐ περιέχουσι τὰ γένη.

animal, at *certè* continet angelum & hominem, qui ſunt ſpecies. 2 Et quæcumque attribuuntur generi vt genus *eſt*,[a] etiam ſpeciebus ei ſub*iectis* attribuuntur. & quæcũque *attribuũtur* differentiæ vt differentia eſt, etiam ſpeciei ex ea *orta* attribuẽtur. Cùm enim animal ſit genus: *ei* tamquàm generi attribuitur ſubſtantia, & animatum, & ſenſu præditum. ſed & omnibus ſpeciebus animali ſub*iectis* hæc attribuuntur vſque ad indiuidua. Cúmque rationale ſit differentia: ei tamquàm differẽtiæ attribuitur Ratione vti. nec ſolùm rationali, ſed etiam ſpeciebus rationali ſub*iectis* attribuetur Ratione vti. 3 Sed & hoc commune *eſt*, ſublato genere aut differentia, tolli etiam quæ ſub eis *ſunt*. vt enim, niſi ſit animal, non eſt equus, nec homo: ſic, niſi ſit rationale, nullum erit animal ratione vtens. 4 Proprium autem generis *eſt*, pluribus[b] attribui, quàm differentiam, & ſpeciem[c], & propriũ, & accidens[d]. nam animal de homine, & equo, & aue, & angue *dicitur*. quadrupes autẽ de *iis* ſolis quæ quatuor pedes habent. homo verò de ſolis indiuiduis. & aptum ad hinniendum, de ſolo equo, & particularibus *equis*. itidémque accidẽs[e] de paucioribus. Oportet autem differentias accipere, quibus diuiditur genus, non cõpletiuas eſſentiæ generis, ſed diuiſiuas. 5 Præterea genus differentiam continet poteſtate[f]: nam animal partim *eſt* rationis particeps, partim expers: differentiæ verò non continent genera.

a Hoc addit, vt excludat quæ attribuuntur generi, vt eſt vox: vt putà eſſe generis neutri, tertiæ nominum inflexionis, & cetera, quæ attribuuntur generi, non ſpeciebus generis. Impropriè tamen loquitur: quia genus, quà eſt genus, non ſubiicitur, ſed attribuitur. quà verò ſubiicitur, ſpecies potiùs appellatur quàm genus.

b Ex lib. 4. Topic. cap. vlt. part. 15.

c Speciei, proprii, & accidentis obiter hîc mẽtio fit.

d Dubitare aliquis rectè poſſit, an verũ ſit, quod Porphyrius aſſerit, genus dici de pluribus quàm accidẽs. Sanè hęc ſentẽtia falſa erit, niſi coanguſtetur ad accidẽs ſub genere contentum.

e Quod ſpeciebus animalis accidit, vt locũ mutare. ceterùm coloratũ eſſe, moueri, & alia eiuſmodi accidẽtia, pluribus attribuuntur, quàm animal.

f Non actu. vide cap. 3. part. 16.

6 Præterea genera *ſunt* priora differentiis ſub ſe *poſitis*. 7 Idcirco *ſi tollantur*, eas vnà tollunt, ſed ab illis vnà nō tollūtur. ſublato enim animali, ſimul tollitur rationale & irrationale. differentiæ autem non ſimul tollunt genus: nam licèt omnes tollantur, *tamen* ſubſtantia animata, ſentiendi facultate prædita, intelligitur, quæ *quidem* eſt animal.

8 Præterea genus attribuitur in *quæſtione* quid eſt, differentia in *quæſtione* quale quid eſt, vt *iam* dictum fuit. 9 Præterea in quaque ſpecie vnum *eſt* genus, vt hominis genus *eſt* animal: differentiæ autem multæ, vt rationale, mortale, intelligentiæ ac ſcientiæ capax, quibus ab aliis animalibus *homo* differt. 10 Ac genus quidem aſſimilatur materiæ, differentia verò formæ.

11 Cùm autem alia quoque ſint communia & propria generis & differētiæ: tot *expoſuiſſe* ſufficiat.

6 Ἔτι, τὰ μὲν γένη, πρότερα τῶν ὑπ᾽ αὐτὰ διαφορῶν. 7 Διὸ συναναιρεῖ μὲν αὐτάς, οὐ συναναιρεῖται δὲ ὑπ᾽ αὐτῶν. ἀναιρεθέντος γὰρ τοῦ ζώου, συναναιρεῖται τὸ λογικὸν καὶ τὸ ἄλογον. αἱ δὲ διαφοραὶ οὐκέτι συναναιροῦσι τὸ γένος· κἂν γὰρ πᾶσαι ἀναιρεθῶσιν, οὐσία ἔμψυχος αἰσθητικὴ ἐπινοεῖται, ἥτις ἦν τὸ ζῶον.

8 Ἔτι, τὸ μὲν γένος, ἐν τῷ τί ἐστιν· ἡ δὲ διαφορά, ἐν τῷ ὁποῖόν τί ἐστι, ὡς εἴρηται, κατηγορεῖται. 9 Ἔτι, γένος μὲν, ἓν καθ᾽ ἕκαστον εἶδος, οἷον ἀνθρώπου γένος τὸ ζῶον· διαφοραὶ δέ, πλείους, οἷον λογικόν, θνητόν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν, αἷς τῶν ἄλλων ζώων διαφέρει. 10 Καὶ τὸ μὲν γένος ἔοικεν ὕλῃ, μορφῇ δὲ ἡ διαφορά.

11 Προσόντων δὲ καὶ ἄλλων κοινῶν τε καὶ ἰδίων τῷ γένει καὶ τῇ διαφορᾷ, ἀρκεῖ τοσαῦτα.

Collatio generis, & ſpeciei. Cap. VIII.

CAP. IX.
a Non ait Porphyrius accipiēdam eſſe ſpeciē ſpecialiſſimam: conſiderat enim tam ſubalterna, quàm ſpecialiſſima. ſed cùm ſubalterna ſint genera ſimul & ſpecies, iubet ea ſpectari quà ſunt genera, non quà ſpecies.
b Vide cap. 2. part. 39.
c Species non cōtinet genus vt partem ſubiectiuam, ſed vt partem eſſētialem: quia cap. 3. part. 17. dictum fuit ſpeciem conſtare ex genere & differentia, quaſi ex materia & forma.

1 ¶ *Cōmunitates. Prima, Attribui pluribus.* 2 *Secunda, Eſſe prius.* 3 *Tertia, Eſſe totum.* 4 ¶ *Differentia. Prima, Genus continet ſpecies, non contrà.* 5 *Secunda, Genus latiùs patet quàm ſpecies.* 6 *Tertia, Genera ſunt priora ſpeciebus.* 7 *Quarta, Genus ſublatum, tollit ſpeciem, non contrà.* 8 *Quinta, ab attributione.* 9 *Sexta, à ſpeciebus & differentiis.* 10 *Septima, à generaliſſimo, & ſpecialiſſimo.*

GEnus & ſpecies commune *hoc* habent, pluribus (vt dictū eſt) attribui. Accipiatur autem ſpecies vt ſpecies tantùm: non etiam vt genus, [a] ſi fortè idē ſit tam ſpecies quàm genus. 2 Commune etiam his *eſt*, priora eſſe *iis* quibus attribuuntur. 3 Et vtrumque eſſe totū [b] quiddam. 4 Differūt autem: quia genus continet ſpecies; at ſpecies continentur, nōn continēt [c] genera. 5 Genus enim pluribus attribuitur, quàm ſpecies.

ΓΈνος δὲ καὶ εἶδος, κοινὸν μὲν ἔχουσι, τὸ κατὰ πλειόνων (ὡς εἴρηται) κατηγορεῖσθαι. εἰλήφθω δὲ τὸ εἶδος, ὡς εἶδος μόνον, ἀλλ᾽ οὐχὶ καὶ ὡς γένος, εἴπερ ᾖ τὸ αὐτὸ καὶ εἶδος καὶ γένος. 2 Κοινὸν δὲ αὐτοῖς, καὶ τὸ πρότερα εἶναι ὧν κατηγορεῖται. 3 Καὶ τὸ ὅλον τι εἶναι ἑκάτερον. 4 Διαφέρει δέ, ὅτι τὸ μὲν γένος περιέχει τὰ εἴδη, τὰ δὲ εἴδη περιέχεται, καὶ οὐ περιέχει τὰ γένη. 5 Ἐπὶ πλεῖον γὰρ τὸ γένος τοῦ εἴδους κατηγορεῖται.

6 Ἔτι

6 Ἔτι, τὰ γένη προϋποκεῖσθαι δεῖ, καὶ διαμορφωθέντα ταῖς εἰδοποιοῖς διαφοραῖς, ἀποτελεῖν τὰ εἴδη. ὅθεν καὶ πρότερα τῇ φύσει τὰ γένη. 7 Καὶ συναναιρεῖ μὲν τὰ, ἀλλ᾽ οὐ συναναιρούμενα. εἴδους μὲν γὰρ ὄντος, πάντως ἐστὶ καὶ γένος· γένους δὲ ὄντος, οὐ πάντως ἐστὶν εἶδος. 8 Καὶ τὰ μὲν γένη, συνωνύμως κατηγορεῖται τῶν ὑφ᾽ αὐτὰ εἰδῶν· τὰ δὲ εἴδη, τῶν γενῶν οὐκέτι. 9 Ἔτι τὰ μὲν γένη πλεονάζει τῇ τῶν ὑπ᾽ αὐτὰ εἰδῶν περιοχῇ· τὰ δὲ εἴδη, τῶν γενῶν πλεονάζει ταῖς οἰκείαις διαφοραῖς. 10 Ἔτι οὔτε τὸ εἶδος γένοιτ᾽ ἂν γενικώτατον· οὔτε τὸ γένος, εἰδικώτατον.

6 Prẹterea opus eſt, vt prius ſubiiciātur genera, & efformata ſpecificis differentiis perficiant ſpecies. vnde etiā naturâ priora *ſunt* genera. 7 Et vnà tollunt, non vnà tolluntur. nam ſi ſpecies ſit, omnino eſt etiam genus. quòd ſi genus ſit, non omnino eſt ſpecies. 8 Ac genera quidē ſynonym*ω*s attribuuntur ſpeciebus ſibi ſubie*ctis*, non item [a] ſpecies generibus. 9 Præterea genera ſuperant [b] ſpecierum ſibi ſub*iectarum* comprehēſione: ſpecies autem ſuperant genera propriis differentiis. 10 Præterea nec ſpecies poteſt fieri generaliſſimum: nec genus, ſpecialiſſimum.

a Non ſignificat ſpeciem generi attribui homonym*ω*s, ſed nullo modo attribui. Atqui attribuimus hominem animali, cùm dicim⁹ aliquod animal eſſe hominē. Sed aliud eſt animal, aliud eſt aliquod animal. nam animal eſt genus hominis: aliquod animal non eſt genus.

b Id eſt, latiùs patēt, quàm ſpecies.

Collatio generis, & proprij. Cap. IX.

*1 ¶ Communitates. Prima, Sequi ſpecies. 2 Secunda, Aequè attribui. 3 Tertia, Synonym*ω*s attribui. 4 ¶ Differentiæ. Prima, Genus eſt prius proprio. 5 Secunda à numero ſpecierum quibus attribuuntur. 6 Tertia à reciprocatione. 7 Quarta, Propriū ineſſe in vna ſpecie, genus in pluribus. 8 Quinta, Sublato genere tollitur proprium, non contrà.*

Γένους δὲ καὶ ἰδίου κοινὸν μὲν τὸ ἕπεσθαι τοῖς εἴδεσιν. εἴ τι γὰρ ἄνθρωπος, ζῶον· καὶ εἴ τι ἄνθρωπος, γελαστικόν. 2 Καὶ τὸ ἐπίσης κατηγορεῖσθαι τὸ γένος τῶν εἰδῶν, καὶ τὸ ἴδιον τῶν αὐτοῦ μετεχόντων ἀτόμων. ἐπίσης γὰρ καὶ ὁ ἄνθρωπος καὶ ὁ βοῦς, ζῶον· καὶ Ἄνυτος καὶ Μέλιτος, γελαστικόν. 3 Κοινὸν δὲ καὶ τὸ συνωνύμως κατηγορεῖσθαι τὸ γένος τῶν οἰκείων εἰδῶν, καὶ τὸ ἴδιον ὧν ἂν εἴη ἴδιον. 4 Διαφέρει δὲ, ὅτι τὸ μὲν γένος πρότερον, ὕστερον δὲ τὸ ἴδιον. δεῖ γὰρ εἶναι ζῶον, εἶτα διαιρεῖσθαι διαφοραῖς καὶ ἰδίοις. 5 Καὶ τὸ μὲν γένος, κατὰ πλειόνων εἰδῶν κατηγορεῖται· τὸ δὲ ἴδιον, ἑνὸς εἴδους τινὸς, οὗ ἐστιν ἴδιον. 6 Ἔτι, τὸ μὲν ἴδιον ἀντικατηγορεῖται οὗ ἐστιν ἴδιον· τὸ δὲ γένος, οὐδενὸς ἀντικατηγορεῖται.

CAP. X.

Generi cum proprio cōmune *eſt*, ſequi ſpecies. nam ſi quid *eſt* homo, *eſt* animal. & ſi quid *eſt* homo, *eſt* aptū ad ridendum. 2 Itē, æquè attribui genus ſpeciebus, & proprium indiuiduis quæ ipſum participāt. homo enim & bos æquè *eſt* animal: & Anytus atque Melitus *æquè eſt* res apta ad ridendum. 3 Commune etiam eſt, ſynonym*ω*s attribui genus propriis ſpeciebus, & proprium *iis* quorū fuerit proprium. 4 Differunt autē: quia genus *eſt* prius, propriū *eſt* poſterius. *primum* enim oportet eſſe animal, poſtea diuidi differētiis & propriis. 5 Ac genus quidē pluribus ſpeciebus attribuitur: proprium [c] verò vni alicui ſpeciei cuius eſt proprium. 6 Præterea proprium reciprocatur cum eo cuius eſt proprium: genus autem cum nullo reciprocatur.

c Hoc accipiendum eſt de proprio ſpeciei infimę. nam propria ſummi generis, & ſubalternorū, (quorū propriorum Porphyrius nullam mentionem facit) multis ſpeciebus attribuuntur.

neque enim ſi quid *eſt* animal, *continuò eſt* homo: nec ſi quid *eſt* animal, *continuò eſt* aptum ad ridendum. at ſi quid *eſt* homo, *eſt* aptum ad ridendum: viciſsimque ſi *eſt* aptum ad ridendum, *eſt* homo. 7 Prætérea proprium ineſt in tota ſpecie cuius eſt proprium, & ſola, & ſemper: genus verò *ineſt* quidem in tota ſpecie cuius eſt genus, & ſemper, non tamen ſola. 8 Præterea propria ſublata, non ſimul tollunt genera: ſed genera ſublata, *ſecum* vnà tollũt ſpecies, quarum ſunt propria: quare iis, quorum ſunt propria, ſublatis, ipſa quoque *propria* ſimul tolluntur.

οὔτε γὰρ εἴ τι ζῶον, ἄνθρωπος· οὔτε εἴ τι ζῶον, γελαστικόν· εἴ τι δὲ ἄνθρωπος, γελαστικόν· καὶ ἔμπαλιν εἰ γελαστικὸν, ἄνθρωπος. 7 Ἔτι τὸ μὲν ἴδιον, παντὶ τῷ εἴδει ὑπάρχει, οὗ ἐστιν ἴδιον, καὶ μόνῳ, καὶ ἀεί· τὸ δὲ γένος, παντὶ μὲν τῷ εἴδει, οὗ ἂν ᾖ γένος, καὶ ἀεί, οὐ μέντοι καὶ μόνῳ.

8 Ἔτι τὰ μὲν ἴδια ἀναιρούμενα, οὐ συναναιρεῖ τὰ γένη· τὰ δὲ γένη ἀναιρούμενα, συναναιρεῖ τὰ εἴδη, ὧν ἐστιν ἴδια· ὥστε καὶ ὧν ἐστιν ἴδια ἀναιρουμένων, καὶ αὐτὰ συναναιρεῖται:

Collatio generis, & accidentis. Cap. X.

1 ¶ *Communitas vna, Pluribus attribui.* 2 ¶ *Differentiæ. Prima, quia genus eſt prius ſpeciebus: accidens, poſterius.* 3 *Secunda ab attributione æquali, vel inæquali.* 4 *Tertia ab indiuiduis.* 5 *Quarta ab attributione in quæſtione quid eſt, vel quale eſt.*

CAP. XI.

GEneris & accidentis commune *eſt*, pluribus (vt dictũ eſt [a]) attribui: ſiue ſit ex *accidentibus* ſeparabilibus, ſiue ex inſeparabilibus. etenim & moueri [b] pluribus *attribuitur*: & nigrum [c] coruis, Æthiopibúſque, ac nonnullis anima carentibus.

2 Differt autem genus ab accidente: quia genus *eſt* prius propriis ſpeciebus, accidentia verò *ſunt* ſpeciebus poſteriora. nam etiamſi accipiatur accidens inſeparabile: tamen prius eſt id [d] cui accidit, quàm accidens. 3 Ac genus quidem quæ participant, æquè participant: accidẽs autem non æquè. quoniam contentionem, ac remiſſionem recipit accidẽtium participatio: generum, non item.

4 Et accidentia primùm ſunt in indiuiduis: genera verò & ſpecies naturâ priora *sũt* indiuiduis ſubſtantiis.

a Cap. 2. part. 9. & cap. 6. part. 2. & 3.
b Quod eſt accidens ſeparabile.
c Quod ſeparari nequit à coruis, Æthiopibus, & ceteris eiuſmodi rebus.
d Id eſt, ſpecies.

ΓΈνους δὲ καὶ συμβεβηκότος κοινὸν, τὸ κατὰ πλειόνων (ὡς εἴρηται) κατηγορεῖσθαι· ἄν τε τῶν χωριστῶν ᾖ, ἄν τε τῶν ἀχωρίστων. καὶ γὰρ καὶ τὸ κινεῖσθαι, κατὰ πλειόνων· καὶ τὸ μέλαν, κατὰ κοράκων, καὶ Αἰθιόπων, καί τινων ἀψύχων. 2 Διαφέρει δὲ τὸ γένος τοῦ συμβεβηκότος· ὅτι τὸ μὲν γένος, πρὸ τῶν εἰδῶν· τὰ δὲ συμβεβηκότα, τῶν εἰδῶν ὕστερα· κἂν γὰρ ἀχώριστον λαμβάνηται συμβεβηκός, ἀλλ᾽ οὖν πρότερόν ἐστι τὸ ᾧ συμβέβηκε τοῦ συμβεβηκότος. 3 Καὶ τοῦ μὲν γένους ἐπίσης τὰ μετέχοντα μετέχει· τοῦ δὲ συμβεβηκότος, οὐκ ἐπίσης. ἐπίτασιν γὰρ καὶ ἄνεσιν ἐπιδέχεται ἡ τῶν συμβεβηκότων μέθεξις· ἡ δὲ τῶν γενῶν, οὐκέτι. 4 Καὶ τὰ μὲν συμβεβηκότα, ἐπὶ τῶν ἀτόμων προηγουμένως ὑφίσταται· τὰ δὲ γένη καὶ τὰ εἴδη, φύσει πρότερα τῶν ἀτόμων οὐσιῶν.

5 Καὶ

5 Καὶ τὰ μὲν γένη, ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορεῖται τῶν ὑπ' αὐτά· τὰ δὲ συμβεβηκότα ἐν τῷ ὁποῖόν τί ἐστιν, ἢ πῶς ἔχον ἕκαστον. ὁποῖος γὰρ Αἰθίοψ ἐρωτηθεὶς, ἐρεῖς ὅτι μέλας· ἢ πῶς ἔχει Σωκράτης, ἐρεῖς ὅτι νοσεῖ, ἢ ὑγιαίνει.

5 Et genera iis quæ ſub ſe *ſunt*, attribuũtur in *quæſtione* quid eſt: accidentia verò in *quæſtione* quale quid eſt, aut quomodo *ſe* habet vnũquodq;. interrogatus. n. qualis *eſt* Æthiops, dices eſſe nigrũ: aut quomodo *ſe* habet Socrates, dices eũ ægrotare, aut valere.

De numero collationum. Cap. XI.

1 Supputatio falſa. 2 Supputatio vera.

Τὸ μὲν οὖν γένος ᾗ τῶν ἄλλων τεττάρων διαφέρει, εἴρηται. συμβέβηκε δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον διαφέρειν τῶν τεττάρων· ὥστε πέντε μὲν ὄντων, ἑνὸς δὲ ἑκάστου τῶν τεττάρων διαφέροντος, τετράκις τὰ πέντε, εἴκοσι γίνεσθαι διαφορὰς τὰς πάσας. 2 Ἀλλ' οὐχ οὕτως ἔχει. ἀλλ' ἀεὶ τῶν ἐφεξῆς καταριθμουμένων, καὶ τῶν μὲν δύο μιᾷ λειπομένων διαφορᾷ, διὰ τὸ ἤδη εἰλῆφθαι, τῶν δὲ τριῶν δυσὶ, τῶν δὲ τεττάρων τρισὶ, τῶν δὲ πέντε τέτρασι, δέκα αἱ πᾶσαι γίνονται διαφοραὶ, τέτταρες, τρεῖς, δύο, μία. τὸ μὲν γὰρ γένος ᾗ διαφέρει τῆς διαφορᾶς, καὶ τοῦ εἴδους, καὶ τοῦ ἰδίου, καὶ τοῦ συμβεβηκότος, εἴρηται· τέσσαρες οὖν αἱ διαφοραί. ἡ διαφορὰ δὲ πῇ μὲν διενήνοχε τοῦ γένους, εἴρηται, ὅτε πῇ διαφέρει τὸ γένος αὐτῆς ἐρρέθη. λοιπὸν δὲ, πῇ διαφέρει τοῦ εἴδους καὶ τοῦ ἰδίου καὶ τοῦ συμβεβηκότος, ῥηθήσεται· καὶ γίνονται τρεῖς. Πάλιν τὸ εἶδος πῇ μὲν διαφέρει τῆς διαφορᾶς, ἐρρέθη, ὅτε πῇ διαφέρει ἡ διαφορὰ τοῦ εἴδους ἐλέγετο. πῇ δὲ διαφέρει τὸ εἶδος τοῦ γένους, ἐρρέθη, ὅτε πῇ διαφέρει τὸ γένος τοῦ εἴδους ἐλέγετο.

QVid igitur genus ab aliis quatuor [a] differat, dictum eſt. Accidit autem, vt & vnumquodque aliorũ à *reliquis* quatuor differat. quare cũ quinque ſint, & vnumquodque ab *aliis* quatuor differat: quater quinque *accepta*, fiunt viginti differentiæ omnes.

2 Verùm nõ ita *ſe res* habet. ſed cùm ſemper quæ deinceps ſunt, [b] connumerentur; & in ſecundo [c] vna differẽtia [d] deficiat, quia iam ſumpta eſt [e]; in tertio [f] duæ [g]; in quarto [h] tres [i]; in quinto [k] quatuor [l]: *profectò* decẽ fiunt cunctæ differentiæ; quatuor [m], tres [n], duæ [o], vna [p]. Nam quà genus differat à differentia, & ſpecie, & proprio, & accidente, dictum eſt [q]. quatuor igitur ſũt hæ differentiæ. Differentia verò quà diſtet à genere, dictum eſt, [r] cùm dicebatur quà genus ab ea differret. *quod* autem reliquum *eſt*, quomodo differat à ſpecie, à proprio, & ab accidẽte, dicetur: fiunt que tres *differentiæ*. Rurſus quomodo ſpecies differat à differentia, dictum erit, [ſ] cùm dictũ fuerit quomodo differentia differat à ſpecie. quomodo autem differat ſpecies à genere, dictum fuit, [t] cùm dicebatur quomodo differat genus à ſpecie.

CAP. XII.
a Differẽtiã, ſpecie, &c.
b Differẽtię poſteriorum à prioribus, enumeratæ ſunt, dum explicarẽtur differentiæ priorum à poſterioribus. exempli causâ, differentia ſpeciei à genere tũc fuit expoſita, cùm explicabatur differẽtia generis à ſpecie: quoniam eadem eſt differentia, qua gen⁹ differt à ſpecie, & ſpecies à genere.
c Id eſt, in differentia.
d Qua differt differentia à genere.
e Cùm expoſita fuit differentia generis à differentia.
f Id eſt, ſpecie.
g Nẽpe ea qua ſpecies differt à genere, & ea qua differt à differẽtia.
h Id eſt, proprio.
i Quib⁹ propriũ differt à genere, à differentia, & à ſpecie.
k Id eſt, accidẽte.
l Quibus à reliquis quatuor, id eſt à genere, differentia, ſpecie, proprio differt.
m Generis.
n Differentiæ.
o Speciei.
p Proprii.
q Capitib. 7. 8. 9. 10.
r Cap. 7.
ſ Cap. ſequenti.
t Cap. 8.


quod igitur reſtat, quomodo ſpecies differat à proprio, & ab accidente, dicetur. ergo duæ *ſunt* hæ differentiæ. Proprium verò quomodo ab accidente differat, *tandē explicandum* relinquetur.[a] nam quomodo à ſpecie, differētia, & genere differat, dictum antea fuit[b] in eorum ab his *iam expoſita* differētia. Cùm igitur quatuor differentiæ ſumantur generis à ceteris, tres autem, differentiæ, duæ ſpeciei, vna proprii ab accidente: decem erunt omnes *differētiæ*: ex quibus, quatuor quæ ſunt generis à ceteris, iam oſtendimus.[c]

a Cap. vltimo.


b Cap. 9. 13. & 15.

c Cap. 7. & quatuor ſequētibus.

λοιπὸν οὖν, πῆ διαφέρει τὸ εἶδος τοῦ ἰδίου, καὶ τοῦ συμβεβηκότος, ῥηθήσεται. δύο οὖν καὶ αὗται αἱ διαφοραί. Τὸ δὲ ἴδιον πῆ διαφέρει τοῦ συμβεβηκότος, καταλειφθήσεται. πῆ γὰρ τὸ εἴδους καὶ τῆς διαφορᾶς καὶ τοῦ γένους διαφέρει, προειρημένον ἐστὶν ἐν τῇ ἐκείνων πρὸς αὐτὰ διαφορᾷ. Τεσσάρων οὖν λαμβανομένων τοῦ γένους πρὸς τὰ ἄλλα διαφορῶν, τριῶν δὲ τῆς διαφορᾶς, δύο δὲ τοῦ εἴδους, μιᾶς δὲ τοῦ ἰδίου πρὸς τὸ συμβεβηκός, δέκα ἔσονται αἱ πᾶσαι· ὧν τὰς τέσσαρας, αἳ ἦσαν τοῦ γένους πρὸς τὰ ἄλλα, φθάσαντες ἀπεδείξαμεν.



Alius typus.



Collatio differentiæ, & ſpeciei. Cap. XII.

1 ¶ Communitates. Prima, Aequè communicari. 2 Secunda, Semper adeſſe iis, quæ participant. 3 Differentiæ. Prima à ratione attributionis. 4 Secunda à ſubiectis. 5 Tertia, quia differentia eſt prior ſpecie, & ſublata tollit ſpeciem, non tollitur à ſpecie. 6 Quarta à coniunctione.

Κοινὸν τοίνυν τῆς διαφορᾶς καὶ τοῦ εἴδους τὸ ἐπίσης μετέχεσθαι· ἀνθρώπου τε γὰρ ἐπίσης μετέχουσιν οἱ κατὰ μέρος ἄνθρωποι, καὶ τῆς τοῦ λογικοῦ διαφορᾶς.

2 Κοινὸν δὲ, καὶ τὸ ἀεὶ παρεῖναι τοῖς μετέχουσιν· ἀεὶ γὰρ Σωκράτης, λογικός· καὶ ἀεὶ Σωκράτης, ἄνθρωπος. 3 Ἴδιον δὲ διαφορᾶς μὲν, τὸ ἐν τῷ ὁποῖόν τί ἐστι κατηγορεῖσθαι· εἴδους δὲ, τὸ ἐν τῷ τί ἐστι. κἂν γὰρ ὁ ἄνθρωπος ὡς ποιόν τι λαμβάνηται, οὐχ ἁπλῶς ἂν εἴη ποιὸν, ἀλλὰ καθὸ τῷ γένει προσελθοῦσαι αἱ διαφοραὶ ὑπέστησαν αὐτόν.

4 Ἔτι, ἡ μὲν διαφορὰ, ἐπὶ πλειόνων πολλάκις εἰδῶν θεωρεῖται, ὡς τὸ τετράπουν ἐπὶ πλείστων ζώων διαφερόντων τῷ εἴδει· τὸ δὲ εἶδος, ἐπὶ μόνων τῶν ὑπὸ τὸ εἶδος ἀτόμων ἐστίν. 5 Ἔτι, ἡ μὲν διαφορὰ, προτέρα τοῦ κατ' αὐτὴν εἴδους. συναναιρεῖ γὰρ τὸ λογικὸν ἀναιρεθὲν τὸν ἄνθρωπον· ὁ δὲ ἄνθρωπος ἀναιρεθεὶς, οὐκ ἀνῄρηκε τὸ λογικὸν, ὄντος τοῦ ἀγγέλου.

6 Ἔτι, διαφορὰ μὲν συντίθεται μετ' ἄλλης διαφορᾶς (τὸ λογικὸν γὰρ καὶ θνητὸν συνετέθη εἰς ὑπόστασιν τοῦ ἀνθρώπου) εἶδος δὲ μετὰ εἴδους οὐ συντίθεται, ὥστε ἀπογεννῆσαι ἄλλό τι εἶδος. τὶς μὲν γὰρ ἵππος τινὶ ὄνῳ συνεισιν εἰς ἡμιόνου γέννησιν· ἵππος δὲ ἁπλῶς ὄνῳ συντεθεὶς, οὐκ ἂν ἀποτελέσειεν ἡμίονον.

Commune igitur differentiæ cum ſpecie *eſt*, æquè communicari. hominis enim æquè participes ſunt particulares homines, necnon rationalis differẽtiæ. 2 Commune etiam *eſt*, ſemper adeſſe iis quæ participãt. ſemper enim Socrates *eſt* rationalis, & ſemper Socrates *eſt* homo. 3 Proprium autem *eſt* differentiæ quidem, attribui in *quæſtione* quale quid eſt: ſpeciei verò in *quæſtione* quid eſt. nam & ſi homo, vt quale quid, accipiatur: non ſimpliciter eſt quale, ſed quà generi accidentes differentiæ eum conſtituerunt. CAP. XIII.

4 Præterea differentia in multis ſpeciebus ſæpe [a] cernitur, vt quadrupes in plurimis animalibus ſpecie differentibus: ſpecies autem eſt in ſolis indiuiduis ſibi ſubiectis.

[a] Videtur innuere, excipi vltimam differentiam quæ conſtituit vltimã ſpeciem, & ei ſoli attribuitur.

5 Præterea differentia *eſt* prior ſpecie, quam conſtituit. rationale enim ſublatum, *ſecum* vnà hominem tollit: homo autem ſublatus, non tollit rationale, cùm angelus ſit.

6 Præterea differentia coniungitur cum alia differentia: (nam rationale & mortale ſimul iuncta ſunt ad hominem conſtituẽdum) ſpecies verò cum ſpecie non coniungitur, vt inde gignatur alia quædam ſpecies. quædam enim equa cum quodam aſino coit ad mulum gignẽdum: ſed equus ſimpliciter aſino coniunctus, nequaquàm mulum efficiet.

Collatio differentiæ, & proprij. Cap. XIII.

1 ¶ Communitates. Prima, Aequè communicari. 2 Secunda, Omni & ſemper adeſſe.
3 ¶ Differentiæ. Prima à numero rerum ſubiectarum. 4 Secunda à reciprocatione.

CAP. XIV.

DIfferētia & proprium commune *hoc* habent, æquè cōmunicari iis quibus communicantur. æquè enim rationalia *ſunt* rationalia: & apta ad ridendum, *ſunt æquè* apta ad ridendum.
2 Commune etiā vtriſque *eſt*, ſemper & omni adeſſe. quamuis enim bipes mutilatum ſit: tamen ad id quod naturâ comparatum eſt, illud SEMPER refertur. nā & aptum ad ridendum, eo quòd naturâ comparatum eſt, habet illud SEMPER, non quòd ſēper rideat. 3 Proprium autem *eſt* differētiæ: quòd ipſa quidem de pluribus ſpeciebus ſæpe [a] dicitur; vt rationale de angelo, & de homine: at proprium de vna ſpecie, cuius eſt propriū. 4 Ac differentia quidem iis conſequēs eſt quorum eſt differentia, non tamen reciprocatur: propria verò viciſſim attribuuntur *iis* quorum ſunt propria, quia reciprocantur.

ὅτι ἐστὶ διπλάσιον, καὶ ὅτου διπλάσιόν ἐστιν, εὐθὺς ἀφωρισμένως οἶδεν. εἰ γὰρ μηδενὸς τῶν ἀφωρισμένων οἶδεν αὐτὸ διπλάσιον, οὐδ᾽ εἰ ἔστι διπλάσιον ὅλως οἶδεν. ὡσαύτως δὲ καὶ τόδε τι εἰ οἶδεν ὅτι κάλλιόν ἐστι, καὶ ὅτου κάλλιόν ἐστιν, εὐθὺς ἀφωρισμένως ἀναγκαῖον εἰδέναι διὰ ταῦτα. οὐκ ἀορίστως δὲ εἴσεται ὅτι τοῦτό ἐστι χείρονος κάλλιον· ὑπόληψις γὰρ τὸ τοιοῦτον γίνεται, οὐκ ἐπιστήμη· οὐ γὰρ ἔτι ἀκριβῶς εἴσεται ὅτι ἐστὶ χείρονος κάλλιον· εἰ γὰρ οὕτως ἔτυχεν, οὐδέν ἐστι χεῖρον αὐτοῦ. ὥστε φανερὸν ὅτι ἀναγκαῖόν ἐστιν, ὃ ἂν εἰδῇ τις τῶν πρός τι, ὡρισμένως, κἀκεῖνο, πρὸς ὃ λέγεται, ὡρισμένως εἰδέναι. 28 Τὴν δέ γε κεφαλὴν, καὶ τὴν χεῖρα, καὶ ἕκαστον τῶν τοιούτων, ἅ εἰσιν οὐσίαι, αὐτὰ μὲν ὅπερ ἐστὶν, ὡρισμένως ἔστιν εἰδέναι· πρὸς ὃ δὲ λέγεται, οὐκ ἀναγκαῖον. τίνος γὰρ αὕτη ἡ κεφαλὴ, ἢ τίνος ἡ χεὶρ, οὐκ ἔστιν εἰδέναι ὡρισμένως. ὥστε οὐκ ἂν εἴη ταῦτα τῶν πρός τι. εἰ δὲ μή ἐστι ταῦτα τῶν πρός τι, ἀληθὲς ἂν εἴη λέγειν, ὅτι οὐδεμία οὐσία τῶν πρός τί ἐστιν. 29 Ἴσως δὲ χαλεπὸν καὶ περὶ τῶν τοιούτων σφοδρῶς ἀποφαίνεσθαι, μὴ πολλάκις ἐπεσκεμμένον. τὸ μέντοι διηπορηκέναι περὶ ἑκάστου αὐτῶν, οὐκ ἄχρηστόν ἐστι.

a Id eſt partes ſecundarum ſubſtantiarum.

b Quia partes ſecundarum ſubſtantiarum maximè vidẽtur eſſe ad aliquid. ſi ergo hæ non ſũt ad aliquid, multo minùs ceteræ ſubſtantiæ ſunt ad aliquid.

c Vide lib. 4. metaphyſ. cap. 14.

De [c] qualitate, & quali. Cap. VIII.

1 ¶ De qualitate. Deſcriptio. 2 Diuiſio. 3 Species prima, Habitus & affectio. 4 Habitus & affectionis collatio prima, 5 quæ probatur à communi vſu & ratione loquendi. 6 Collatio altera. 7 Species ſecunda, Naturalis poteſtas & imbecillitas. 8 Species tertia, Patibilis qualitas & paßio, quæ declaratur exemplis qualitatum corporalium. 9 Confirmatio dictorum exemplorum. 10 Qualitates patibiles dici, vel quia paßione ſenſum afficiant, 11 vel quia à paßione efficiuntur. 12 Diſtinctio patibiliũ qualitatum, & paßionũ. 13 Eadem qualitatis ſpecies explicatur exemplis patibilium qualitatum & paßionum, quæ ſunt in animo. 14 Quarta ſpecies, Figura & circa rem conſiſtens forma. 15 De quibuſdam, quæ videntur ſpecies qualitatis, nec tamen ſunt. 16 Excuſatio. 17 Epilogus. 18 ¶ De quali. Deſcriptio. 19 Exempla eorum quæ à qualitate denominantur: 20 & eorum quæ non denominan-

nominantur à qualitate innominata, 21 *vel nominata.* 22 *Epilogus.* 23 ¶ *Proprietates. Prima, Habere contrarium:* 24 *quæ non ineſt omnibus.* 25 *Secunda, Si ex duobus contrariis vnum ſit in categoria qualitatis, alterum quoque in eadem eſſe categoria.* 26 *Tertia, intendi & remitti:* 27 *quæ non ineſt omnibus, quia nec primæ ſpeciei qualitatis,* 28 *nec quartæ.* 29 *Epilogus.* 30 *Quarta, Simile vel diſſimile dici.* 31 ¶ *Obiectionis* 34 *ſolutio vna,* 35 *atque altera.*

Ποιότητα δὲ λέγω, καθ' ἣν ποιοί τινες εἶναι λέγονται. 2 Ἔστι δὲ ἡ ποιότης, τῶν πλεοναχῶς λεγομένων. 3 Ἓν μὲν οὖν εἶδος ποιότητος, ἕξις καὶ διάθεσις λεγέσθω. 4 Διαφέρει δὲ ἕξις διαθέσεως, τῷ χρονιώτερον εἶναι καὶ μονιμώτερον. τοιαῦται δὲ αἵ τε ἐπιστῆμαι, καὶ αἱ ἀρεταί. ἥτε γὰρ ἐπιστήμη δοκεῖ τῶν παραμονιμωτέρων εἶναι, καὶ δυσκινήτων, ἐὰν καὶ μετρίως ἐπιστήμην τις λάβῃ, ἐάνπερ μὴ μεγάλη μεταβολὴ γένηται ὑπὸ νόσου ἢ ἄλλου τινὸς τοιούτου. ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ ἀρετή, οἷον ἡ δικαιοσύνη καὶ ἡ σωφροσύνη καὶ ἕκαστον τῶν τοιούτων, οὐκ εὐκίνητον δοκεῖ εἶναι, οὐδ' εὐμετάβολον. διαθέσεις δὲ λέγονται, ἅ ἐστιν εὐκίνητα καὶ ταχὺ μεταβάλλοντα· οἷον θερμότης καὶ ψυχρότης, καὶ νόσος καὶ ὑγίεια, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. διάκειται μὲν γάρ πως κατὰ ταύτας ὁ ἄνθρωπος, ταχὺ δὲ μεταβάλλει, ἐκ θερμοῦ ψυχρὸς γινόμενος, καὶ ἐκ τοῦ ὑγιαίνειν εἰς τὸ νοσεῖν. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. εἰ μή τις καὶ αὐτῶν τούτων τυγχάνοι διὰ χρόνου πλῆθος ἤδη συμπεφυσιωμένη, καὶ ἀνίατος, ἢ πάνυ δυσκίνητος οὖσα· ἣν ἄν τις ὡς ἕξιν ἤδη προσαγορεύοι.

5 Φανερὸν δὲ ὅτι ταῦτα βούλονται ἕξεις λέγειν, ἅ ἐστι πολυχρονιώτερα καὶ δυσκινητότερα. τοὺς γὰρ τὰ τῶν ἐπιστημῶν μὴ πάνυ τι κατέχοντας, ἀλλ' εὐκινήτους ὄντας, οὔ φασιν ἕξιν ἔχειν. καίτοι διάκεινταί γέ πως

Qualitatem [a] appello, ex qua aliqui dicuntur eſſe quales [b]. 2 Qualitas autem *in* eorū *numero eſt*, quæ multifariā dicuntur. 3 Vna igitur ſpecies qualitatis, habitus & affectio [c] nuncupator. 4 Habitus ab affectione differt, quia eſt res diuturnior & permanentior. cuiuſmodi ſūt ſcientiæ & virtutes. nam & ſciētia videtur in iis eſſe quæ ſūt diuturna & difficulter amouentur, ſi quis vel mediocriter ſcientiam acceperit: niſi magna mutatio fiat à morbo, vel aliquo alio *eiuſmodi caſu*. Itidémq; virtus, vt iuſtitia & temperantia & id genus cetera, non videtur facilè amoueri aut mutari poſſe. Affectiones verò dicūtur, quæ facilè moueri poſſunt, & cito mutantur: vt calor, & frigus; necnon morbus, & ſanitas; & cetera eiuſmodi. his.n.homo eſt aliquo modo affectus: ſed citò mutatur, dum ex calido frigidus fit, & ex ſanitate in ægritudinem *incidit*. Eadem *eſt* aliarum *affectionū* ratio. Niſi & harum quæpiam longinquitate temporis quaſi naturalis eua ſerit, & immedicabilis ſit, aut difficillimè amoueri poſſit: quā aliquis, vt*pote* iam habitum *effectam, meritò habitū* appellauerit.

5 Perſpicuum autē *eſt*, hæc debere habitus vocari, quæ ſunt diuturniora, & difficiliùs amouentur. nam qui ſciētiarum dogmata non admodum tenent, ſed facilè dimoueri poſſunt, eos non aiunt habere habitū, quamquàm affecti ſunt aliquo modo

CAP. VIII.

a Obſerua deſcribi accidens abſtractum per cōcretum, quia cōcretum eſt nobis notius.

b Similiter quātitas poterat definiri, à qua dicūtur quanta.

c Habitus & affectio non ſunt diuerſæ ſpecies, ſed vna & eadē: cùm quia habitus poteſt appellari etiam affectio, vt auctor docet part. 6. tum etiam quia qualitas aliqua, vt ſcientia, manens eadem qualitas, fit ex affectione habitus, cùm firmiùs in ſubiecto eſſe incipit, vt facilè euelli non poſſit. Porrò ſignificationes horum verborum, habitus, & affectio, tradit Ariſtoteles libro 4. metaphyſ. cap. 19 & 20.

ſecundum ſciētiam vel deteriùs, vel meliùs. Quamobrem differt habitus ab affectione: quia hæc facilè amoueri poteſt, ille *eſt* diuturnior, nec facilè mutatur.

6 At verò habitus *ſunt* etiam affectiones: *contrà* verò affectiones non neceſſariò *ſunt* habitus. nam qui habent habitus, *ſunt* etiam iis aliquo modo affecti. qui verò affecti ſunt, non omnino etiam habitum habent. 7 Alterum genus qualitatis *eſt*, ex quo ad pugilatum curſúmve aptos, aut ad ſanitatē morbúmve procliues *eſſe* dicimus, & omnino quæcumque ſecundum naturalē vim aut imbecillitatem [a] dicūtur. non enim ſingula hæc dicūtur, quia ſint aliquo modo affecta: ſed quia naturalem vim aut imbecillitatem habēt ad aliquid facilè faciendū, aut nihil patiendum. Vt pugilares *ſeu apti ad pugilatū*, & curſorii *ſeu apti ad curſum* dicuntur, non quia ſint affecti aliquo modo, ſed quia naturalem facultatem habent ad aliquid facilè efficiendum. Valētes autem *ſeu ſalubri corpore* dicuntur; quia naturalem vim habēt, ne quid facilè à quibuſlibet patiantur. Valetudinarii verò, quia naturalem imbecillitatē habent, ne quid facilè à quibuſlibet patiantur. His ſimilia ſunt durum & molle. durum enim dicitur: quia *naturalem* vim habet, ne facilè ſecetur. molle autem: quia ad hoc ipſum imbecillitatē habet. 8 Tertium genus qualitatis *ſūt* patibiles qualitates & paſſiones [b]: vt dulcedo, amaror, acerbitas, & quæcumque *ſunt* in eodem genere: item calor, frigus, albor, nigror. 9 Has igitur eſſe qualitates, perſpicuum *eſt*.

a Naturalis vis & imbecillitas non ſunt diuerſæ ſpecies qualitatis, ſed vna & eadem: quoniam eadem qualitas poteſt nominari vis ſeu facultas & imbecillitas. exempli causâ, quod habet facultatem vt facilè ſecetur, habet imbecillitatē ad reſiſtendum ſectioni. & quod habet poteſtatē ægrotandi, imbecillitatem habet ad reſiſtendū iis quæ ſanitati nocent, & morbos inducunt.

b Hæc verba, *& paſſiones*, videntur eſſe delenda: quia paulò pòſt negabit paſſiones eſſe qualitates, hac ratione vtens, quòd non conuenit eis deſcriptio qualitatis. Niſi dicas, Paſſionis verbū hîc accipi latiùs. Vide lib. 4. Metaphyſ. cap. 21.

κατὰ τὴν ἐπιστήμην ἢ χεῖρον ἢ βέλτιον. ὥστε διαφέρει ἕξις διαθέσεως· τῷ τὴν μὲν, εὐκίνητον εἶναι· τὴν δὲ, πολυχρονιωτέραν καὶ δυσκινητοτέραν. 6 Εἰσὶ δὲ αἱ μὲν ἕξεις, καὶ διαθέσεις· αἱ δὲ διαθέσεις, οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἕξεις. οἱ μὲν γὰρ ἕξεις ἔχοντες, καὶ διάκεινταί πως κατ᾽ αὐτάς· οἱ δὲ διακείμενοι, οὐ πάντως καὶ ἕξιν ἔχουσιν. 7 Ἕτερον δὲ γένος ποιότητος, καθ᾽ ὃ πυκτικοὺς, ἢ δρομικοὺς, ἢ ὑγιεινοὺς, ἢ νοσώδεις λέγομεν· καὶ ἁπλῶς ὅσα κατὰ δύναμιν φυσικὴν, ἢ ἀδυναμίαν λέγεται. οὐ γὰρ τῷ διακεῖσθαί πως, ἕκαστον τῶν τοιούτων λέγεται, ἀλλὰ τῷ δύναμιν ἔχειν φυσικὴν ἢ ἀδυναμίαν τοῦ ποιῆσαί τι ῥᾳδίως, ἢ μηδὲν πάσχειν. οἷον, πυκτικοὶ ἢ δρομικοὶ λέγονται, οὐ τῷ διακεῖσθαί πως, ἀλλὰ τῷ δύναμιν ἔχειν φυσικὴν τοῦ ποιῆσαί τι ῥᾳδίως. ὑγιεινοὶ δὲ λέγονται, τῷ δύναμιν ἔχειν φυσικὴν τοῦ μηδὲν πάσχειν ὑπὸ τῶν τυχόντων ῥᾳδίως. νοσώδεις δὲ, τῷ ἀδυναμίαν ἔχειν φυσικὴν τοῦ μηδὲν πάσχειν ῥᾳδίως ὑπὸ τῶν τυχόντων. ὁμοίως δὲ τούτοις καὶ τὸ σκληρὸν, καὶ τὸ μαλακὸν ἔχει. τὸ μὲν γὰρ σκληρὸν λέγεται, τῷ δύναμιν ἔχειν τοῦ μὴ ῥᾳδίως διαιρεῖσθαι. τὸ δὲ μαλακὸν, τῷ ἀδυναμίαν ἔχειν τοῦ αὐτοῦ τούτου.

8 Τρίτον δὲ γένος ποιότητος, παθητικαὶ ποιότητες καὶ πάθη. ἔστι δὲ τοιαῦτα, οἷον γλυκύτης τε καὶ πικρότης καὶ στρυφνότης, καὶ πάντα τὰ τούτοις συγγενῆ· ἔτι δὲ καὶ θερμότης καὶ ψυχρότης, καὶ λευκότης καὶ μελανία. 9 Ὅτι μὲν οὖν αὗται ποιότητές εἰσι, φανερόν. τὰ γὰρ

τῷ γὰρ δεδεγμένα αὐτά, ποιὰ λέγεται κατ᾽ αὐτάς. οἷον, τὸ μέλι, τῷ γλυκύτητα δέχεσθαι, λέγεται γλυκύ· καὶ τὸ σῶμα, λευκόν, τῷ λευκότητα δέχεσθαι. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἔχει.

10 Παθητικαὶ δὲ ποιότητες λέγονται, οὐ τῷ αὐτὰ τὰ δεδεγμένα τὰς ποιότητας, πεπονθέναι τι. οὔτε γὰρ τὸ μέλι, τῷ πεπονθέναι τι, λέγεται γλυκύ· οὔτε τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων οὐδέν. ὁμοίως δὲ τούτοις καὶ ἡ θερμότης καὶ ἡ ψυχρότης, παθητικαὶ ποιότητες λέγονται, οὐ τῷ αὐτὰ τὰ δεδεγμένα πεπονθέναι τι. τῷ δὲ κατὰ τὰς αἰσθήσεις ἑκάστην τῶν εἰρημένων ποιοτήτων πάθους εἶναι ποιητικήν, παθητικαὶ ποιότητες λέγονται. ἥτε γὰρ γλυκύτης πάθος τι κατὰ τὴν γεῦσιν ἐμποιεῖ, καὶ ἡ θερμότης κατὰ τὴν ἁφήν· ὁμοίως δὲ καὶ αἱ ἄλλαι.

11 Λευκότης δὲ καὶ μελανία, καὶ αἱ ἄλλαι χροιαί, οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον τοῖς εἰρημένοις παθητικαὶ ποιότητες λέγονται, ἀλλὰ τῷ αὐτὰς ἀπὸ πάθους γεγονέναι. ὅτι μὲν οὖν γίνονται διὰ πάθος πολλαὶ μεταβολαὶ χρωμάτων, δῆλον· αἰσχυνθεὶς γάρ τις, ἐρυθρὸς ἐγένετο· καὶ φοβηθείς, ὠχρός· καὶ ἕκαστον τῶν τοιούτων· ὥστε καὶ εἴτις φύσει τῶν τοιούτων τι παθῶν πέπονθε, τὴν ὁμοίαν χροιὰν εἰκὸς αὐτὸν ἔχειν ἐστίν. ἥτις γὰρ νῦν ἐν τῷ αἰσχυνθῆναι διάθεσις, τῶν περὶ τὸ σῶμα ἐγένετο, καὶ κατὰ φυσικὴν σύστασιν ἡ αὐτὴ γένοιτ᾽ ἂν διάθεσις· ὥστε φύσει καὶ τὴν χροιὰν ὁμοίαν γίνεσθαι.

12 Ὅσα μὲν οὖν τῶν τοιούτων συμπτωμάτων ἀπό τινων παθῶν δυσκινήτων καὶ παραμονίμων τὴν ἀρχὴν εἴληφε, παθητικαὶ ποιότητες λέγονται. εἴτε γὰρ ἐν τῇ κατὰ φύσιν συστάσει ὠχρότης ἢ μελανία γένηται, ποιότητες λέ-

nam quæ eas recipiũt, ab eis dicuntur qualia. vt mel, quia ſuſcipit dulcedinem, dicitur dulce. & corpus *dicitur* album, quia recipit alborē. itidémque in aliis *res ſe* habet. 10 Patibiles autem qualitates dicuntur, non quòd ipſa *ſubiecta* qualitates recipientia, quicquam patiantur. nec enim mel, eo quòd aliquid patiatur, dicitur dulce: nec aliud quid piã tale. ſimiliter calor & frigus, patibiles qualitates dicũtur, non quòd ipſa *ſubiecta*, à quibus recipiuntur, aliquid patiantur: verùm quia in ſenſibus omnes dictæ qualitates ſunt paſſionis effectrices, *idcirco* patibiles qualitates dicuntur. nam dulcedo paſſione quadam afficit guſtum, & calor tactum, & ſimiliter aliæ.

11 Albor verò, & nigror, & ceteri colores, non eodem [a] modo, quo ea quæ dicta ſunt, patibiles qualitates dicuntur, ſed quia à paſſionibus producti ſunt. Multas [b] igitur propter paſſionē mutationes colorum fieri, manifeſtum *eſt*. nã pudore affectus, ruber factus eſt: & pauefactus, pallidus: & cetera eiuſmodi. quare [c] ſi quis naturâ ſit huiuſmodi paſſione affectus: conſētaneum eſt, eum ſimili colore præditum eſſe. nam [d] quæ nunc, dum pudefieret, affectio circa corpus fiebat, eadem affectio in naturali conſtitutione fieri poteſt: adeo vt naturâ etiam ſimilis color fiat.

12 Quæcumque igitur talia ſymptomata principium ſumpſerunt ab aliquibus paſſionibus quæ non facilè amoueri poſſunt ſed permanent, patibiles qualitates dicuntur. Siue enim in naturali *rei* conſtitutione pallor aut nigror fiat: qualitates di-

a Immo eodem modo: quia ſicut dulcedo paſſione afficit guſtũ, calor tactum, ita etiam color afficit viſum.

b A ſimili probat colores naturales effici ab aliqua paſſione. vtitúrque enthymemate: cuius *Antecedens* eſt, colores accidentarios fieri à paſſionibus.

c *Conſequens.*

d *Probatio conſecutionis*: quia cũ affectiones naturales & accidentariæ, ſint ſimiles, probabile eſt eas à ſimili cauſa produci. quare ſicut affectio accidentaria procedit à cauſa accidentaria, ita etiã affectio naturalis à paſſione naturali.

cuntur: quales enim ex eis appellamur. ſiue ob longum morbum aut æſtum eidem accidit pallor vel nigror, nec facilè emẽdantur, aut per *totam* vitam permanent: qualitates etiam hæ dicuntur: quia ſimiliter quales ab eis dicimur. Quęcumque verò ab iis fiunt quæ facilè diſſoluuntur & citò corrigũtur, paſſiones nominantur, non qualitates, quia quales quidam ab eis non dicũtur. neque enim erubeſcens quia pudefit, ruber dicitur: nec palleſcẽs quia timet, pallidus: ſed potiùs *dicitur* aliquid paſſus eſſe. Quocirca quæ eiuſmodi *ſũt*, paſſiones quidem dicuntur, non tamen qualitates.

13 Similiter etiam in anima patibiles qualitates & paſſiones dicuntur. Nam quæcumque in *ipſo* ortu ſtatim à quibuſdam paſſionibus, quæ non facilè amoueri queunt, effecta ſunt, qualitates dicuntur: vt amentia, & ira, & *cetera* eiuſmodi. quales enim ab his dicuntur, *nẽpe* iracundi, & amentes. Similiter quæcumque aliæ ſunt amentiæ non naturales, ſed quibuſdam aliis caſibus effectæ, ita vt non facilè mutari, aut nullo modo amoueri poſſint: hæ quoque *vocãtur* qualitates, quia quales ab eis dicuntur. Quæ verò ab iis fiunt quæ facilè & citò corriguntur, paſſiones appellantur. veluti ſiquis moleſtiã affectus, fiat iracundior. non enim dicitur iracundus, qui in huiuſmodi perturbatione [a] iracũdior eſt, ſed potiùs *dicitur* quidpiam paſſus eſſe. quare quæ *ſunt* eiuſmodi, paſſiones quidem dicuntur, qualitates autem non *item*.

a Paſſione.

b Id eſt, forma externa, quæ eſt accidentalis, non interna & eſſentialis. nam figura & circa rem cõſiſtens forma ponuntur ἐκ παραλλήλου.

γονται· ποιοὶ γὰρ κατὰ ταύτας λεγόμεθα. εἴτε διὰ νόσον μακρὰν ἢ διὰ καῦμα τῷ αὐτῷ συμβέβηκεν ἡ ὠχρότης ἢ μελανία, καὶ μὴ ῥᾳδίως ἀποκαθίστανται, ἢ καὶ διὰ βίου παραμένουσι· ποιότητες καὶ αὗται λέγονται· ὁμοίως γὰρ ποιοὶ κατ᾽ αὐτὰς λεγόμεθα. Ὅσα δὲ ἀπὸ ῥᾳδίως διαλυομένων καὶ ταχὺ ἀποκαθισταμένων γίνεται, πάθη λέγεται, ποιότητες δὲ οὔ· οὐ γὰρ λέγονται ποιοί τινες κατ᾽ αὐτάς. οὔτε γὰρ ὁ ἐρυθριῶν διὰ τὸ αἰσχυνθῆναι, ἐρυθρίας λέγεται· οὔτε ὁ ὠχριῶν διὰ τὸ φοβεῖσθαι, ὠχρίας· ἀλλὰ μᾶλλον πεπονθέναι τι. ὥστε πάθη μὲν τὰ τοιαῦτα λέγεται, ποιότητες δὲ οὔ. 13 Ὁμοίως δὲ τούτοις καὶ κατὰ τὴν ψυχὴν παθητικαὶ ποιότητες καὶ πάθη λέγονται. ὅσα γὰρ ἐν τῇ γενέσει εὐθὺς ἀπό τινων παθῶν δυσκινήτων γεγένηται, ποιότητες λέγονται· οἷον ἥτε μανικὴ ἔκστασις, καὶ ἡ ὀργή, καὶ τὰ τοιαῦτα· ποιοὶ γὰρ κατ᾽ αὐτὰς λέγονται, ὀργίλοι τε καὶ μανικοί. ὁμοίως δὲ καὶ ὅσαι ἄλλαι ἐκστάσεις μὴ φυσικαί, ἀλλ᾽ ἀπό τινων ἄλλων συμπτωμάτων γεγένηνται δυσαπάλλακτοι, ἢ καὶ ὅλως ἀκίνητοι, ποιότητες καὶ τὰ τοιαῦτα· ποιοὶ γὰρ κατ᾽ αὐτὰς λέγονται. Ὅσα δὲ ἀπὸ ῥᾳδίως καὶ ταχὺ ἀποκαθισταμένων γίνεται, πάθη λέγεται· οἷον, εἰ λυπούμενός τις, ὀργιλώτερος γίνεται· οὐδὲ γὰρ λέγεται ὀργίλος, ὁ ἐν τῷ τοιούτῳ πάθει ὀργιλώτερος ὤν, ἀλλὰ μᾶλλον πεπονθέναι τι. ὥστε πάθη μὲν λέγεται τὰ τοιαῦτα, ποιότητες δὲ οὔ. 14 Τέταρτον δὲ γένος ποιότητος, σχῆμά τε καὶ ἡ περὶ ἕκαστον ὑπάρχουσα μορφή· ἔτι δὲ πρὸς τούτοις, εὐθύτης καὶ

14 Quartum verò genus qualitatis *eſt* figura, & circa quanque rem conſiſtens [b] forma: *vt triangulus & quadratum*: præterea rectitudo, &

καμπυ-

καμπυλότης, καὶ εἴ τι τούτοις ὅμοιόν ἐστι· καθ᾽ ἕκαστον γὰρ τούτων ποιόν τι λέγεται. τὸ γὰρ τρίγωνον ἢ τετράγωνον εἶναι, ποιόν τι λέγεται· καὶ τὸ εὐθὺ ἢ τὸ καμπύλον. καὶ κατὰ τὴν μορφὴν δὲ ἕκαστον ποιὸν λέγεται. 15 Τὸ δὲ μανὸν καὶ τὸ πυκνὸν, καὶ τὸ τραχὺ καὶ τὸ λεῖον, δόξειε μὲν ἂν ποιόν τι σημαίνειν· ἔοικε δὲ ἀλλότρια τὰ τοιαῦτα εἶναι τῆς περὶ τὸ ποιὸν διαιρέσεως. θέσιν γάρ τινα μᾶλλον φαίνεται τῶν μορίων ἑκάτερον δηλοῦν· πυκνὸν μὲν γὰρ, τῷ τὰ μόρια σύνεγγυς εἶναι ἀλλήλοις· μανὸν δὲ τῷ διεστάναι ἀπ᾽ ἀλλήλων. καὶ λεῖον μὲν, τῷ ἐπ᾽ εὐθείας πως τὰ μόρια κεῖσθαι· τραχὺ δὲ, τῷ, τὸ μὲν, ὑπερέχειν, τὸ δὲ, ἐλλείπειν. 16 Ἴσως μὲν οὖν καὶ ἄλλος ἄν τις φανείη τρόπος ποιότητος· ἀλλ᾽ οἵ γε μάλιστα σχεδὸν λεγόμενοι, οὗτοί εἰσι. 17 Ποιότητες μὲν οὖν εἰσιν αἱ εἰρημέναι. 18 Ποιὰ δὲ τὰ κατ᾽ αὐτὰς παρωνύμως λεγόμενα, ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως ἀπ᾽ αὐτῶν. 19 Ἐπὶ μὲν οὖν τῶν πλείστων καὶ σχεδὸν ἐπὶ πάντων παρωνύμως λέγεται· οἷον, ἀπὸ τῆς λευκότητος ὁ λευκὸς, καὶ ἀπὸ τῆς γραμματικῆς ὁ γραμματικὸς, καὶ ἀπὸ τῆς δικαιοσύνης ὁ δίκαιος· ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. 20 Ἐπ᾽ ἐνίων δὲ, διὰ τὸ μὴ κεῖσθαι ταῖς ποιότησιν ὀνόματα, οὐκ ἐνδέχεται παρωνύμως ἀπ᾽ αὐτῶν λέγεσθαι· οἷον, ὁ δρομικὸς ἢ ὁ πυκτικὸς, ὁ κατὰ δύναμιν φυσικὴν λεγόμενος, ἀπ᾽ οὐδεμιᾶς ποιότητος παρωνύμως λέγεται· οὐ γὰρ κεῖται ὀνόματα ταῖς δυνάμεσι, καθ᾽ ἃς οὗτοι ποιοὶ λέγονται· ὥσπερ ταῖς ἐπιστήμαις, καθ᾽ ἃς πυκτικοὶ ἢ παλαιστρικοὶ κατὰ διάθεσιν λέγονται· πυκτικὴ γὰρ ἐπιστήμη λέγεται, καὶ παλαιστρική· ποιοὶ δὲ ἀπὸ τούτων παρωνύμως οἱ διακείμενοι λέγονται.

obliquitas: & ſi quid his ſimile eſt: quia ſecundum ſingula hæc quale quidpiam dicitur. nã triãgulum aut quadratum eſſe, quale quiddam dicitur: necnon rectum, aut obliquum. ſed & ſecũdum formam vnumquodque dicitur quale. 15 Rarum autem, & Denſum, & Aſperum, & Læue, videri poſſũt quale quiddam ſignificare. ſed apparet hæc aliena eſſe à qualis diuiſione. ſitum enim quendam partium videtur potiùs vtrũque [a] declarare. Denſum enim *dicitur*, quia partes ſibi inuicem propinquæ ſunt: Rarum, autem quia diſtãt à ſe inuicem. & Læue quidem, quia partes in rectum quodam modo po ſitæ ſunt: Aſperum autem, quia alia eminet, alia ſuperatur.

16 Fortaſſis autẽ & quidã alius qualitatis modus *eſſe* videbitur: ſed hi ſũt, qui maximè ferè in vſu verſantur. 17 Qualitates itaque *sũt* hæ, quas diximus. 18 Qualia verò *sũt*, quæ ab eis [b] denominantur, vel quouis alio modo ab eis *dicũtur*. 19 Pleraque igitur, ac ferè omnia denominãtur: vt ab albore albus, & à grãmatica grãmaticus, & à iuſtitia iuſtus. eadẽ *eſt* ceterorum ratio. 20 Quædã verò, quia nõ ſunt poſita qualitatibus nomina, non poſſunt ab eis denominari. vt curſorius, & pugilaris, qui ſecũdũ naturalem poteſtatem dicitur, à nulla qualitate denominatur: quia nõ ſunt impoſita nomina qualitatibus, ſecundũ quas hi dicũtur quales: ſicut *impoſita ſunt* ſcientiis, ſecũdum quas pugiles aut palæſtrici ob affectionem dicuntur. pugilaris enim ſcientia dicitur, & palæſtrice: à quibus denominãtur, qui affecti ſunt.

[a] Vtrũque par, id eſt rarum & denſum, item aſperum & læue.

[b] Cùm omnis definitio ſit ex notioribus, ſuprà definiuit qualitatem per quale, nũc definit quale per qualitatẽ: quaſi vtrumque ſit altero notius & ignotius. nẽpe quia quale, quod eſt accidens in ſubiecto, ab initio nobis notius eſt. ſed cùm multa dicta fuerint de qualitate, iam qualitas facta eſt notior quali. initio quoq. naturâ eſt notior, licèt nobis ſit ignotior. rectè igitur per quale expoſuit qualitatem, & per qualitatẽ exponit quale. atque hic eſt, qui vulgò in ſcholis vocatur regreſſus.

21 Interdum verò etiam nomine *qualitati* poſito, nō denominatur quod ſecundum eam dicitur quale. vt à virtute *dicitur σπουδαῖος, id eſt virtute præditus*: nam eo quòd virtutem habet, *σπουδαῖος ſeu virtute præditus* dicitur: ſed nō denominatur à virtute. verùm hoc non in multis cótingit. 22 Qualia igitur dicuntur, quæ à dictis qualitatibus denominantur, vel quouis alio modo[a] ab eis dicuntur. 23 Ineſt autem contrarietas in qualitate: vt iuſtitia iniuſtitiæ cōtraria *eſt*, & albor nigrori, & itidem cetera. quinetiam quæ ab eis qualia dicũtur, vt iniuſtum iuſto, & album nigro. 24 Sed non in omnibus hoc contingit. nam flauo, aut pallido, aut eiuſmodi[b] coloribus nihil eſt contrarium, cùm ſint qualia. 25 Præterea ſi contrariorum alterum ſit quale, etiam reliquum erit quale. hoc autem ex ſingulis perſpicuum *eſt* percurrenti alias categorias. verbi gratiâ, ſi iuſtitia *eſt* iniuſtitiæ contraria, & iuſtitia *eſt* qualitas: certè etiã iniuſtitia *eſt* qualitas: quia nulla alia categoria conueniet iniuſtitiæ: *id eſt*, nec quantitas, nec ad aliquid, nec vbi, nec omnino eiuſmodi quidpiam præter qualitatē. Itidem *ſe res habet* etiam in aliis, quæ ſunt cōtraria in qualitate. 26 Recipiũt autē qualia intētionem & remiſſionē. album enim magis & minùs alterum altero dicitur, & iuſtum alterum altero magis & minùs. quinetiam *vnum & idem* recipit incrementum. quod enim candidum eſt, candidius fieri poteſt. 27 Nō omnia tamē, ſed pleraque *ita ſe habent*. Nã dubitare quiſpiã poſſit, an iuſtitia magis & minùs quàm *alia* iuſtitia dicatur. ſimilitérque *dubitari poteſt* de aliis

a Interdum quale dicitur à qualitate homonymus: vt à grammatica arte dicitur grammatica mulier.

b Mediis inter album & nigrũ.

21 Ἐνίοτε δὲ καὶ ὀνόματος κειμένου, οὐ λέγεται παρωνύμως τὸ κατ᾽ αὐτὴν ποιὸν λεγόμενον· οἷον, ἀπὸ τῆς ἀρετῆς ὁ σπουδαῖος· τῷ γὰρ ἀρετὴν ἔχειν, σπουδαῖος λέγεται, ἀλλ᾽ οὐ παρωνύμως ἀπὸ τῆς ἀρετῆς. οὐκ ἐπὶ πολλῶν δὲ τὸ τοιοῦτόν ἐστι. 22 Ποιὰ οὖν λέγεται τὰ παρωνύμως ἀπὸ τῶν εἰρημένων ποιοτήτων λεγόμενα, ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως ἀπ᾽ αὐτῶν. 23 Ὑπάρχει δὲ καὶ ἐναντιότης κατὰ τὸ ποιόν· οἷον, ἡ δικαιοσύνη ἀδικίᾳ ἐναντίον, καὶ λευκότης μελανίᾳ, καὶ τ᾽ ἄλλα ὡσαύτως. καὶ τὰ κατ᾽ αὐτὰς δὲ λεγόμενα ποιά· οἷον, τὸ ἄδικον τῷ δικαίῳ, καὶ τὸ λευκὸν τῷ μέλανι. 24 Οὐκ ἐπὶ πάντων δὲ τὸ τοιοῦτον συμβαίνει· τῷ γὰρ πυρρῷ, ἢ ὠχρῷ, ἢ ταῖς τοιαύταις χροιαῖς, οὐδέν ἐστιν ἐναντίον, ποιοῖς οὖσιν. 25 Ἔτι, ἐὰν τῶν ἐναντίων θάτερον ᾖ ποιόν, καὶ τὸ λοιπὸν ἔσται ποιόν. τοῦτο δὲ δῆλον ἐκ τῶν καθ᾽ ἕκαστα προχειριζομένων τὰς ἄλλας κατηγορίας. οἷον, εἰ ἔστιν ἡ δικαιοσύνη τῇ ἀδικίᾳ ἐναντίον, ποιὸν δὲ ἡ δικαιοσύνη· ποιὸν ἄρα καὶ ἡ ἀδικία· οὐδεμία γὰρ τῶν ἄλλων κατηγοριῶν ἐφαρμόσει τῇ ἀδικίᾳ, οὔτε ποσόν, οὔτε τὸ πρός τι, οὔτε τὸ ποῦ, οὐδ᾽ ὅλως τῶν τοιούτων οὐδέν, ἀλλ᾽ ἢ ποιόν. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν κατὰ τὸ ποιὸν ἐναντίων. 26 Ἐπιδέχεται δὲ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον τὰ ποιά· λευκὸν γὰρ μᾶλλον καὶ ἧττον ἕτερον ἑτέρου λέγεται, καὶ δίκαιον ἕτερον ἑτέρου μᾶλλον καὶ ἧττον. καὶ αὐτὸ δὲ ἐπίδοσιν λαμβάνει· λευκὸν γὰρ ὄν, ἔτι ἐνδέχεται λευκότερον γίνεσθαι. 27 Οὐ πάντα δέ, ἀλλὰ τὰ πλεῖστα. δικαιοσύνη γὰρ δικαιοσύνης εἰ λέγοιτο μᾶλλον καὶ ἧττον, ἀπορήσειεν ἄν τις· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων

διαθέ-

διαθέσεων. ἔνιοι γὰρ ἀμφισβητοῦσι περὶ τῶν τοιούτων· δικαιοσύνην μὲν γὰρ δικαιοσύνης οὐ πάνυ φασὶ μᾶλλον καὶ ἧττον λέγεσθαι, οὐδὲ ὑγίειαν ὑγιείας· ἧττον μέν τοι ἔχειν ἕτερον ἑτέρου ὑγίειάν φασι, καὶ δικαιοσύνην ἧττον ἕτερον ἑτέρου ἔχειν· ὡσαύτως δὲ καὶ γραμματικὴν, καὶ τὰς ἄλλας διαθέσεις. ἀλλ' οὖν τά γε κατ' αὐτὰς λεγόμενα, ἀναμφισβητήτως ἐπιδέχεται τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον· γραμματικώτερος γὰρ ἕτερος ἑτέρου λέγεται, καὶ δικαιότερος καὶ ὑγιεινότερος καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὡσαύτως.

28 Τρίγωνον δὲ καὶ τετράγωνον οὐ δοκεῖ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον ἐπιδέχεσθαι, οὐδὲ τῶν ἄλλων σχημάτων οὐδέν. τὰ μὲν γὰρ ἐπιδεχόμενα τὸν τοῦ τριγώνου λόγον, καὶ τὸν τοῦ κύκλου, πάνθ' ὁμοίως τρίγωνα ἢ κύκλοι εἰσί. τῶν δὲ μὴ ἐπιδεχομένων τὸν αὐτὸν λόγον, οὐδὲν ἕτερον ἑτέρου μᾶλλον ῥηθήσεται· οὐδὲν γὰρ μᾶλλον τὸ τετράγωνον τοῦ ἑτερομήκους κύκλος ἐστίν· οὐδέτερον γὰρ ἐπιδέχεται τὸν τοῦ κύκλου λόγον. ἁπλῶς δέ, ἐὰν μὴ ἐπιδέχηται ἀμφότερα τὸν τοῦ προκειμένου λόγον, οὐ ῥηθήσεται τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου μᾶλλον. οὐ πάντα οὖν ἐπιδέχεται τὰ ποιὰ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον. 29 Τῶν μὲν οὖν εἰρημένων οὐδὲν, ἴδιον ποιότητος.

30 Ὅμοια δὲ ἢ ἀνόμοια κατὰ μόνας τὰς ποιότητας λέγεται. ὅμοιον γὰρ ἕτερον ἑτέρῳ οὐκ ἔστι κατ' ἄλλο οὐδὲν, ἢ καθ' ὁποιόν ἐστιν. ὥστε ἴδιον ἂν εἴη τῆς ποιότητος, τὸ ὅμοιον ἢ ἀνόμοιον λέγεσθαι κατ' αὐτήν. 31 Οὐ δεῖ δὲ ταράττεσθαι, μή τις ἡμᾶς φήσῃ ὑπὲρ ποιότητος τὴν πρόθεσιν ποιησαμένους, πολλὰ τῶν πρός τι συγκαταριθμεῖσθαι· τὰς γὰρ ἕξεις καὶ τὰς διαθέ-

affectionibus. quidã enim de huiuſmodi *rebus* dubitant: & iuſtitiã iuſtitiâ nõ admodũ aiunt magis & minùs dici, nec ſanitatem ſanitate : ſed minùs alterũ altero habere ſanitatis inquiunt, & iuſtitiæ minus alterum altero habere: itidémque *minus* grammaticæ, & aliarum affectionũ. Quæ verò ab his dicuntur *qualia*, ſine dubitatione recipiunt cõtẽtionem & remiſſionem. nam magis grãmaticus alter altero dicitur, & iuſtior, & ſanior. & in aliis itidem *ſe res habet*. 28 Triangulus verò & quadratũ non videntur recipere intentionem & remiſſionem, nec vlla alia figura. nam quæ recipiunt trianguli & circuli definitionẽ, omnia æquè trianguli aut circuli ſunt. ex iis autem, quę non recipiunt eãdem definitionẽ, non dicetur alterum altero magis *tale*. nihilo enim magis quadratum, quàm altera parte longius, eſt circulus: cùm neutrum recipiat circuli definitionem. Simpliciter [a] autem, niſi ambo recipiãt rei propoſitæ definitionem, non dicetur alterum altero magis *tale*. Itaque non omnia qualia recipiũt intentionẽ & remiſſionẽ. 29 Nihil igitur ex iis quæ dicta ſunt, *eſt* propriũ qualitatis. 30 Similia verò aut diſſimilia ſecundũ ſolas qualitates dicũtur. ſimile enim alterum alteri non eſt alia ratione, quàm quà eſt quale. Quare propriũ qualitatis fuerit, ſimile vel diſſimile ſecundum eam dici. 31 Non oportet autẽ cõmoueri *& vereri*, ne quis dicat nos, cùm de qualitate dicere inſtituerimus, multa *quæ* ad aliquid *referũtur*, cõnumeraſſe: quoniã habitus & affectio-

a Omnino, generaliter.

a Secũdum dici, non ſecundum eſſe. alioqui cùm ſpecies ſub genere collocetur: fieri non poteſt, vt in alia categoria ſit genus, in alia ſpecies.

nes dicebamus eſſe ad aliquid. 32 Ferè enim in eiuſmodi omnibus genera dicuntur ad aliquid,[a] ſingulorum autem nihil *eſt ad aliquid*. Nam ſcientia, cùm ſit genus, id quod eſt, alterius dicitur: alicuius enim ſcientia dicitur. ſingularum autem ſcientiarum nulla id quod eſt, alterius dicitur. vt grammatica non dicitur alicuius grammatica: nec muſica, alicuius muſica. Niſi fortè ratione generis hæ quoque dicantur ad aliquid. vt grãmatica dicitur alicuius ſciẽtia, non alicuius grammatica: & muſica, alicuius ſcientia, non alicuius muſica. Quare ſingulæ *ſcientiæ* non ſunt ad aliquid. dicimur autem quales *ex ſcientiis* ſingulis: quoniam has habemus: & ſciẽtes dicimur, eo quòd ſingularum ſcientiarum aliquas habemus. Quocirca qualitates ſunt hæ ſingulæ, à quibus dicimur quales: ſed hæ non ſunt in iis quæ *referuntur* ad aliquid. 33 Præterea ſi idem [b] ſit quale & ad aliquid: nihil abſurditatis *eſt*, in vtriſque generibus id connumerari.

b Ne intelligas omnino idem, quia categoriæ ſunt realiter diſtinctæ: ſed idem ſubiecto. vtputà idem homo eſt qualis, id eſt albus, & ad filium refertur.

σεις, τῶν πρός τι ἐλέγομεν εἶναι. 32 Σχεδὸν γὰρ ἐπὶ πάντων τῶν τοιούτων, τὰ γένη, τῶν πρός τι λέγεται· τῶν δὲ καθ' ἕκαστον, οὐδέν. ἡ μὲν γὰρ ἐπιστήμη, γένος οὖσα, αὐτὸ ὅπερ ἐστὶν, ἑτέρου λέγεται· τινὸς γὰρ ἐπιστήμη λέγεται. τῶν δὲ καθ' ἕκαστον, οὐδὲν αὐτὸ ὅπερ ἐστὶν, ἑτέρου λέγεται. οἷον, ἡ γραμματικὴ οὐ λέγεται τινὸς γραμματική· οὐδὲ ἡ μουσικὴ, τινὸς μουσική. ἀλλ' ἢ ἄρα κατὰ τὸ γένος καὶ αὗται τῶν πρός τι λέγονται· οἷον, ἡ γραμματικὴ λέγεται τινὸς ἐπιστήμη, οὐ τινὸς γραμματική· καὶ ἡ μουσικὴ, τινὸς ἐπιστήμη, οὐ τινὸς μουσική. ὥστε αἱ καθ' ἕκαστα, οὐκ εἰσὶ τῶν πρός τι. λεγόμεθα δὲ ποιοὶ ταῖς καθ' ἕκαστα· ταύτας γὰρ καὶ ἔχομεν· ἐπιστήμονες γὰρ λεγόμεθα τῷ ἔχειν τῶν καθ' ἕκαστα ἐπιστημῶν τινάς. ὥστε αὗται ἂν καὶ ποιότητες εἶσαν, αἱ καθ' ἕκαστα, καθ' ἅς ποτε καὶ ποιοὶ λεγόμεθα· αὗται δὲ οὐκ εἰσὶ τῶν πρός τι. 33 Ἔτι, εἰ τυγχάνοι τὸ αὐτὸ, καὶ ποιὸν καὶ πρός τι ὄν· οὐδὲν ἄτοπον, ἐν ἀμφοτέροις αὐτὸ τοῖς γένεσι καταριθμεῖσθαι.

De actione, & paſſione, & reliquis categoriis. Cap. IX.

1 ¶ *De actione & paßione. Proprietates duæ.* 2 *Exempla prioris proprietatis.* 3 *Exẽpla poſterioris proprietatis.* 4 *Epilogus.* 5 ¶ *De ſitu.* 6 ¶ *De reliquis categoriis.* 7 ¶ *Epilogus.*

Cap. IX.
c Hæ proprietates nec ſolis his categoriis cõueniunt, ſed etiam qualitatibus: nec omnibus his; quia gignere, gigni, legere, ſcribere, &c. neque contrarietatem recipiunt, nec magis & minùs.

AGere & Pati recipiunt cõtrarietatem, & contentionem ac remiſſionem [c].

2 Nam calefacere & refrigerare ſunt contraria: necnõ calefieri & refrigerari: item lætari, ac dolere. itaque recipiunt contrarietatem. 3 Et intentionem ac remiſſionem. calefacere enim licet magis & minùs: & calefieri magis & minùs: & dolere

ἘΠιδέχεται δὲ καὶ τὸ ποιεῖν καὶ τὸ πάσχειν ἐναντιότητα, καὶ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον. 2 Τὸ γὰρ θερμαίνειν τῷ ψύχειν ἐναντίον, καὶ τὸ θερμαίνεσθαι τῷ ψύχεσθαι, καὶ τὸ ἥδεσθαι τῷ λυπεῖσθαι. ὥστε ἐπιδέχεται ἐναντιότητα. 3 Καὶ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον· θερμαίνειν γὰρ μᾶλλον καὶ ἧττον ἐστι, καὶ θερμαίνεσθαι μᾶλλον καὶ ἧττον, καὶ λυπεῖσθαι

μᾶλλον καὶ ἧττον. ἐπιδέχεται οὖν καὶ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον, τὸ ποιεῖν καὶ τὸ πάσχειν. 4 Ὑπὲρ μὲν οὖν τούτων τοσαῦτα λέγεται. 5 Εἴρηται δὲ καὶ ὑπὲρ τοῦ κεῖσθαι ἐν τοῖς πρός τι, ὅτι παρωνύμως ἀπὸ τῶν θέσεων λέγεται. 6 Ὑπὲρ δὲ τῶν λοιπῶν, τοῦ τε πότε, καὶ τοῦ ποῦ, καὶ τοῦ ἔχειν, διὰ τὸ προφανῆ εἶναι, οὐδὲν ὑπὲρ αὐτῶν ἄλλο λέγεται, ἢ ὅσα ἐν ἀρχῇ ἐρρέθη· ὅτι τὸ ἔχειν μὲν σημαίνει τὸ ὑποδεδέσθαι, τὸ ὡπλίσθαι· τὸ δὲ ποῦ, οἷον, ἐν Λυκείῳ, ἐν ἀγορᾷ· καὶ τὰ ἄλλα δὲ, ὅσα ὑπὲρ αὐτῶν ἐρρέθη. 7 Ὑπὲρ μὲν οὖν τῶν προτεθέντων γενῶν ἱκανὰ τὰ εἰρημένα.

magis & minus. agere igitur & pati recipiunt intẽtionem & remiſſionem. 4 Hæc de his dicta ſint. 5 Dictum eſt autem & de *eo quod eſt* ſitum eſſe, in iis quæ *ſũt* ad aliquid, [a] *nempe id* à poſitionibus denominari. 6 Quod verò ad reliquas *categorias, id eſt,* Quãdo, Vbi, & Habere: quoniam manifeſtæ ſunt, nihil aliud de eis dicitur, quàm quæ initio [b] dicta fuerũt: quòd Habere quidem ſignificat calceatum eſſe, armatum eſſe: Vbi, vt in Lycio, in foro: & cetera quæ de his dicta ſunt.

7 De propoſitis itaque generibus ſufficiunt, quæ dicta ſunt.

CAP. X.

a Cap. 7. part. 4.

b Cap. 4. part. 2.

HYPOTHEORIÆ, PARS III.

De [c] oppoſitis. Cap. X.

c Vide lib. 4. metaphyſ. cap. 10.

1 ¶ *De oppoſitis. Propoſitio.* 2 *Diuiſio.* 3 *Expoſitio per exempla.* 4 ¶ *De relatis.* 5 ¶ De contrariis. *Diſtinctio à relatis.* 6 *Definitio contrariorum medio carentium,* 7 *vel medium habentium.* 8 *Exempla contrariorum medio carentium,* 9 *& medium habentium.* 10 *Medii quod contrariis interiectum eſt, diuiſio in innominatum & nominatum.* 11 ¶ *De priuatione & habitu. Idem eſſe vtrique ſubiectum.* 12 *Quando aliquid dicatur priuatum eſſe.* 13 *Habere habitum, & priuatum eſſe, differre ab habitu & priuatione.* 14 *ſed & hæc & illa eodem modo opponi.* 15 *Idem dicendum eſſe de affirmatione negationéque & rebus ſubiectis: quia etſi res differunt ab orationibus,* 16 *tamen eadem eſt oppoſitio inter res quæ eſt inter orationes.* 17 *Diſtinctio priuantium & relatorum: cùm quia priuantia non referuntur,* 18 *tum etiam quia non reciprocantur.* 19 *Diſtinctio priuantium & contrariorum: cùm quia priuantia non poſſunt reduci, nec ad contraria mediata, nec ad immediata:* 20 *tum etiam quia ex priuatione in habitum regreſſus non fit.* 21 ¶ *Contradicentium diſtinctio ab aliis oppoſitis,* 22 *tam ſimplicibus,* 23 *quàm coniunctis, contrariis,* 24 *vel priuantibus:* 25 *quia contradicentium proprium eſt, ſemper alterum eſſe verum, alterum falſum.* 26 *Epilogus.*

CAP. XI.

ΠΕΡΙ δὲ τῶν ἀντικειμένων ποσαχῶς εἴωθεν ἀντικεῖσθαι, ῥητέον. 2 Λέγεται δὲ ἕτερον ἑτέρῳ ἀντικεῖσθαι τετραχῶς· ἢ ὡς τὰ πρός τι, ἢ ὡς τὰ ἐναντία, ἢ ὡς στέρησις καὶ ἕξις, ἢ ὡς κατάφασις καὶ ἀπόφασις. 3 Ἀντίκειται δὲ ἕκαστον τῶν τοιούτων, ὡς τύπῳ εἰπεῖν· ὡς μὲν τὰ πρός τι, οἷον τὸ διπλάσιον τῷ ἡμίσει· ὡς δὲ τὰ ἐναντία,

IAM de oppoſitis[d], quot modis opponi ſoleãt, dicendum *eſt*. 2 Dicitur autẽ alterum alteri opponi quadrifariam: vel vt ad aliquid, vel vt contraria [e], vel vt priuatio & habitus, vel vt affirmatio & negatio. 3 *Sic* autem opponitur horum vnumquodque, vt typo dicam: vt ad aliquid, veluti duplum dimidio: vt contraria,

d Hæc à Cicerone vocantur cõtraria. nos vocabulum in ſcholis receptũ retinuimus: quia ſcimus diuerſarũ ſectarũ philoſophos diuerſis vocabulis vſos fuiſſe. quare cùm Cicero non fuerit Peripateticus, exiſtimauimus vocabula Peripatetica in ſcholis recepta, præſertim cùm nõ ſunt barbara, non eſſe in hoc opere cum Ciceronianis cõmutanda.

e Hæc Cicero appellat aduerſa.

veluti malum bono [a]: vt priuatio & habitus, veluti cæcitas & viſus. vt affirmatio & negatio, veluti ſedet, nõ ſedet. 4 Quæcumque igitur vt ad aliquid opponuntur: idipſum quod ſũt, oppoſitorum dicũtur, aut quomodocumque aliter ad ea *referũtur.* Vt duplum dimidiĩ, idipſũ quod eſt, alterius dicitur: alicuius enim duplum dicitur. Sciẽtia quoque ſcibili opponitur vt ad aliquid: dicitúrque ſciẽtia id ipſum quod eſt, *ipſius* ſcibilis. & ſcibile quoque id ipſum quod eſt, ad oppoſitum refertur, *nempe* ad ſcientiã: nã ſcibile dicitur aliquo ſcibile, *nẽpe* ſcientiâ. 5 Quæcumque [b] igitur opponũtur vt ad aliquid: id ipſum quod ſũt, oppoſitorum *eſſe* dicuntur, aut quomodocumque inter ſe *referuntur.* quæ [c] verò *opponuntur* vt contraria: id ipſum quod ſunt, nequaquam ſui inuicem dicuntur: ſed contraria inter ſe dicuntur. neque [d] enim bonum dicitur mali bonum, ſed contrarium. nec album, nigri album, ſed contrarium. Quare [e] hę oppoſitiones inter ſe differũt. 6 Quæcumque verò contraria, eiuſmodi ſunt, vt neceſſe *ſit* eorum alterum in iis ineſſe, in quibus naturâ comparatum eſt vt inſint, aut quibus attribuuntur: inter hæc *contraria* nihil eſt interiectum. 7 Quorum autem non *eſt* neceſſe alterum ineſſe, in horum medio eſt omnino aliquid *collocatum.*

8 Vtputà naturâ comparatũ eſt, vt morbus & ſanitas ſint in corpore animalis: ac neceſſe *eſt,* alterum ineſſe in animalis corpore, vel morbum vel ſanitatem. item impar & par numero attribuitur: ac neceſſe *eſt,* alterum numero ineſſe, aut impar, aut

a Bonum & malum accipe, non abſolutè & per ſe, ſed quod alteri eſt bonum vel malum. nam abſolutè loquendo ens & bonũ reciprocãtur: ac malum nihil aliud eſt, quàm priuatio boni.

b Diſtinguit cõtraria à relatis ſyllogiſmo in ſecunda figura ex maiori propoſitione affirmante & minori negãte. *Ac primo loco proponit maiorem propoſitionem.*

c *Minor propoſitio.*

d *Confirmatio minoris.*

e *Concluſio.*

οἷον τὸ κακὸν τῷ ἀγαθῷ. ὡς δὲ τὰ κατὰ στέρησιν καὶ ἕξιν, οἷον τυφλότης καὶ ὄψις. ὡς δὲ κατάφασις καὶ ἀπόφασις, οἷον, κάθηται, οὐ κάθηται. 4 Ὅσα μὲν οὖν ὡς τὰ πρός τι ἀντίκειται, αὐτὰ ἅπερ ἐστὶ, τῶν ἀντικειμένων λέγεται, ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως πρὸς αὐτά. οἷον, τὸ διπλάσιον τοῦ ἡμίσεως, αὐτὸ ὅπερ ἐστὶν, ἑτέρου λέγεται· τινὸς γὰρ διπλάσιον λέγεται. καὶ ἡ ἐπιστήμη δὲ τῷ ἐπιστητῷ, ὡς τὰ πρός τι, ἀντίκειται· καὶ λέγεταί γε ἡ ἐπιστήμη, αὐτὸ ὅπερ ἐστὶ, τοῦ ἐπιστητοῦ· καὶ τὸ ἐπιστητὸν δὲ, αὐτὸ ὅπερ ἐστὶ, πρὸς τὸ ἀντικείμενον λέγεται, τὴν ἐπιστήμην· τὸ γὰρ ἐπιστητὸν, τινὶ λέγεται ἐπιστητὸν, τῇ ἐπιστήμῃ. 5 Ὅσα οὖν ἀντίκειται ὡς τὰ πρός τι, αὐτὰ ἅπερ ἐστὶ, τῶν ἀντικειμένων ἢ ὅπως δήποτε πρὸς ἄλληλα λέγεται. τὰ δὲ ὡς ἐναντία, αὐτὰ μὲν ἅπερ ἐστὶν, οὐδαμῶς πρὸς ἄλληλα λέγεται, ἐναντία μέντοι ἀλλήλων λέγεται· οὔτε γὰρ τὸ ἀγαθὸν, τοῦ κακοῦ λέγεται ἀγαθὸν, ἀλλ' ἐναντίον· οὔτε τὸ λευκὸν, τοῦ μέλανος λευκὸν, ἀλλὰ ἐναντίον. ὥστε διαφέρουσιν αὗται αἱ ἀντιθέσεις ἀλλήλων. 6 Ὅσα δὲ τῶν ἐναντίων, τοιαῦτά ἐστιν, ὥστε ἐν οἷς πέφυκε γίνεσθαι, ἢ ὧν κατηγορεῖται, ἀναγκαῖον αὐτῶν θάτερον ὑπάρχειν· τούτων οὐδὲν ἐστὶν ἀνὰ μέσον. 7 Ὧν δὲ μὴ ἀναγκαῖον θάτερον ὑπάρχειν, τούτων ἀνὰ μέσον ἐστί τι πάντως.

8 Οἷον, νόσος καὶ ὑγίεια ἐν σώματι ζώου πέφυκε γίνεσθαι· καὶ ἀναγκαῖόν γε θάτερον ὑπάρχειν ἐν τῷ τοῦ ζώου σώματι, ἢ νόσον, ἢ ὑγίειαν. καὶ περιττὸν δὲ καὶ ἄρτιον ἀριθμοῦ κατηγορεῖται· καὶ ἀναγκαῖόν γε θάτερον τῷ ἀριθμῷ ὑπάρχειν, ἢ περιττὸν, ἢ ἄρτιον,

ἄρτιον. καὶ οὐκ ἔστι γε τούτων οὐδὲν ἀνὰ μέσον, οὔτε νόσου καὶ ὑγιείας, οὔτε περιττοῦ καὶ ἀρτίου. 9 Ὧν δέ γε μὴ ἀναγκαῖον θάτερον ὑπάρχειν, τούτων ἔστι τι ἀνὰ μέσον. οἷον, μέλαν καὶ λευκὸν ἐν σώματι πέφυκε γίνεσθαι· καὶ οὐκ ἀναγκαῖον θάτερον αὐτῶν ὑπάρχειν τῷ σώματι· οὐ γὰρ πᾶν σῶμα ἤτοι λευκόν, ἢ μέλαν ἐστί. καὶ φαῦλον δὲ καὶ σπουδαῖον κατηγορεῖται μὲν καὶ κατ' ἀνθρώπου, καὶ κατὰ ἄλλων πολλῶν· οὐκ ἀναγκαῖον δέ, θάτερον αὐτῶν ὑπάρχειν ἐκείνοις, ὧν κατηγορεῖται· οὐ γὰρ πάντα ἤτοι φαῦλα ἢ σπουδαῖά εἰσι. καὶ ἔστι γέ τι τούτων ἀνὰ μέσον· οἷον, τοῦ μὲν λευκοῦ καὶ τοῦ μέλανος, τὸ φαιόν, καὶ τὸ ὠχρόν, καὶ ὅσα ἄλλα χρώματα· τοῦ δὲ φαύλου καὶ σπουδαίου, τὸ μήτε φαῦλον μήτε σπουδαῖον. 10 Ἐπ' ἐνίων μὲν οὖν ὀνόματα κεῖται τοῖς ἀνὰ μέσον· οἷον, λευκοῦ καὶ μέλανος, τὸ φαιόν, καὶ τὸ ὠχρόν, καὶ ὅσα ἄλλα χρώματα. ἐπ' ἐνίων δὲ ὀνόματι μὲν οὐκ εὔπορον τὸ ἀνὰ μέσον ἀποδοῦναι, τῇ δὲ ἑκατέρου τῶν ἄκρων ἀποφάσει τὸ ἀνὰ μέσον ὁρίζεται· οἷον, τὸ οὔτε ἀγαθὸν οὔτε κακόν, οὔτε δίκαιον οὔτε ἄδικον. 11 Στέρησις δὲ καὶ ἕξις λέγεται μὲν περὶ ταὐτόν τι. οἷον, ἡ ὄψις καὶ ἡ τυφλότης περὶ ὀφθαλμόν. καθόλου δὲ εἰπεῖν, ἐν ᾧ ἂν πέφυκεν ἡ ἕξις γίνεσθαι, περὶ τοῦτο λέγεται ἑκάτερον αὐτῶν. 12 Ἐστερῆσθαι δὲ τότε λέγομεν ἕκαστον τῶν τῆς ἕξεως δεκτικῶν, ὅταν ἐν ᾧ πέφυκεν ὑπάρχειν, ἢ ὅτε πέφυκεν ἔχειν, μηδαμῶς ὑπάρχῃ. νωδόν τε γὰρ λέγομεν, οὐ τὸ μὴ ἔχον ὀδόντας· καὶ τυφλόν, οὐ τὸ μὴ ἔχον ὄψιν· ἀλλὰ τὸ μὴ

par. atque nihil eſt his interiectū, nec morbo & ſanitati [a], nec impari & pari. 9 Quorum verò non *eſt* neceſſe alterum ineſſe, in horum medio eſt aliquid. Vtputà naturâ comparatum eſt, vt nigrum & album ſint in corpore: neque neceſſe *eſt*, alterum eorum in corpore ineſſe: quia nō omne corpus eſt vel album vel nigrū. item improbum & probum attribuitur & animali & aliis multis: neque neceſſe *eſt*, horum alterum in iis ineſſe, quibus attribuitur: quia non omnia improba aut proba ſunt. & eſt aliquid in horum medio: vt albi & nigri, fuſcum, & pallidum, & quicumque alii colores *ſunt*: improbi autem & probi, quod neque *eſt* improbum neque probum.

10 In nonnullis igitur *ſic ſe res habet, vt* nomina mediis ſint impoſita. vt albi & nigri *media ſunt* fuſcum & pallidum & quicumque alii colores *ſunt*. in quibuſdā verò haud facile *eſt*, id, quod *eſt* in medio, nomine demonſtrare: ſed vtriuſque extremi negatione definitur, quod *eſt* in medio: veluti, quod neque bonum *eſt* neque malum, & neque iuſtum neque iniuſtū. 11 Priuatio [b] autem & habitus dicitur circa idē aliquid. vt viſus & cæcitas circa oculum. & vt in vniuerſum dicã, in quo naturâ comparatū eſt vt habitus ſit, circa hoc dicitur horum vtrumque *eſſe*.

12 Tunc [c] verò dicimus ſingula quæ habitum recipere poſſūt, priuata eſſe: cùm in quo [d] naturâ ineſſe debet, aut quando naturâ haberi debet, nullo modo ineſt. edentulum enim dicimus, nō quod non habet dentes: & cæcum, non quod non habet viſum: ſed quod non

a Galenus tamen ἐν τέχνῃ ἰατρικῇ inter corpus ſanum & ęgrotum cōſtituit corpus neutrum.

b Vide lib. 4. metaph. cap. 22.

c Obſerua, vt aliquid dicatur priuatū eſſe, tres conditiones requiri. 1. vt ſit ſubiectum aptum ad recipiédum habitum: nam lapis non dicitur cæcus, quia non poteſt videre. 2. vt habitu careat in ea parte, in qua habere debet. homo nāque nō dicitur cęcus, licèt pede non videat. 3. vt tūc nō habeat habitum, cùm habere debet. nam catulus ante nonū di[e] non dicitu[r] [cæ]cus, etſi n[on] videt.

d Id[...] pa[...]

habet, quãdo naturâ habere debet. nã quædã ab ortu nec viſum nec dentes habent: non tamẽ dicuntur edentula, neque cæca.

13 Iam [a] verò priuatum eſſe & habere habitum, non eſt priuatio & habitus. nam [b] aſpectus eſt habitus, cæcitas *eſt* priuatio. habere autem aſpectum, nõ eſt aſpectus. nec cæcum eſſe, *eſt* cæcitas. etenim cæcitas eſt priuatio quædã: at cæcum eſſe, eſt priuatum eſſe, non priuatio. Nam [c] ſi [d] cæcitas & cæcum eſſe, idem eſſent: vtraque eidem attribuerẽtur. atqui [e] homo dicitur cæcus, nequaquã autem homo dicitur cæcitas.

14 Sed & hæc, priuatum eſſe, & habere habitũ, videntur opponi vt priuatio & habitus. nã modus oppoſitionis *eſt* idẽ. vt enim cæcitas opponitur aſpectui: ita etiam cæcum eſſe, opponitur ei quod *eſt* habere aſpectum.

15 Id quoque quod ſub affirmationem & negationem *cadit*, non eſt affirmatio & negatio. nam affirmatio eſt oratio affirmans, & negatio *eſt* oratio negans: ex iis verò quæ ſub affirmationem & negationem *cadunt*, nihil eſt oratio, ſed res.

16 Sed & hæc dicuntur ſibi inuicem opponi vt affirmatio & negatio: quoniam in his quoque idem *eſt* modus oppoſitionis. vt enim affirmatio & negatio opponuntur, veluti, ſedet, nõ ſedet: ita etiam opponũtur res vtrique *orationi* ſubiectæ, veluti, ſedere aliquem, & non ſedere.

17 Priuationem autem & habitum non opponi vt *ea* quæ *ſunt* ad aliquid, perſpicuum *eſt*: quia id ipſum quod eſt, non dicitur oppoſiti. nam aſpectus non eſt cæcitatis aſpectus,

a Conſequens.

b Antecedens.

c Probatio antecedẽtis ſyllogiſmo hypothetico, à deſtructione conſequẽtis ad deſtructionem antecedentis.

d Propoſitio hypothetica.

e Propoſitio categorica, quæ deſtruit conſequens.

ἔχον ὅτε πέφυκεν ἔχειν· ἔνια γὰρ ἐκ γενετῆς οὔτε ὄψιν, οὔτε ὀδόντας ἔχει· ἀλλ' οὐ λέγεται οὔτε νωδὰ, οὔτε τυφλά. 13 Τὸ δὲ ἐστερῆσθαι, καὶ τὸ ἔχειν τὴν ἕξιν, οὐκ ἔστι στέρησις καὶ ἕξις. ἕξις μὲν γάρ ἐστιν ἡ ὄψις, στέρησις δὲ ἡ τυφλότης· τὸ δὲ ἔχειν τὴν ὄψιν, οὐκ ἔστιν ὄψις· οὐδὲ τὸ τυφλὸν εἶναι, τυφλότης· στέρησις γάρ τίς ἐστιν ἡ τυφλότης· τὸ δὲ τυφλὸν εἶναι, ἐστερῆσθαί ἐστιν, οὐ στέρησίς ἐστιν. εἰ γὰρ ἦν ἡ τυφλότης ταὐτὸν τῷ τυφλὸν εἶναι, κατηγορεῖτο ἂν ἀμφότερα κατὰ τοῦ αὐτοῦ. ἀλλὰ τυφλὸς μὲν λέγεται ὁ ἄνθρωπος, τυφλότης δὲ οὐδαμῶς ὁ ἄνθρωπος λέγεται. 14 Ἀντικεῖσθαι δὲ καὶ ταῦτα δοκεῖ, τὸ ἐστερῆσθαι, καὶ τὸ τὴν ἕξιν ἔχειν, ὡς στέρησις καὶ ἕξις· ὁ γὰρ τρόπος τῆς ἀντιθέσεως, ὁ αὐτός· ὡς γὰρ ἡ τυφλότης τῇ ὄψει ἀντίκειται, οὕτω καὶ τὸ τυφλὸν εἶναι τῷ ὄψιν ἔχειν ἀντίκειται. 15 Οὐκ ἔστι δὲ οὐδὲ τὸ ὑπὸ τὴν κατάφασιν καὶ ἀπόφασιν, κατάφασις καὶ ἀπόφασις. ἡ μὲν γὰρ κατάφασις, λόγος ἐστὶ καταφατικός· καὶ ἡ ἀπόφασις, λόγος ἀποφατικός· τῶν δὲ ὑπὸ τὴν κατάφασιν ἢ ἀπόφασιν, οὐδέν ἐστι λόγος, ἀλλὰ πρᾶγμα. 16 Λέγεται δὲ καὶ ταῦτα ἀντικεῖσθαι ἀλλήλοις, ὡς κατάφασις καὶ ἀπόφασις· καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τούτων ὁ τρόπος τῆς ἀντιθέσεως ὁ αὐτός. ὡς γάρ ποτε ἡ κατάφασις πρὸς τὴν ἀπόφασιν ἀντίκειται, οἷον, τὸ κάθηται τῷ οὐ κάθηται· οὕτω καὶ τὸ ὑφ' ἑκάτερον πρᾶγμα ἀντίκειται· οἷον, τὸ καθῆσθαί τινα πρὸς τὸ μὴ καθῆσθαι. 17 Ὅτι δὲ ἡ στέρησις καὶ ἡ ἕξις οὐκ ἀντίκειται ὡς τὰ πρός τι, φανερόν· οὐ γὰρ λέγεται αὐτὸ, ὅπερ ἐστὶ, τοῦ ἀντικειμένου. ἡ γὰρ ὄψις οὐκ ἔστι τυφλότητος ὄψις,

οὐδ'

οὐδ' ἄλλως οὐδαμῶς πρὸς αὐτὸ λέγεται. ὡσαύτως δὲ, οὐδὲ ἡ τυφλότης λέγεται τυφλότης ὄψεως· ἀλλὰ στέρησις μὲν ὄψεως ἡ τυφλότης λέγεται, τυφλότης δὲ ὄψεως οὐ λέγεται. 18 Ἔτι, τὰ πρός τι πάντα πρὸς ἀντιστρέφοντα λέγεται. ὥστε καὶ ἡ τυφλότης, εἴ περ ἦν τῶν πρός τι, ἀντέστρεφεν ἂν κἀκεῖνο, πρὸς ὃ λέγεται. ἀλλ' οὐκ ἀντιστρέφει· οὐ γὰρ λέγεται ἡ ὄψις, τυφλότητος ὄψις. 19 Ὅτι δὲ οὐδ' ὡς τὰ ἐναντία ἀντίκειται τὰ κατὰ στέρησιν καὶ ἕξιν λεγόμενα, ἐκ τῶνδε δῆλον. τῶν μὲν γὰρ ἐναντίων, ὧν μηδέν ἐστιν ἀνὰ μέσον, ἀναγκαῖον, ἐν οἷς πέφυκε γίνεσθαι, ἢ ὧν κατηγορεῖται, θάτερον αὐτῶν ὑπάρχειν ἀεί· τούτων γὰρ οὐδὲν ἦν ἀνὰ μέσον, ὧν θάτερον ἀναγκαῖον ἦν τῷ δεκτικῷ ὑπάρχειν· οἷον ἐπὶ νόσου καὶ ὑγιείας, καὶ περιττοῦ καὶ ἀρτίου. ὧν δέ ἐστί τι ἀνὰ μέσον, οὐδέποτε ἀνάγκη παντὶ ὑπάρχειν θάτερον· οὔτε γὰρ λευκὸν ἢ μέλαν ἀνάγκη πᾶν εἶναι τὸ δεκτικὸν, οὔτε θερμὸν ἢ ψυχρόν· τούτων γὰρ ἀνὰ μέσον τι οὐδὲν κωλύει ὑπάρχειν. Ἔτι δὲ, καὶ τούτων ἦν τι ἀνὰ μέσον, ὧν μὴ ἀναγκαῖον ἦν θάτερον ὑπάρχειν τῷ δεκτικῷ· εἰ μὴ οἷς φύσει τὸ ἓν ὑπάρχει, οἷον τῷ πυρὶ τὸ θερμῷ εἶναι, καὶ τῇ χιόνι τὸ λευκῇ. ἐπὶ δὲ τούτων ἀφωρισμένως ἀναγκαῖον θάτερον ὑπάρχειν, καὶ οὐχ ὁπότερον ἔτυχεν· οὐδὲ γὰρ ἐνδέχεται τὸ πῦρ ψυχρὸν εἶναι· οὐδὲ τὴν χιόνα, μέλαιναν. ὥστε παντὶ μὲν οὐκ ἀνάγκη τῷ δεκτικῷ θάτερον αὐτῶν ὑπάρχειν, ἀλλὰ μόνον οἷς φύσει τὸ ἓν ὑπάρχει, καὶ τούτοις ἀφωρισμένως τὸ ἓν, καὶ οὐχ ὁπότερον ἔτυχεν. ἐπὶ δὲ τῆς στερήσεως

nec vllo alio modo ad id refertur. item cæcitas non dicitur cæcitas aſpectus: ſed priuatio quidē aſpectus ipſa cæcitas dicitur, cæcitas autem aſpectus nō dicitur. 18 Præterea [a] quæcūque [b] *ſūt* ad aliquid, referuntur ad ea quæ reciprocantur. quare [c] etiam cęcitas, ſi eſſet ad aliquid, reciprocaretur cum eo ad quod refertur. ſed [d] non reciprocatur: quoniam aſpectus non dicitur cæcitatis aſpectus. 19 Ne [e] quidē [f] vt cōtraria opponi ea quæ ſecundum priuationem & habitum dicuntur, ex his manifeſtum *eſt*. Nam [g] contrariorum, inter quę nihil eſt interiectum, ſemper neceſſe *eſt* alterum ineſſe in quibus naturâ cōparatum eſt vt inſint, aut quibus attribuuntur: ſiquidem [h] inter ea nihil erat medium, quorū alterum neceſſe erat in eo ineſſe, quod ſuſcipiendi vim habet: vt in ſanitate & morbo, necnō impari & pari *perſpici poteſt*. Inter quæ autem eſt medium, numquā neceſſe *eſt eorū* alterum in omni *eo* ineſſe, *quod ſuſcipiendi vim habet*: neque enim album aut nigrū neceſſe *eſt* eſſe, quodcumque ſuſcipiendi vim habet, nec calidum vel frigidum: quia medium aliquod inter hæc eſſe, nihil prohibet. Præterea eorum erat aliquod medium, quorū alterum in *ſubiecto* vim recipiendi habente ineſſe, neceſſe nō erat: exceptis *iis*, quibus naturâ vnum ineſt: vt igni calidū eſſe, & niui albā eſſe. in his autem definitè neceſſe *eſt* alterum ineſſe, non vtrumlibet. neque enim cōtingit ignem eſſe frigidū, aut niuem nigram. quare non *eſt* neceſſe, omni *ſubiecto* ſuſcipiēdi vim habēti ineſſe horum alterū: ſed *iis* ſolùm, quibus naturâ vnū ineſt: hiſque definitè vnū, nō vtrūlibet. In [i] priuatione autē

a Syllogiſmus hypotheticus à deſtructione conſequentis ad deſtructionē antecedentis.

b Probatio conſecutionis.

c Hypotheſis.

d Deſtructio conſequentis,

e Vt diſtinguat priuātia à cōtrariis, vtitur ſyllogiſmo in ſecunda figura ex maiori propoſitione affirmāte, & minore negante: Contraria ita ſe habent, vt vel ſēper neceſſe ſit alterum eorū ineſſe in ſubiecto, vel numquā: priuātia verò neutro modo ſe habēt: ergo priuantia non ſunt cōtraria. Interponit autem probationes maioris & minoris propoſitionis.

f Proponit quod demonſtraturus eſt.

g Prima pars maioris propoſitionis.

h Probatio dictæ primæ partis, & ſecūda pars maioris propoſitionis, atque eius confirmatio.

i Minor propoſitio.

& habitu neutrum eorum quæ dicta ſunt, verum *eſt*. Non [a] enim ſemper in eo quod ſuſcipiendi vim habet, neceſſe *eſt* alterum horum ineſſe: quia quod naturâ nondum videre poteſt, *id* neque cæcum *eſſe*, neque aſpectum habere dicitur. quapropter hæc non erunt ex iis contrariis, quorum nihil eſt medium. Sed [b] neque *ex iis*, quorum eſt mediũ. quoniam neceſſe *eſt* quandoque omni *ſubiecto* ſuſcipiẽdi vim habenti ineſſe eorum alterum. cùm enim ei à natura tributum eſt vt viſum habeat, tunc aut cæcũ aut videns dicetur. nec horum definitè alterum, ſed vtrumlibet. nõ *eſt* enim neceſſe aut cæcum eſſe, aut viſum habere, ſed alterutrũ. contrariorum verò, quorum eſt aliquod medium, numquàm alterum neceſſe eſt ineſſe in omni *ſubiecto quod recipiendi vim habet*, ſed in quibuſdam *tantum*: atque in his definitè vnum, nõ vtrumlibet. Quare [c] manifeſtũ *eſt*, neutro modo vt cõtraria opponi, *ea* quæ ſecundum priuationem & habitum opponũtur. 20 [d] Præterea [e] in cõtrariis, dũmodò *ſubiectum* extet quod habeat vim recipiendi, poteſt viciſſim inter ſe cõmutatio fieri: niſi ſi cui naturâ vnũ inſit, vt igni calidũ eſſe. Nã [f] & quod eſt ſanũ, poteſt ægrotare: & quod eſt albũ, nigrũ fieri: & quod *eſt* frigidũ, calefieri: & quod *eſt* calidum, refrigerari. ex probo quoq; improbus fieri poteſt, & ex improbo probus. nã improbus ad meliores exercitationes ac ſermones deductus, progredietur, quãuis parũ, ad hoc vt melior ſit. ꝙ ſi ſemel vel paruũ incrementũ acceperit, perſpicuũ *eſt*, *tandẽ* eũ aut perfectè mutatũ iri, aut permultũ incrementi accepturũ. ſemper enim ad virtutem procliuior fit,

a Confirmatio primæ partis minoris propoſitionis.

b Confirmatio ſecundæ partis minoris propoſitionis.

c Concluſio.

d Eandem diſtinctionem priuatiuorum & contrariorum probat alio ſyllogiſmo ex maiore affirmante & minore negante.

e Maior propoſitio.

f Maioris propoſitionis confirmatio inductione imperfecta.

καὶ τῆς ἕξεως, οὐδέτερον τῶν εἰρημένων ἀληθές· οὐδὲ γὰρ ἀεὶ τῷ δεκτικῷ ἀναγκαῖον θάτερον αὐτῶν ὑπάρχειν· τὸ γὰρ μήπω πεφυκὸς ὄψιν ἔχειν, οὔτε τυφλὸν, οὔτε ὄψιν ἔχειν λέγεται· ὥστε οὐκ ἂν εἴη ταῦτα τῶν τοιούτων ἐναντίων, ὧν μηδέν ἐστιν ἀνὰ μέσον. ἀλλ' οὐδὲ ὧν ἐστιν ἀνὰ μέσον· ἀναγκαῖον γάρ ποτε παντὶ τῷ δεκτικῷ θάτερον αὐτῶν ὑπάρχειν· ὅταν γὰρ ἤδη πεφυκὸς ᾖ ὄψιν ἔχειν, τότε ἢ τυφλὸν, ἢ ὄψιν ἔχον ῥηθήσεται· καὶ τούτων οὐκ ἀφωρισμένως θάτερον, ἀλλ' ὁπότερον ἔτυχεν· οὐ γὰρ ἀναγκαῖον, ἢ τυφλὸν ἢ ὄψιν ἔχον εἶναι, ἀλλ' ὁπότερον ἔτυχεν. ἐπὶ δὲ τῶν ἐναντίων, ὧν ἐστί τι ἀνὰ μέσον, οὐδέποτε ἀναγκαῖον ἦν, παντὶ θάτερον ὑπάρχειν, ἀλλὰ τισὶ, καὶ τούτοις ἀφωρισμένως τὸ ἕν, καὶ οὐχ ὁπότερον ἔτυχεν. ὥστε δῆλον ὅτι κατ' οὐδέτερον τῶν τρόπων, ὡς τὰ ἐναντία ἀντίκειται τὰ κατὰ στέρησιν καὶ ἕξιν ἀντικείμενα. 20 Ἔτι, ἐπὶ μὲν τῶν ἐναντίων, ὑπάρχοντος τοῦ δεκτικοῦ, δυνατὸν εἰς ἄλληλα μεταβολὴν γίνεσθαι, εἰ μή τινι φύσει τὸ ἓν ὑπάρχει, οἷον τῷ πυρὶ τὸ θερμῷ εἶναι· καὶ γὰρ καὶ τὸ ὑγιαῖνον, δυνατὸν νοσῆσαι· καὶ τὸ λευκὸν, μέλαν γενέσθαι· καὶ τὸ ψυχρὸν, θερμόν· καὶ τὸ θερμὸν, ψυχρόν· καὶ ἐκ σπουδαίου φαῦλον, καὶ ἐκ φαύλου σπουδαῖον δυνατὸν γενέσθαι. ὁ γὰρ φαῦλος, εἰς βελτίους διατριβὰς ἀπαγόμενος καὶ λόγους, κἂν μικρόν γέ τι ἐπιδοίη εἰς τὸ βελτίων εἶναι. ἐὰν δὲ ἅπαξ κἂν μικρὰν ἐπίδοσιν λάβῃ, φανερὸν ὅτι ἢ τελείως ἂν μεταβάλοι, ἢ πάνυ πολλὴν ἂν ἐπίδοσιν λάβοι· ἀεὶ γὰρ εὐκινητότερος πρὸς ἀρετὴν γίνεται, κἂν ἡν-

κἂν ἡντιναοῦν ἐπίδοσιν εἰληφὼς ᾖ ἐξ ἀρχῆς. ὥστε εἰκὸς καὶ πλείω ἐπίδοσιν αὐτὸν λαμβάνειν. καὶ τοῦτο ἀεὶ γινόμενον, τελείως εἰς τὴν ἐναντίαν ἕξιν ἀποκαταστήσεται, ἐάν περ μὴ χρόνῳ ἐξείργηται. ἐπὶ δέ γε τῆς στερήσεως καὶ τῆς ἕξεως ἀδύνατον εἰς ἄλληλα μεταβολὴν γενέσθαι. ἀπὸ μὲν γὰρ τῆς ἕξεως ἐπὶ τὴν στέρησιν γίνεται μεταβολή· ἀπὸ δὲ τῆς στερήσεως ἐπὶ τὴν ἕξιν, ἀδύνατον· οὔτε γὰρ τυφλὸς γενόμενός τις, πάλιν ἀνέβλεψεν· οὔτε φαλακρὸς ὤν, πάλιν κομήτης ἐγένετο· οὔτε νωδὸς ὤν, πάλιν ὀδόντας ἔφυσεν. 21 Ὅσα δὲ ὡς κατάφασις καὶ ἀπόφασις ἀντίκειται, φανερὸν ὅτι κατ᾽ οὐδένα τῶν εἰρημένων τρόπων ἀντίκειται· ἐπὶ μόνων γὰρ τούτων ἀναγκαῖον ἀεί, τὸ μέν, ἀληθές, τὸ δέ, ψευδές, αὐτῶν εἶναι. 22 Οὔτε γὰρ ἐπὶ τῶν ἐναντίων ἀναγκαῖον ἀεί, θάτερον μέν, ἀληθὲς εἶναι, θάτερον δέ, ψευδές· οὔτε ἐπὶ τῶν πρός τι· οὔτε ἐπὶ τῆς ἕξεως καὶ τῆς στερήσεως. Οἷον ὑγίεια καὶ νόσος, ἐναντία· καὶ οὐδέτερόν γε τούτων, οὔτε ἀληθές, οὔτε ψευδές ἐστιν. ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ διπλάσιον καὶ τὸ ἥμισυ, ὡς τὰ πρός τι, ἀντίκειται· καὶ οὐκ ἔστιν αὐτῶν οὐδέτερον, οὔτε ἀληθές, οὔτε ψευδές. οὐδέ γε τὰ κατὰ στέρησιν καὶ ἕξιν λεγόμενα· οἷον ἡ ὄψις καὶ ἡ τυφλότης. ὅλως δέ, τῶν κατὰ μηδεμίαν συμπλοκὴν λεγομένων οὐδὲν οὔτε ἀληθές ἐστιν, οὔτε ψευδές· πάντα δὲ τὰ εἰρημένα ἄνευ συμπλοκῆς λέγεται. 23 Οὐ μὴν ἀλλὰ μάλιστα ἂν δόξειε τὸ τοιοῦτον συμβαίνειν ἐπὶ τῶν κατὰ συμπλοκὴν ἐναντίων λεγομένων· τὸ γὰρ ὑγιαίνειν Σωκράτην, τῷ νοσεῖν Σωκράτην, ἐναντίον ἐστίν. ἀλλ᾽ οὐδὲ ἐπὶ τούτων ἀναγκαῖον ἀεί, θάτερον μέν, ἀληθές, θάτερον δέ, ψευδὲς εἶναι. ὄντος μὲν

ſi vel modicam progreſſionem initio fecerit. quare veriſimile *eſt*, eum *in dies* maius incrementum accipere. quod ſi ſemper fiat, perfectè in contrarium habitum *tãdem eum* reſtituet, niſi tempore excludatur. In [a] priuatione verò & habitu mutatio inter ſe viciſſim fieri nequit. nã [b] etſi ab habitu ad priuationẽ mutatio fit, tamen à priuatione ad habitum fieri non poteſt. neque [c] enim qui cæcus factus eſt, rurſus aſpexit: neque caluus comã recepit: nec edentulus dentes emiſit.

21 Quæ verò opponũtur vt affirmatio & negatio, perſpicuum *eſt ea* nullo ex dictis modis opponi: quoniam in his ſolis neceſſe *eſt*, ſemper alterum eorum eſſe verum, alterum falſum. 22 Nec enim in contrariis neceſſe *eſt*, ſẽper alterum eſſe verum, alterum falſum: nec in iis quæ *ſunt* ad aliquid, nec in habitu & priuatione. Vtputà ſanitas & morbus *ſũt* contraria: atque eorum neutrum *eſt* verum vel falſum. Itidem duplum & dimidium opponuntur vt ea quæ *ſunt* ad aliquid: eorúmque neutrum eſt verum aut falſum. Sed neque ea quæ dicuntur ſecundum priuationem & habitum: vt aſpectus & cæcitas. Et omnino eorum [d] quæ ſine omni coniunctione dicuntur, nullum eſt verum aut falſum: *prædicta* verò omnia ſine coniunctione dicuntur. 23 Verùm enimverò maximè videri poſſit tale quidpiam contingere [e] in iis contrariis, quæ coniuncta dicuntur. Nã Socratẽ valere, & Socratẽ ęgrotare, ſunt cõtraria. Sed neque in his neceſſe *eſt*, ſemper alterum verũ, alterum falſum eſſe. cùm

a *Minor propoſitio.*

b *Expoſitio minoris propoſitionis.*

c *Eiuſdem minoris confirmatio inductione imperfecta.*

d Id eſt vocabulorum ſimplicium.

e Id eſt, veritas aut falſitas ineſſe.

enim Socrates eſt: alterũ eſt verum, alterum falſum. cùm autem non eſt, vtraque *ſunt* falſa: quia nec verum eſt, Socratẽ ægrotare, nec valere; cùm omnino ipſe Socrates non ſit. 24 In priuatione autem & habitu, cùm omnino *ſubiectum* non eſt, neutrum *eſt* verũ. cùm verò *ſubiectum* eſt, non ſemper alterũ *eſt* verum, alterum falſum. nam Socratem viſu præditum eſſe, & Socratẽ cæcum eſſe, opponuntur vt priuatio & habitus. cúmque *Socrates* eſt, non *eſt* neceſſe alterum eſſe verum aut falſum. quando enim nondum ſecundum naturam habere debet, vtraque falſa *ſunt*. cùm verò Socrates omnino non eſt, ſic quoque vtraque *ſunt* falſa: *nẽpe*, cum viſu præditum eſſe, & eum cæcum eſſe. 25 Verùm in affirmatione & negatione ſẽper, ſiue *Socrates* ſit, ſiue non ſit; alterum erit verum, alterum falſum. nam Socratem ægrotare, & non ægrotare, cùm ipſe *Socrates* eſt, perſpicuum *eſt* alterum horũ eſſe verum, alterũ falſum. ſimiliterque cùm non eſt *Socrates*. eũ enim ægrotare, quando non *eſt*, falſum *eſt*: non ægrotare autem, *eſt* verum. 26 Quare his ſolis, quæ opponuntur vt affirmatio & negatio, propriũ eſt, ſẽper alterũ eorũ verum vel falſum eſſe.

γὰρ Σωκράτους, τὸ μὲν, ἔσται ἀληθές, τὸ δὲ, ψευδές· μὴ ὄντος δὲ, ἀμφότερα, ψευδῆ· οὔτε γὰρ τὸ νοσεῖν Σωκράτην, οὔτε τὸ ὑγιαίνειν, ἐστὶν ἀληθὲς, αὐτοῦ μὴ ὄντος ὅλως τοῦ Σωκράτους. 24 Ἐπὶ δὲ τῆς στερήσεως καὶ τῆς ἕξεως, μὴ ὄντος γε ὅλως, οὐδέτερον ἀληθές· ὄντος δὲ, οὐκ ἀεὶ θάτερον μὲν, ἀληθὲς, θάτερον δὲ, ψευδές· τὸ γὰρ ὄψιν ἔχειν Σωκράτην, τῷ τυφλὸν εἶναι Σωκράτην, ἀντίκειται ὡς στέρησις καὶ ἕξις· καὶ ὄντος γε, οὐκ ἀναγκαῖον θάτερον ἀληθὲς εἶναι ἢ ψευδές· ὅτε γὰρ μήπω πέφυκεν ἔχειν, ἀμφότερα ψευδῆ· μὴ ὄντος δὲ ὅλως τοῦ Σωκράτους, καὶ οὕτω ψευδῆ ἀμφότερα, καὶ τὸ ὄψιν αὐτὸν ἔχειν, καὶ τὸ τυφλὸν αὐτὸν εἶναι. 25 Ἐπὶ δέ γε τῆς καταφάσεως καὶ τῆς ἀποφάσεως, ἀεὶ, ἐάν τε ᾖ, ἐάν τε μὴ ᾖ, τὸ μὲν ἕτερον ἔσται ψευδές, τὸ δὲ ἕτερον, ἀληθές. τὸ γὰρ νοσεῖν Σωκράτην, καὶ τὸ μὴ νοσεῖν, ὄντος αὐτοῦ, φανερὸν ὅτι τὸ ἕτερον αὐτῶν, ἀληθὲς, τὸ δὲ ἕτερον, ψευδές ἐστι. καὶ μὴ ὄντος γε, ὁμοίως· τὸ μὲν γὰρ νοσεῖν, μὴ ὄντος, ψευδές· τὸ δὲ μὴ νοσεῖν, ἀληθές. 26 Ὥστε ἐπὶ μόνων τούτων εἴη ἂν ἴδιον, τὸ ἀεὶ θάτερον αὐτῶν ἀληθὲς ἢ ψευδὲς εἶναι, ὅσα ὡς κατάφασις καὶ ἀπόφασις ἀντίκειται.

a Vide lib. 4. Metaphyſ. cap. 10.

De contrariis[a]. Cap. XI.

1 Bono contrarium eſſe malum. 2 Malo contrarium eſſe aliàs bonum, aliàs malũ. 3 Poſſe vnum contrarium eſſe ſine altero, ſiue ſint contraria ſimplicia, 4 ſiue coniuncta. 5 Subiectum contrariorum aut eſſe idem ſpecie, aut genere. 6 Contraria vel eſſe in eodem genere, vel in contrariis generibus, vel contraria genera.

b Non eſt ſenſus, omne bonũ habere contrarium. ſed, ſi quod ſit contrariũ bono, id eſſe malũ, quoniam bonũ bono non poteſt eſſe contrarium.

BOno [b] cõtrarium neceſſariò eſt malum. atque hoc manifeſtũ *eſt* ſingularum rerum inductione. vt ſanitati *contrarius eſt* morbus, & iuſtitiæ iniuſtitia, &

ἘΝαντίον δέ ἐστιν, ἀγαθῷ μὲν ἐξ ἀνάγκης κακόν· τοῦτο δὲ δῆλον τῇ καθ' ἕκαστον ἐπαγωγῇ· οἷον ὑγιείᾳ νόσος, καὶ δικαιοσύνῃ ἀδικία, καὶ ἀνδρίᾳ

ἀνδρία δειλία· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. 2 Κακῷ δὲ ὁτὲ μὲν ἀγαθόν ἐστιν ἐναντίον, ὁτὲ δὲ κακόν. τῇ γὰρ ἐνδείᾳ, κακῷ ὄντι, ἡ ὑπερβολὴ ἐναντίον, κακὸν ὄν· ὁμοίως δὲ καὶ ἡ μεσότης, ἐναντία ἑκατέρῳ οὖσα, ἀγαθόν ἐστιν. ἐπ' ὀλίγων δ' ἂν τὸ τοιοῦτον ἴδοι τις. ἐπὶ δὲ τῶν πλείστων ἀεὶ τῷ κακῷ τὸ ἀγαθὸν ἐναντίον ἐστίν. 3 Ἔτι, τῶν ἐναντίων οὐκ ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἐὰν τὸ ἕτερον ᾖ, καὶ τὸ λοιπὸν εἶναι. ὑγιαινόντων γὰρ ἁπάντων, ὑγίεια μὲν ἔσται, νόσος δὲ οὔ. ὁμοίως δὲ καὶ λευκῶν ὄντων ἁπάντων, λευκότης μὲν ἔσται, μελανία δὲ οὔ.

4 Ἔτι, εἰ τὸ Σωκράτην ὑγιαίνειν, τὸ Σωκράτην νοσεῖν, ἐναντίον ἐστί, μὴ ἐνδέχεται δὲ ἅμα ἀμφότερα τῷ αὐτῷ ὑπάρχειν· οὐκ ἂν ἐνδέχοιτο τοῦ ἑτέρου τῶν ἐναντίων ὄντος, καὶ τὸ λοιπὸν εἶναι· ὄντος γὰρ τοῦ Σωκράτην ὑγιαίνειν, οὐκ ἂν εἴη τὸ νοσεῖν Σωκράτην. 5 Δῆλον δὲ, ὅτι καὶ περὶ τὸ αὐτὸ ἢ εἴδει ἢ γένει πέφυκε γίνεσθαι τὰ ἐναντία. νόσος μὲν γὰρ καὶ ὑγίεια ἐν σώματι ζώου πέφυκε γίνεσθαι· λευκότης δὲ καὶ μελανία, ἁπλῶς ἐν σώματι· δικαιοσύνη δὲ καὶ ἀδικία, ἐν ψυχῇ ἀνθρώπου. 6 Ἀναγκαῖον δὲ, πάντα τὰ ἐναντία ἢ ἐν τῷ αὐτῷ γένει εἶναι, ἢ ἐν τοῖς ἐναντίοις γένεσιν, ἢ αὐτὰ γένη εἶναι. λευκὸν μὲν γὰρ καὶ μέλαν, ἐν τῷ αὐτῷ γένει· χρῶμα γὰρ, αὐτῶν τὸ γένος. δικαιοσύνη δὲ καὶ ἀδικία, ἐν τοῖς ἐναντίοις γένεσιν· τοῦ μὲν γὰρ, ἀρετὴ τὸ γένος· τοῦ δὲ, κακία. ἀγαθὸν δὲ καὶ κακὸν οὐκ ἔστιν ἐν γένει, ἀλλ' αὐτὰ τυγχάνει γένη τινῶν ὄντα.

fortitudini ignauia, & cetera ſimiliter. 2 Malo autem interdum bonum eſt contrarium, interdum malum. nam defectui qui eſt malum, exſuperantia eſt cõtraria quæ eſt malum. mediocritas verò, quę ſimiliter vtrique eſt contraria, bonum eſt. In paucis autem hoc videre licet: ſed in plurimis ſemper malo bonum eſt contrarium. 3 Prætereà nõ neceſſe eſt, ſi contrariorum alterum ſit, etiam reliquum eſſe. nã omnibus bene valentibus, ſanitas erit, non morbus. itémque ſi omnes albi ſint, albor erit, non nigror. 4 Prætereà ſi Socratem valere, & Socratem ægrotare, cõtraria ſunt: nec ſimul contingit vtraque *contraria* eidem ineſſe: fieri non poteſt, vt cùm alterum contrarium ſit, etiam reliquum ſit. cùm enim *verum* eſt, Socratẽ valere: non poteſt eſſe *verum*, Socratem ægrotare. 5 Manifeſtum verò *eſt*, naturâ ita comparatum eſſe, vt contraria ſint circa idem vel ſpecie vel genere [a]. naturâ enim comparatum eſt, vt morbus & ſanitas ſit in corpore animalis: albor autem & nigror, ſimpliciter in corpore: iuſtitia verò & iniuſtitia, in anima hominis. 6 Neceſſe *eſt* autem, omnia contraria vel in eodem genere eſſe, vel in contrariis generibus, vel ipſa genera eſſe. Album enim & nigrum *ſunt* in eodem genere: quia color *eſt* eorum genus. iuſtitia verò & iniuſtitia *ſunt* in cõtrariis generibus: nam illius genus *eſt* virtus: huius, vitium. bonum autem & malum non ſunt in genere [b], ſed ipſa ſunt genera aliquorum.

a Ariſtoteles lib. 1. Topic. cap. 6. docet idem dici vel genere, vel ſpecie, vel numero: libro autem 4. Metaphyſ. cap. 9. addit idẽ proportione.

b Ergo præter decẽ categorias ſunt duo ſumma genera, bonum & malum? Minimé. nam bonum tot modis dicitur, quot ens: adeo vt bonum ſit vel ſubſtantia, vt Deus: vel qualitas, vt virtus. &c. vide 1. Ethic. Nicom. cap. 6.

a Vide lib.4.metaphyſ.cap.11.

De [a] priori. Cap. XII.

1 ¶ Quot modis Prius ab aliis accipiatur. 2 Modus primus. 3 Secundus. 4 Tertius. 5 Quartus. 6 Epilogus. 7 ¶ Adiectio quinti modi. 8 Epilogus.

Cap. XII.

PRius aliud alio dicitur quadrifariam. 2 Primùm ac maximè propriè ratione temporis: ex quo aliud alio vetuſtius & antiquius dicitur. nam antiquius & vetuſtius dicitur, quia tempus longius eſt. 3 Secundò quod non reciprocatur ſecundum exiſtendi conſecutionem. Vt vnum duobus *eſt* prius. nam ſi duo ſunt: ſtatim ſequitur, vnum eſſe. quòd ſi vnum eſt: non *eſt* neceſſe, duo eſſe. quare non reciprocatur, vt, ſi vnum ſit, ſequatur reliquum eſſe. Prius autem videtur id eſſe, à quo non reciprocatur exiſtendi conſecutio.

4 Tertiò ratione ordinis prius dicitur: vt in ſcientiis, & orationibus. nam ordine prius & poſterius ineſt in ſcientiis demonſtratiuis. elementa namque *ſunt* ordine priora deſcriptionibus. & in grammatica, elementa *ſunt* priora ſyllabis. ſimilitérque in orationibus: quoniam proœmium ordine prius eſt narratione.

5 Præter ea quæ dicta ſũt: quod *eſt* melius & præſtantius, *id* videtur *eſſe* naturâ prius. Multi etiam dicere ſoliti ſunt priores apud ſe eſſe, quos magis honorãt, magíſque diligunt. Sed hic modus eſt omnium ferè maximè alienus.

6 Qui igitur modi Prioris vſurpãtur, ferè tot ſunt. 7 Sed prȩter modos cõmemoratos videri poteſt etiã alius eſſe Prioris modus.

Πρότερον δ' ἕτερον ἑτέρου λέγεται τετραχῶς. 2 Πρῶτον μὲν καὶ κυριώτατα κατὰ τὸν χρόνον· καθ' ὃν, πρεσβύτερον ἕτερον ἑτέρου καὶ παλαιότερον λέγεται· τῷ γὰρ τὸν χρόνον πλείω εἶναι, καὶ παλαιότερον καὶ πρεσβύτερον λέγεται.

3 Δεύτερον δὲ, τὸ μὴ ἀντιστρέφον κατὰ τὴν τοῦ εἶναι ἀκολούθησιν. οἷον, τὸ ἓν, τῶν δύο πρότερον· δυοῖν μὲν γὰρ ὄντοιν, ἀκολουθεῖ εὐθὺς τὸ ἓν εἶναι· ἑνὸς δὲ ὄντος, οὐκ ἀναγκαῖον δύο εἶναι· ὥστε οὐκ ἀντιστρέφει ἀπὸ τοῦ ἑνὸς ἡ ἀκολούθησις τοῦ εἶναι τὸ λοιπόν. πρότερον δὲ δοκεῖ τὸ τοιοῦτον εἶναι, ἀφ' οὗ μὴ ἀντιστρέφει ἡ τοῦ εἶναι ἀκολούθησις. 4 Τρίτον δὲ κατά τινα τάξιν τὸ πρότερον λέγεται, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἐπιστημῶν καὶ τῶν λόγων. ἔν τε γὰρ ταῖς ἀποδεικτικαῖς ἐπιστήμαις ὑπάρχει τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον τῇ τάξει· τὰ γὰρ στοιχεῖα, πρότερα τῶν διαγραμμάτων τῇ τάξει· καὶ ἐπὶ τῆς γραμματικῆς τὰ στοιχεῖα, πρότερα τῶν συλλαβῶν. ἐπί τε τῶν λόγων ὁμοίως· τὸ γὰρ προοίμιον, τῆς διηγήσεως πρότερον τῇ τάξει ἐστίν. 5 Ἔτι παρὰ τὰ εἰρημένα, τὸ βέλτιον καὶ τὸ τιμιώτερον, πρότερον τῇ φύσει δοκεῖ. εἰώθασι δὲ καὶ οἱ πολλοὶ τοὺς ἐντιμοτέρους, καὶ μᾶλλον ἀγαπωμένους ὑπ' αὐτῶν, προτέρους παρ' αὐτοῖς φάσκειν εἶναι. ἔστι δὲ δὴ καὶ σχεδὸν ἀλλοτριώτατος τῶν τρόπων οὗτος.

6 Οἱ μὲν οὖν λεγόμενοι τρόποι τοῦ προτέρου, σχεδὸν τοσοῦτοί εἰσι.

7 Δόξειε δ' ἂν παρὰ τοὺς εἰρημένους καὶ ἕτερος εἶναι προτέρου τρόπος.

τῶν γὰρ

τῶν γὰρ ἀντιστρεφόντων κατὰ τὴν τοῦ εἶναι ἀκολούθησιν, τὸ αἴτιον ὁπωσοῦν θατέρῳ τοῦ εἶναι, πρότερον εἰκότως τῇ φύσει λέγοιτ' ἄν. ὅτι δέ ἐστί τινα τοιαῦτα, δῆλον· τὸ γὰρ εἶναι ἄνθρωπον, ἀντιστρέφει κατὰ τὴν τοῦ εἶναι ἀκολούθησιν, πρὸς τὸν ἀληθῆ περὶ αὐτοῦ λόγον. εἰ γάρ ἐστιν ἄνθρωπος, ἀληθὴς ὁ λόγος ᾧ λέγομεν ὅτι ἐστὶν ἄνθρωπος. καὶ ἀντιστρέφει γε· εἰ γὰρ ἀληθὴς ὁ λόγος ᾧ λέγομεν ὅτι ἐστὶν ἄνθρωπος, ἔστιν ἄνθρωπος. ἔστι δὲ ὁ μὲν ἀληθὴς λόγος, οὐδαμῶς αἴτιος τοῦ εἶναι τὸ πρᾶγμα· τὸ μέντοι γε πρᾶγμα φαίνεταί πως αἴτιον τοῦ ἀληθῆ τὸν λόγον εἶναι· τῷ γὰρ εἶναι τὸ πρᾶγμα, ἢ μὴ εἶναι, ἀληθὴς ὁ λόγος, ἢ ψευδὴς λέγεται.

8. Ὥστε κατὰ πέντε τρόπους ἕτερον ἑτέρου πρότερον λέγοιτ' ἄν.

eorum enim quæ ſecundum exiſtendi conſecutionem reciprocantur, quod quomodocumque eſt cauſa cur alterum ſit, meritò prius naturâ dici poteſt. eſſe autem quædam talia, manifeſtum *eſt*. nam eſſe hominem cum vera de eo oratione reciprocatur ſecundum exiſtendi conſecutionem. quādoquidem ſi homo eſt, vera *eſt* oratio qua dicimus hominē eſſe. & reciprocatur: quia ſi vera *eſt* oratio qua dicimus hominem eſſe, homo eſt. vera autē oratio nequaquam eſt cauſa cur res ſit: ſed cōſtat, rem quodammodo cauſam eſſe cur vera ſit oratio. nam quia res eſt vel non eſt, oratio dicitur vera vel falſa.

8 Quare quinque modis aliud alio prius dici poteſt.

De modis Simul. Cap. XIII.

1 Modus primus. 2 Secundus. 3 Tertius: 4 à quo remouentur genera & ſpecies. 5 Epilogus.

Ἅμα δὲ λέγεται, ἁπλῶς μὲν καὶ κυριώτατα, ὧν ἡ γένεσις ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ. οὐδέτερον γὰρ, πρότερον, οὐδὲ ὕστερον, αὐτῶν ἐστιν. ἅμα δὲ κατὰ τὸν χρόνον ταῦτα λέγεται.

2 Φύσει δὲ ἅμα, ὅσα ἀντιστρέφει μὲν κατὰ τὴν τοῦ εἶναι ἀκολούθησιν, μηδαμῶς δὲ αἴτιον θάτερον θατέρῳ τοῦ εἶναί ἐστιν. οἷον ἐπὶ τοῦ διπλασίου καὶ τοῦ ἡμίσεως· ἀντιστρέφει μὲν γὰρ ταῦτα· διπλασίου γὰρ ὄντος ἥμισύ ἐστι· καὶ ἡμίσεως ὄντος, διπλάσιόν ἐστιν. οὐδέτερον δὲ οὐδετέρῳ τοῦ εἶναί ἐστιν αἴτιον. 3 Καὶ τὰ ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους ἀντιδιῃρημένα ἀλλήλοις, ἅμα τῇ φύσει λέγεται. ἀντιδιῃρῆσθαι δὲ λέγεται ἀλλήλοις, τὰ κατὰ τὴν αὐτὴν διαίρεσιν· οἷον, τὸ πτηνὸν τῷ πεζῷ,

Simul autem dicuntur ſimpliciter & maximè propriè, quorum[a] ortus *eſt* in eodem tempore. neutrum enim horū eſt prius, aut poſterius. hæc autem dicuntur ſimul tempore. 2 Naturâ[b] verò ſimul *dicuntur*, quæcumque reciprocantur quidem ſecundū exiſtendi conſecutionē, ſed nullo modo alterum eſt cauſa cur alterum ſit. vt in duplo & dimidio *perſpici poteſt*. hæc enim reciprocātur: quia cùm duplū eſt, dimidiū *quoque* eſt: & cùm dimidium eſt, duplum eſt. neutrū verò eſt cauſa cur alterum ſit.

3 Ea[c] quoque quæ ex eodem genere ſibi inuicem in diuiſione opponuntur, ſimul naturâ dicuntur. Sibi inuicem in diuiſione opponi dicuntur, quæ in eadem diuiſione *ponuntur*[d]: vt volucre *opponitur* terreſtri,

CAP. XIII.

a Hæc prima ſignificatio aduerbii Simul, reſpōdet primo modo prioris.

b Reſpondet ſecundo & quinto modo prioris.

c Reſpōdet tertio modo prioris

d Vt ſpecies, & differentiæ.

& aquatili. hæc enim ſibi inuicem *in diuiſione* opponũtur, cùm ſint ex eodem genere: quippe cùm animal in hæc diuidatur, *hoc eſt*, in volucre, & terreſtre, & aquatile. atque horum nullũ eſt prius vel poſterius: ſed videntur hæc ſimul eſſe naturâ. Rurſus horum vnumquodque in ſpecies diuidi poteſt: veluti volucre, terreſtre, aquatile. erunt igitur illa quoque ſimul naturâ, quæ ſunt ex eodem genere in eadem diuiſione. 4 Genera verò ſpeciebus ſemper priora *ſunt*: quia nõ reciprocantur ſecundum exiſtẽdi conſecutionem. Veluti cùm eſt aquatile, eſt animal: cùm autem eſt animal, non *eſt* neceſſe aquatile eſſe. 5 Simul igitur naturâ dicuntur, quæcumque reciprocantur ſecundum exiſtendi conſecutionem, ſed neutiquam alterum eſt cauſa cur alterũ ſit: & quæ ex eodem genere in diuiſione ſibi inuicem opponuntur. ſimpliciter autẽ ſimul *ſunt*, quorum ortus eſt eodem tempore.

καὶ τῷ ἐνύδρῳ· ταῦτα γὰρ ἀλλήλοις ἀντιδιαιρεῖται, ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους ὄντα· τὸ γὰρ ζῶον διαιρεῖται εἰς ταῦτα, εἴς τε τὸ πτηνὸν, καὶ τὸ πεζὸν, καὶ τὸ ἔνυδρον· καὶ οὐδὲν γε τούτων, πρότερον ἢ ὕστερόν ἐστιν, ἀλλ᾽ ἅμα τῇ φύσει τὰ τοιαῦτα δοκεῖ εἶναι. διαιρεθείη δ᾽ ἂν καὶ τούτων ἕκαστον εἰς εἴδη πάλιν· οἷον, τὸ πτηνὸν, καὶ τὸ πεζὸν, καὶ τὸ ἔνυδρον. ἔσται οὖν κἀκεῖνα ἅμα τῇ φύσει, ὅσα ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους κατὰ τὴν αὐτὴν διαίρεσίν ἐστι.

4 Τὰ δὲ γένη, εἰδῶν ἀεὶ πρότερα. οὐ γὰρ ἀντιστρέφει κατὰ τὴν τοῦ εἶναι ἀκολούθησιν· οἷον, ἐνύδρου μὲν ὄντος, ἔστι ζῶον· ζώου δὲ ὄντος, οὐκ ἀνάγκη ἔνυδρον εἶναι. 5 Ἅμα οὖν τῇ φύσει λέγεται, ὅσα ἀντιστρέφει μὲν κατὰ τὴν τοῦ εἶναι ἀκολούθησιν, μηδαμῶς δὲ ἅτερον ἑτέρῳ αἴτιον τοῦ εἶναί ἐστι, καὶ τὰ ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους ἀντιδιῃρημένα ἀλλήλοις. ἁπλῶς δὲ ἅμα, ὧν ἡ γένεσις ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ ἐστί.

a Ortus & interitus, ſeu generatio & corruptio ſpectãtur in ſubſtantia. accretio & imminutio in quantitate. variatio in qualitate. loci mutatio in categoria Vbi. In ſubſtantia tamen non eſt propriè motus. nam generatio & corruptio non ſunt veri motus, ſed mutationes. vide 5. phyſ. cap. 1. & 2.

De motu. Cap. XIV.

1 *Species motus.* 2 *Diſtinctio cùm aliorum motuum inter ſe,* 3 *tum etiam variationis ab aliis motibus. quamuis enim dubitare hac de re aliquis poſſet:* 4 *tamen & variatio reperitur ſeiuncta ab aliis motibus,* 5 *& alii motus à variatione.* 6 *Quid opponatur tam motui generaliter accepto, quàm ſingulis ſpeciebus, non ſolùm aliis,* 7 *ſed etiam variationi.*

MOtus ſpecies ſunt ſex [a], ortus [b], interitus [c], auctio [d], deminutio [e], variatio [f], & ſecũdum locum mutatio. 2 Alios igitur motus inter ſe differre perſpicuum *eſt*: quoniam ortus nõ eſt interitus, neque auctio *eſt* deminutio, neque ſecundum locum mutatio. eadem *eſt* aliorũ ratio. 3 In variatione autẽ dubitatio quædam eſt, ne quando neceſſe ſit, id quod variatur, ſecundum aliquem reliquorum motuum variari.

Κινήσεως δέ ἐστιν εἴδη ἕξ, γένεσις, φθορὰ, αὔξησις, μείωσις, ἀλλοίωσις, καὶ ἡ κατὰ τόπον μεταβολή. 2 Αἱ μὲν οὖν ἄλλαι κινήσεις φανερὸν ὅτι ἕτεραι ἀλλήλων εἰσίν. οὐ γάρ ἐστιν ἡ γένεσις, φθορά· οὐδέ γε ἡ αὔξησις, μείωσις· οὐδὲ ἡ κατὰ τόπον μεταβολή. ὡσαύτως δὲ καὶ αἱ ἄλλαι. 3 Ἐπὶ δὲ τῆς ἀλλοιώσεως ἔχει τινὰ ἀπορίαν, μή ποτε ἀναγκαῖον ᾖ τὸ ἀλλοιούμενον, κατά τινα τῶν λοιπῶν κινήσεων ἀλλοιοῦσθαι.

CAP. XIV.

b Ortus ſeu generatio eſt motus à non eſſe ad eſſe.

c Interitus eſt motus ab eſſe ad non eſſe.

d Auctio ſiue accretio eſt motus à minori quantitate ad maiorẽ.

e Deminutio eſt motus à maiori quãtitate ad minorem.

f Variatio (quæ vulgò alteratio dicitur) eſt motus à qualitate in contrariam qualitatem.

4 Τοῦτο

4 Τοῦτο δὲ οὐκ ἀληθές ἐστι· σχεδὸν γὰρ κατὰ πάντα τὰ πάθη, ἢ τά γε πλεῖστα, συμβέβηκεν ἀλλοιοῦσθαι ἡμᾶς, οὐδεμιᾶς τῶν ἄλλων κινήσεων κοινωνούσης. οὔτε γὰρ αὔξεσθαι ἀναγκαῖον τὸ κατὰ πάθος κινούμενον, οὔτε μειοῦσθαι. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. ὥσθ᾽ ἑτέρα ἂν εἴη παρὰ τὰς ἄλλας κινήσεις, ἡ ἀλλοίωσις· εἰ γὰρ ἦν ἡ αὐτή, ἔδει τὸ ἀλλοιούμενον εὐθὺς καὶ αὔξεσθαι, ἢ μειοῦσθαι, ἤ τινα τῶν ἄλλων ἀκολουθεῖν κινήσεων· ἀλλ᾽ οὐκ ἀνάγκη.


5 Ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ αὐξανόμενον, ἤ τινα ἄλλην κίνησιν κινούμενον, ἔδει ἀλλοιοῦσθαι. ἀλλ᾽ ἔστι τινὰ αὐξανόμενα, ἃ οὐκ ἀλλοιοῦται· οἷον, τὸ τετράγωνον γνώμονος περιτεθέντος, ηὔξηται μέν, ἀλλοιότερον δὲ οὐδὲν γεγένηται. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων. ὥσθ᾽ ἕτεραι ἂν εἴησαν αἱ κινήσεις ἀλλήλων.

6 Ἔστι δὲ ἁπλῶς τῇ μὲν κινήσει ἠρεμία ἐναντίον. ταῖς δὲ καθ᾽ ἕκαστα αἱ καθ᾽ ἕκαστα. γενέσει μὲν φθορά· αὐξήσει δὲ μείωσις· τῇ δὲ κατὰ τόπον μεταβολῇ, ἡ κατὰ τόπον ἠρεμία, μάλιστα δὲ ἔοικεν ἀντικεῖσθαι ἡ εἰς τὸν ἐναντίον τόπον μεταβολή, οἷον τῇ κάτωθεν ἡ ἄνω, τῇ δὲ ἄνωθεν ἡ κάτω. 7 Τῇ δὲ λοιπῇ τῶν ἀποδοθεισῶν κινήσεων, οὐ ῥᾴδιον ἀποδοῦναι τί ποτέ ἐστιν ἐναντίον. ἔοικε δὲ οὐδὲν εἶναι αὐτῇ ἐναντίον· εἰ μή τις καὶ ἐπὶ ταύτης τὴν κατὰ τὸ ποιὸν ἠρεμίαν ἀντιθείη, ἢ τὴν εἰς τὸ ἐναντίον τοῦ ποιοῦ μεταβολήν. καθάπερ καὶ ἐπὶ τῆς κατὰ τόπον μεταβολῆς, τὴν κατὰ τόπον ἠρεμίαν, ἢ τὴν εἰς τὸν ἐναντίον τόπον μεταβολήν. ἔστι γὰρ καὶ ἡ ἀλλοίωσις, μεταβολὴ κατὰ τὸ ποιόν.

4 Hoc [a] autem verum nõ eſt. ferè [b] enim ſecũdum omnes aut plurimas paſſiones cõtingit nos variari, nulla alia motione in ſocietatem adiuncta. etenim [c] neque augeri neceſſe *eſt*, quod ſecundum paſſionem mouetur, neque deminui. eadem *eſt* aliorum ratio. Quare [d] diuerſa eſt ab aliis motionibus variatio. Nam [e] ſi eſſet eadem, oporteret id quod variatur, confeſtim etiam augeri, vel minui, vel aliam aliquam motionem ſequi: *quod* [f] tamen non *eſt* neceſſarium. 5 Itidem etiam quod augetur, aut alio modo mouetur, variari deberet. atqui nonnulla augentur, quæ *tamen* non variantur. vtputà quadratum [g] gnomone circumpoſito auctum quidem eſt, non tamen variatum. Idem fit etiam in ceteris eiuſmodi. Quare hæ motiones diuerſæ ſunt inter ſe.

6 Iam verò ſimpliciter motioni contrarium [h] *eſt* quies. ſingulis [i] autem ſingulæ [k]: ortui quidem interitus: auctioni deminutio: loci mutationi quies in loco, maximè autẽ videtur opponi mutatio in locum cõtrarium, vt deſcenſui adſcenſus, & adſcẽſui deſcenſus. 7 Reliquæ verò ex motionibus explicatis non facile *eſt* exponere quid contrarium ſit: ſed nihil ei videtur eſſe contrarium. niſi quis etiam huic opponat quietem in qualitate, vel mutationem in contrariam qualitatem: quemadmodum etiam loci mutationi *oppoſuimus* quietem in loco, vel mutationem in contrarium locum. Variatio nãque eſt mutatio in qualitate.

a Variationẽ ab aliis motib. diſtinguit hoc argumẽto, quòd quædã variantur nõ factã aliã mutatione: conficit autẽ ſyllogiſmum hypotheticum ab euerſione conſequentis ad euerſionem antecedentis.
b *Præmunitio.*
c *Probatio præmunitionis.*
d *Concluſio.*
e *Hypotheſis.*
f *Deſtructio conſequentis.*
g Sit quadratum a b c d, cui adiiciatur gnomon a e f g d b.



fiet hoc modo quadratum maius, nẽpe e f g c: figura autem mutata non eſt, quia manet quadratũ. nã maioris quadrati, perinde ac minoris, latera ſunt æqualia, & anguli recti.
h Cõtrarium accipe latiùs pro oppoſito. nam quies nihil aliud eſt, quàm priuatio motus. Itaque diſtinguendum eſt inter quietem & immobilitatẽ. nam quod moueri non poteſt, nõ dicitur quieſcere, ſed eſſe immobile.
i Sub. motionibus.
k Sup. quietes vel motiones.

quamobrem opponetur motui ſecundum qualitatem, quies ſecundum qualitatẽ, aut mutatio in contrariam qualitatem, ſicut *opponuntur* album fieri, & nigrũ fieri: quia *res* variatur facta qualitatis mutatione in contraria.

ὥστε ἀντικείσεται τῇ κατὰ τὸ ποιὸν κινήσει, ἡ κατὰ τὸ ποιὸν ἠρεμία, ἢ ἡ εἰς τὸ ἐναντίον τοῦ ποιοῦ μεταβολή. οἷον, τὸ λευκὸν γίνεσθαι, τῷ μέλαν γίνεσθαι. ἀλλοιοῦται γὰρ, εἰς τὰ ἐναντία τοῦ ποιοῦ μεταβολῆς γινομένης.

---

a Vide lib. 4. Metaphyſ. cap. 23.

De modis habendi[a]. Cap. XV.

1 Quot modis habere dicatur. 2 Primus modus. 3 Secundus. 4 Tertius. 5 Quartus. 6 Quintus. 7 Sextus. 8 Septimus. 9 Octauus. 10 Excuſatio.

Cap. XV. b Hic primus modus referẽdus eſt ad categoriam qualitatis.

HAbere multis modis dicitur. 2 Vel enim [b] vt habitum & affectionem, aut aliquã aliam qualitatem. nam dicimur & ſcientiam habere, & virtutẽ. 3 Vel [c] vt quantum: vt quam quis magnitudinem habet: dicitur enim habere magnitudinẽ trium quatuórve cubitorum.

c Pertinet ad quantitatem.

d Hic tertius modus & ſequens conſtituunt categoriã Habere.

4 Vel [d] vt ea, quæ ſũt circa corpus: vt veſtimentum, aut tunicã. 5 Vel vt in parte: vt in manu anulum. 6 Vel [e] tamquàm partem: vt manum, vel pedem.

e Reducitur ad ſubſtantiam.

f Refer ad categoriam Vbi.

7 Vel [f] vt in vaſe: vt modius triticum, aut amphora vinum: dicitur enim amphora habere vinum, & modius triticum: hęc igitur omnia dicũtur habere tãquàm in vaſe. 8 Vel [g] vt poſſeſſionem: dicimur enim habere domũ, vel agrum.

g Spectat ad categoriam relatorum.

9 Dicitur etiam vir mulierem habere, & mulier virum. Sed hic habendi modus, quem nunc dixi, videtur eſſe maximè alienus: quia hoc *ſermone*, habere mulierem, nihil aliud ſignificamus, quàm ſimul habitare. 10 Fortaſſe autem habẽdi videri poſſunt *eſſe* etiam aliqui alii modi: ſed qui dici cõſueuerunt, ferè omnes enumerati ſunt.

ΤΟ δὲ ἔχειν, κατὰ πλείους τρόπους λέγεται. 2 Ἢ γὰρ ὡς ἕξιν καὶ διάθεσιν, ἢ ἄλλην τινὰ ποιότητα· λεγόμεθα γὰρ καὶ ἐπιστήμην ἔχειν, καὶ ἀρετήν. 3 Ἢ ὡς ποσόν· οἷον, ὃ τυγχάνει τις ἔχων μέγεθος· λέγεται γὰρ τρίπηχυ μέγεθος ἔχειν, ἢ τετράπηχυ. 4 Ἢ ὡς τὰ περὶ τὸ σῶμα· οἷον, ἱμάτιον, ἢ χιτῶνα. 5 Ἢ ὡς ἐν μορίῳ· οἷον, ἐν χειρὶ δακτύλιον. 6 Ἢ ὡς μέρος· οἷον χεῖρα, ἢ πόδα. 7 Ἢ ὡς ἐν ἀγγείῳ· οἷον ὁ μέδιμνος τοὺς πυρούς, ἢ τὸ κεράμιον τὸν οἶνον· οἶνον γὰρ ἔχειν λέγεται τὸ κεράμιον, καὶ ὁ μέδιμνος πυρούς· ταῦτ' οὖν πάντα ὡς ἐν ἀγγείῳ ἔχειν λέγεται. 8 Ἢ ὡς κτῆμα· ἔχειν γὰρ οἰκίαν, ἢ ἀγρὸν λεγόμεθα. 9 Λέγεται δὲ καὶ ὁ ἀνὴρ γυναῖκα ἔχειν, καὶ ἡ γυνὴ ἄνδρα. ἔοικε δὲ ἀλλοτριώτατος ὁ νῦν ῥηθεὶς τρόπος τοῦ ἔχειν εἶναι· οὐδὲν γὰρ ἄλλο τῷ ἔχειν γυναῖκα σημαίνομεν, ἢ ὅτι συνοικεῖ. 10 Ἴσως δὲ ἂν καὶ ἄλλοι τινὲς φανείησαν τοῦ ἔχειν τρόποι· οἱ δὲ εἰωθότες λέγεσθαι, σχεδὸν ἅπαντες κατηρίθμηνται.

ἈΡΙΣΤΟ-

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ.

ARISTOTELIS DE INTERPRETATIONE, LIBER VNVS,

IVLIO PACIO interprete.

SYNOPSIS SEV METHODVS LIBRI DE INTERPRETATIONE.

- De interpretatione agitur
  - **Tractatus I.**
  - In genere. *Cap.* 1.
  - **Tractatus II.**
  - In ſpecie, id eſt,
    - De inter pretationibus ſimplicibus, nempe de
      - Nomine. *Cap.* 2.
      - Verbo. *Cap.* 3.
    - **Tractatus III.**
    - De interpretatione cōpoſita. Hîc explicantur
      - Generalia de
        - Oratione. *Cap.* 4.
        - Enunciatione. *Cap.* 5.
        - Affirmatione, & negatione. *Cap.* 6.
      - **Tractatus IV.**
      - Specialia de enũciatis
        - Sine modo. Hîc agitur de
          - Enunciationibus vniuerſalibus, particularibus, indefinitis, & ſingularibus. *Cap.* 7.
          - Enunciatione vna vel pluribus. *Cap.* 8.
          - Singularibus futuris. *Cap.* 9.
          - Enũciationibus ſecundi, vel tertij adiacẽtis: finitis, vel infinitis. *Cap.* 10.
          - Compoſitione, ac diuiſione attributorum. *Cap.* 11.
        - **Tractatus V.**
        - Cũ modo. Horũ declaratur
          - Oppoſitio. *Cap.* 12.
          - Conſecutio. *Cap.* 13.
      - **Tractatus VI.**
      - Hypotheoria, De enunciationibus contrariis. *Cap.* 14.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΠΕΡΙ ἙΡΜΗΝΕΙ'ΑΣ.

ARISTOTELIS DE INTERPRETATIONE[a]

LIBER VNVS.

DE INTERPRETATIONE GENERALITER ACCEPTA.

Tractatus I. Cap. I.

1 Propoſitio eorum de quibus in hoc libro agendum eſt. 2 Explicatur natura interpretationis ex rerum, intelligentiarum, vocum, & ſcripturarum collatione prima, 3 atque altera. 4 Excuſatio. 5 Interpretationis diuiſio in ſimplicem & compoſitam. 6 Simplicis ſubdiuiſio in nomen & verbum.

ΠΡΩΤΟΝ δεῖ θέσθαι τί ὄνομά ἐστι, καὶ τί ῥῆμα· ἔπειτα, τί ἐστιν ἀπόφασις, καὶ κατάφασις, καὶ ἀπόφανσις, καὶ λόγος. 2 Ἔστι μὲν οὖν τὰ ἐν τῇ φωνῇ, τῶν ἐν τῇ ψυχῇ παθημάτων σύμβολα· καὶ τὰ γραφόμενα, τῶν ἐν τῇ φωνῇ. 3 Καὶ ὥσπερ οὐδὲ γράμματα, πᾶσι τὰ αὐτά· οὕτως οὐδὲ φωναὶ, αἱ αὐταί. ὧν μέντοι ταῦτα σημεῖα πρώτως, τὰ αὐτὰ πᾶσι παθήματα τῆς ψυχῆς· καὶ ὧν ταῦτα ὁμοιώματα, πράγματα ἤδη τὰ αὐτά. 4 Περὶ μὲν οὖν τούτων εἴρηται ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς· ἄλλης γὰρ ταῦτα πραγματείας. 5 Ἔστι δ᾽ ὥσπερ ἐν τῇ ψυχῇ ὅτε μὲν νόημα ἄνευ τοῦ ἀληθεύειν ἢ ψεύδεσθαι, ὅτε δὲ ἤδη ᾧ ἀνάγκη τούτων ὑπάρχειν θάτερον· οὕτω καὶ ἐν τῇ φωνῇ· περὶ γὰρ σύνθεσιν καὶ

PRIMVM oportet ponere[b], quid ſit nomen, & quid verbum: deinde quid ſit negatio, & affirmatio, & enunciatio, & oratio[c]. 2 Quæ[d] igitur *ſunt* in voce, ſũt notæ paſſionum[e], quæ *ſunt* in anima: & quæ ſcribuntur, *ſũt nota* eorum quæ *ſunt* in voce. 3 Atque vt literæ non *ſunt* apud omnes eædem, ita nec voces *ſunt* eædē[f]. Sed paſſiones animi, quarum hæc primùm *ſunt* ſigna, eædem *ſunt* apud omnes. eædē *ſunt* etiam res, quarum hæ *paſſiones ſũt* ſimulacra. 4 Ac de his quidem dictum eſt in *libris*[g] de anima: quia pertinent ad alium tractatum[h]. 5 Quemadmodũ autem in anima interdũ eſt intelligentia[i] veri vel falſi expers, interdũ verò cui[k] iam neceſſe *eſt* alterum[l] horum ineſſe: ita etiã in voce. nam in compoſitione &

ΤΜΗΜΑ Α.
CAP. I.
a Interpretatio eſt vox ex inſtituto animi ſenſa ſignificãs. Ex inſtituto eſt, quod Græci dicunt κατὰ συνθήκην, quoniã vocabula nõ ſunt à natura cõſtituta, ſed ab hominibus pro arbitrio impoſita, vt Ariſtoteles cẽſet. voces autem belluarum ſunt naturales, ſed nõ ſunt interpretationes. coniunctiones, præpoſitiones, & ceteræ particulæ indeclinabiles, non ſunt interpretationes, nec partes orationis: quia nullã animi cõceptionem ſignificãt: per ſe enim nihil ſignificãt, ſed habẽt tãtùm vim conſignificãdi, veputà coniungẽdi partes orationis. Porrò interpretatio vel eſt ſimplex, id eſt nomen & verbum: vel coniuncta, id eſt oratio. Sub nomine cõprehenditur pronomen: ſub verbo participiũ: quoniam pronomini definitio nominis, participio definitio verbi conuenit, vt ex ſequentibus apparebit.
b Vel, cõſtituere.
c Oratio eſt genus enunciationis, enũtiatio affirmationis & negationis. prius igitur proponit ſpecies quàm genera: quia genera non explicantur niſi ſpecierũ cauſã.

d Id eſt nomina, verba & orationes, quę voce proferuntur. nam hęc trib. modis conſiderari poſſunt, vel in mente, vel in voce, vel in ſcriptura. e Paſſiones, παθήματα vocat ſenſa animi, (quæ mox appellabit νοήματα) quoniã intelligere eſt pati, 3. de anima, cap.5. part.1. f Proinde non ſunt à natura, ſed ex hominum inſtituto. g Lib. 3. c.7. & in calce cap.9. h Id eſt ad phyſicen. i Hæc eſt intelligentia ſimplex, vt hominis, vel albi. k Hæc eſt intelligentia coniuncta, vt ſi quis mente concipiat Socratem currere: coniungit enim per intellectum, curſum cum homine. l Id eſt veritas aut falſitas.

diuiſione [a] eſt veritas aut falſitas. 6 Ipſa igitur nomina & verba aſſimilantur intelligẽtiæ quæ *eſt* ſine compoſitione & diuiſione: vt homo, aut album, quando nõ eſt aliquid [b] adiectum: quia nõdum *eſt* verum, aut falſum. cuius *rei* ſignum eſt: quia Hircoceruus ſignificat quidem aliquid, nondum tamen verum quidpiã, aut falſum, niſi ESSE aut NON ESSE adiiciatur vel ſimpliciter [c], vel ſecundum tempus [d].

διαίρεσίν ἐστι τὸ ψεῦδός τε καὶ τὸ ἀληθές. 6 Τὰ μὲν οὖν ὀνόματα αὐτὰ καὶ τὰ ῥήματα ἔοικε τῷ ἄνευ συνθέσεως καὶ διαιρέσεως νοήματι. οἷον τὸ ἄνθρωπος, ἢ τὸ λευκὸν, ὅταν μὴ προστεθῇ τι· οὔτε γὰρ ψεῦδος, οὔτε ἀληθές πω. σημεῖον δέ ἐστι τοῦδε· καὶ γὰρ ὁ τραγέλαφος σημαίνει μέν τι, οὔπω δὲ ἀληθές τι ἢ ψεῦδος, ἂν μὴ τὸ εἶναι, ἢ τὸ μὴ εἶναι προστεθῇ, ἢ ἁπλῶς, ἢ κατὰ χρόνον.

a Affirmatio cõponit attributũ cum ſubiecto: negatio diuidit ac ſeparat.
b Id eſt aliquod verbũ: vt currit: vel, diſſipat aſpectum.
c Id eſt in tempore pręſenti. nã verbum temporis pręſentis, ſimpliciter ſignificat eſſe, vel nõ eſſe: vt *currere*, ſignificat eſſe currentem: & *non currere*, ſignificat non eſſe currentem.
d Id eſt in tempore præterito, vel futuro: vt, diluuiũ fuit, mortui reſurgent. Nam verbum temporis præteriti vel futuri, non ſignificat ſimpliciter eſſe vel nõ eſſe, ſed fuiſſe vel nõ fuiſſe, vel fore vel non fore. ſed CAP. II. quodammodo ratione temporis præteriti vel futuri ſignificãt eſſe vel non eſſe, quatenus præteritum & futurũ pendent à præſenti. cur enim aliquid fuit? quia erat aliquando præſens. cur erit? quia quandoque erit præſens.

DE SIMPLICIBVS INTERPRETATIONIBVS,

TRACTATVS II.

De nomine. Cap. II.

1 ¶ *Nominis definitio.* 2 *Expoſitio quarundam partium definitionis: id eſt, Cuius nulla pars ſignificat ſeparatim:* 3 *& Ex inſtituto.* 4 ¶ *De nomine infinito.* 5 ¶ *De caſu nominis.*

NOMEN igitur eſt vox [e] ſignificãs [f] ex inſtituto [g], ſine tẽpore [h], cuius nulla pars ſignificat ſeparatim [i].

2 Nam in *nomine* Κάλλιππος, nihil ἵππος per ſe ſignificat, vt in hac oratione, καλὸς ἵππος. Sed nõ vt in nominibus ſimplicibus ſic *res ſe* habet in cõiunctis. in illis [k] enim pars nullo modo [l] ſignificat: in his [m] verò vult [n] quidem *aliquid ſignificare*, [o] ſed nihil *ſignificat* ſeparatim. vt in *vocabulo* ἐπακτροκέλης [p], nihil [q] illud κέλης ſignificat per ſe *acceptum*. 3 Ex inſtituto autem *dixi*: quia nullum nomen eſt naturâ [r], ſed cùm fit [ſ] nota [t].

ὌΝΟΜΑ μὲν οὖν ἐστι φωνὴ σημαντικὴ κατὰ συνθήκην, ἄνευ χρόνου, ἧς μηδὲν μέρος ἐστὶ σημαντικὸν κεχωρισμένον. 2 Ἐν γὰρ τῷ Κάλλιππος, τὸ ἵππος οὐδὲν αὐτὸ καθ᾽ ἑαυτὸ σημαίνει, ὥσπερ ἐν τῷ λόγῳ τῷ καλὸς ἵππος. οὐ μὴν οὐδ᾽ ὥσπερ ἐν τοῖς ἁπλοῖς ὀνόμασιν, οὕτως ἔχει καὶ ἐν τοῖς συμπεπλεγμένοις· ἐν ἐκείνοις μὲν γὰρ οὐδαμῶς τὸ μέρος ἐστὶ σημαντικόν· ἐν δὲ τούτοις βούλεται μὲν, ἀλλ᾽ οὐδενὸς κεχωρισμένον· οἷον ἐν τῷ ἐπακτροκέλης τὸ κέλης οὐδέν τι σημαίνει καθ᾽ ἑαυτό. 3 Τὸ δὲ κατὰ συνθήκην, ὅτι φύσει τῶν ὀνομάτων οὐδέν ἐστιν, ἀλλ᾽ ὅταν γένηται σύμβολον.

e Vox eſt materia nominis, & aliarum interpretationũ. lib. 5. de generat. anim. c. 7. ſignificatio eſt forma: hominum inſtitutũ, eſt efficiens.
f Hæc differẽtia ſeparat nomen à vocibus nihil ſignificantibus, vt blitiri: & à vocibus conſignificantibus, vt præpoſitionibus, & coniunctionibus. g Hæc differentia diſtinguit nomẽ à vocibus naturalibus. vide infrà, part. 3. h Id eſt, quæ non adſignificat tẽpus. hinc ſeiungitur nomẽ à verbo. i Hæc poſtrema differẽtia ſecludit orationẽ. k Nominibus ſimplicibus. l Id eſt, nec per ſe ſignificat, nec in nomine conſignificat. m Nominibus compoſitis. n Sub. pars. o Id eſt, in nomine conſignificare. p Ἐπακτροκέλης (inquit Suidas) πλοῖον λῃστρικὸν, μεταξὺ ἐπακτρίδος καὶ κέλητος, ἅπερ καὶ αὐτὰ πλοιάριά ἐστιν. id eſt, Epactroceles eſt nauigium prædatorium inter Epactrida & celocem, quæ & ipſa ſunt nauigiola. q Nam ſi κέλης aliquid ſignificaret, iam ἐπακτροκέλης non vnam rem ſignificaret, ſed plures; veluti nauigium prædatorium, & celocem. r Vide Platonem in Cratylo. ſ Ab hominibus. t Symbolum rei ſignificatæ.

ἐπεὶ

ἐπεὶ δηλοῦσί γέ τι καὶ οἱ ἀγράμματοι ψόφοι, οἷον θηρίων, ὧν οὐδέν ἐστιν ὄνομα. 4 Τὸ δ' οὐκ ἄνθρωπος, οὐκ ὄνομα. οὐ μὴν οὐδὲ κεῖταί γε ὄνομα, ὅ,τι δεῖ καλεῖν αὐτό· οὔτε γὰρ λόγος, οὔτε ἀπόφασίς ἐστιν. ἀλλ' ἔστω ὄνομα ἀόριστον, ὅτι ὁμοίως ἐφ' ὁτουοῦν ὑπάρχει καὶ ὄντος καὶ μὴ ὄντος. 5. Τὸ δὲ Φίλωνος, ἢ Φίλωνι, καὶ ὅσα τοιαῦτα, οὐκ ὀνόματα, ἀλλὰ πτώσεις ὀνόματος. λόγος δέ ἐστιν αὐτοῦ, τὰ μὲν ἄλλα κατὰ τὰ αὐτά· ὅτι δὲ μετὰ τοῦ ἔστιν, ἢ ἦν, ἢ ἔσται, οὐκ ἀληθεύει ἢ ψεύδεται, τὸ δ' ὄνομα ἀεί, διαφέρει. οἷον, Φίλωνός ἐστιν, ἢ οὐκ ἔστιν· οὐδὲν γάρ πω οὔτε ἀληθεύει, οὔτε ψεύδεται.

ſignificant enim aliquid etiã ſoni illiterati, veluti belluarũ, quorum nullus eſt nomen. 4 Non homo verò non *eſt* nomen [a]. atqui non eſt conſtitutum nomen, quo oporteat id appellare: quia nec eſt oratio, nec negatio [b]. ſed eſto [c] nomen infinitum: quia ſimiliter in quouis ineſt [d], tã ente quàm non ente. 5 Philonis autem, aut Philoni, & cetera eiuſmodi, nõ *ſunt* nomina, ſed caſus [e] nominis. Definitio autẽ huius [f], quod ad cetera, eſt eadẽ *cum definitione nominis*. ſed quia *coniunctũ* cum *verbo* Eſt, vel Erat, vel Erit, nõ ſignificat verum aut falſum; nomẽ verò *id* ſemper *ſignificat*: *idcirco à nomine* differt. Vtputà Philonis eſt, aut nõ eſt: nec dum enim ſignificat verum, nec falſum.

a Sub. verum & perfectum.
b Quia non ſignificat verũ aut falſum: & caret verbo, cùm negatio nulla ſit abſque verbo.
c Id eſt, à nobis appellatur. licet enĩ philoſopho ὀνοματοποιεῖν.
d Id eſt, tam ſignificat quoduis ens, quàm quoduis non ens.
e Ariſtoteles caſus appellat ſolos obliquos, nõ rectum: Stoici & grammatici caſum vocãt etiam rectũ. Vide lib. 1. Prior. cap. 36.
f Caſus ſ. nominis.

De verbo. Cap. III.

1 ¶ Verbi definitio. 2 Expoſitio quarundam partium definitionis: id eſt, Adſignificare tempus: 3 &, Eſſe notam eorũ quæ de altero dicuntur. 4 ¶ De verbo infinito. 5 ¶ De caſu verbi. 6 ¶ De copula verbali.

ΡΗμα δέ ἐστι τὸ προσσημαῖνον χρόνον, οὗ μέρος οὐδὲν σημαίνει χωρίς, καί ἐστιν ἀεὶ τῶν καθ' ἑτέρου λεγομένων σημεῖον. 2 Λέγω δ' ὅτι προσσημαίνει χρόνον· οἷον ὑγίεια μὲν, ὄνομα· τὸ δὲ ὑγιαίνει, ῥῆμα· προσσημαίνει γὰρ τὸ νῦν ὑπάρχειν. 3 Καὶ ἀεὶ τῶν καθ' ἑτέρου λεγομένων σημεῖόν ἐστιν· οἷον τῶν καθ' ὑποκειμένου, ἢ ἐν ὑποκειμένῳ ὄντων. 4 Τὸ δὲ οὐχ ὑγιαίνει, καὶ τὸ οὐ κάμνει, οὐ ῥῆμα λέγω· προσσημαίνει μὲν γὰρ χρόνον, καὶ ἀεὶ κατά τινος ὑπάρχει. τῇ δὲ διαφορᾷ ὄνομα οὐ κεῖται·

VErbũ autẽ eſt [g], quod adſignificat [h] tẽpus, cuius [i] nulla pars ſignificat ſeparatim, & eſt [k] ſẽper nota eorũ quæ de altero dicuntur. 2 Dico autẽ adſignificare tẽpus: vtputà, valetudo eſt nomen: valet, verbũ; adſignificat enim, nũc ineſſe [l]. 3 Et eſt ſemper nota eorũ quæ de altero dicuntur: vt eorũ quæ de ſubiecto, vel in ſubiecto [m] ſunt.

4 Non valet autem, & Nõ laborat, non voco verbum: etſi adſignificat tempus, & ſemper de aliquo [n] eſt. huic verò differentiæ [o] non eſt nomen impoſitum:

g In hac definitione, breuitatis ſtudio, omiſit ea quæ ſunt communia verbo cũ nomine, & oratione. hęc autem ſunt, vox ſignificãs ex inſtituto.
h Aliud eſt ſignificare et aliud, adſignificare. quæ-
CAP. III.
dam nomina ſignificãt tempus, vt hora, dies, mẽſis, annus. ſed proprium verbi eſt, adſignificare tempus, id eſt, rei principaliter ſignificatæ adiicere tempus quo ea res eſt. vt Currit, ſignificat curſum qui nũc eſt: Currebat, ſignificat curſum qui antea erat. verbũ igitur ſignificat rem, & adſignificat tempus. adſignificat etiam connexionem quandam cũ altero, quæ vltimis huius definitionis verbis explicatur. hæ duæ adſignificationes ſeparant verbum à nomine. i Hæc differentia diſtinguit verbum ab oratione. k Id eſt, habet vim quandam connectendi rem verbo ſignificatam cum altera re. hęc connexionis adſignificatio non ſatis intelligi poteſt extra orationem, vt philoſophus ait in fine huius capitis. Cùm igitur dicimus, homo currit, aut homo eſt currens: coniungimus attributum cum ſubiecto i. curſum cum homine, quæ coniungendi vis eſt in verbo Currit, & in illa verbali copula Eſt. l Id eſt, ſignificat ſanitatem, & adſignificat eam eſſe nunc. m De ſubiecto dicuntur vniuerſalia: in ſubiecto ſunt accidentia: vt expoſitum fuit cap. 2. Categor. part. 2. quod autem alteri attribuitur, vel eſt vniuerſale, vel accidens. n Id eſt, ſemper eſt nota attributi, quod dicitur de ſubiecto. o Id eſt, huic voci, non valet, non laborat, differenti à verbo.

ſed eſto [a] infinitum verbũ: quia ſimiliter in quouis ineſt, tã ente, quàm non ente. 5 Similiter Valuit,& Valebit, non *voco* verbum,ſed caſus verbi. à verbo autem *hæc* differunt: quoniã illud[b] adſignificat tẽpus præſens [c]:hæc verò *adſignificant tempus* [d] quod *eſt* circa *præſens*. 6 Ipſa igitur verba per ſe [e] dicta, ſunt nomina [f], & [g] ſignificant aliquid: (nam qui dicit [h], *audientis* dianœam ſiſtit [i], & qui audiuit, acquieuit [k]) ſed vtrùm ſit, an non *ſit* [l],nõdum [m] ſignificat. neque [n] enim Esse, aut Non esse, eſt ſignum rei [o] : nequidem ſi ipſum Ens dixeris nudum [p]: id[q] enim nihil eſt [r];ſed compoſitionem quandam adſignificat[ſ],quã ſine compoſitis [t] non licet intelligere.

ἀλλ᾽ ἔστω ἀόριστον ῥῆμα, ὅτι ὁμοίως ἐφ᾽ ὁτουοῦν ὑπάρχει, καὶ ὄντος, καὶ μὴ ὄντος. 5 Ὁμοίως δὲ καὶ ὑγίανε, καὶ τὸ ὑγιανεῖ, οὐ ῥῆμα, ἀλλὰ πτώσεις ῥήματος. διαφέρει δὲ τοῦ ῥήματος· ὅτι τὸ μὲν, τὸν παρόντα προσσημαίνει χρόνον· τὰ δὲ, τὸν πέριξ. 6 Αὐτὰ μὲν οὖν καθ᾽ αὑτὰ λεγόμενα τὰ ῥήματα, ὀνόματά ἐστι, καὶ σημαίνει τι· (ἵστησι γὰρ ὁ λέγων, τὴν διάνοιαν, καὶ ὁ ἀκούσας ἠρέμησεν) ἀλλ᾽ εἰ ἔστιν, ἢ μὴ, οὐδέπω σημαίνει· οὐδὲ γὰρ τὸ εἶναι, ἢ μὴ εἶναι, σημεῖόν ἐστι τοῦ πράγματος· οὐδὲ ἐὰν τὸ ὂν εἴπῃς αὐτὸ ψιλόν· αὐτὸ μὲν γὰρ, οὐδέν ἐστι· προσσημαίνει δὲ σύνθεσίν τινα, ἣν ἄνευ τῶν συγκειμένων οὐκ ἔστι νοῆσαι.

a Id eſt, à nobis vocatur. b Verbum ſcilicet. c Verbum dicitur,quod eſt modi indicatiui, tẽporis præſentis, cuiuſuis perſonæ & numeri:vt,curro,curris,&c. Præter hæc, reliqua omnia vocantur caſus verbi. d Præteritum ſ. & futurum. e Extra orationẽ. f Nominis vocabulum nunc latiùs accipit, quã in ſuperiori cap. id eſt pro quauis dictione ſignificante. Rationem adieci in cõmentario. g Et, pro, id eſt. nam eſſe nomẽ, nihil aliud eſt quàm ſignificare aliquid. h Id eſt,qui pronunciat aliquod verbum. i Id eſt,efficit,vt auditor mente concipiat rem verbo ſignificatam. k Quia verbum ſignificat rem certam,non,vt verbum infinitum,incertam. Audiens ergo nomen,vel verbum quieſcit. audiẽs nomen infinitum,aut verbum infinitum,non quieſcit:cùm incerta res animo ſubiiciatur. l Id eſt,non affirmat nec negat. affirmatio ſignificat rem eſſe:negatio,non eſſe. m Id eſt,antequàm ponatur in enunciatione & cõiungatur cum nomine. n Oſtendit nullum verbum ſignificare rem eſſe,vel non eſſe:quia ne verbum quidem Esse, aut Non esse,id ſignificat. tantum enim abeſt,vt hæc per ſe accepta, ſignificent rem eſſe,vel nõ eſſe,vt verius ſit,ea nihil ſignificare, atque adeò non eſſe vera verba,,ſed (vt in ſcholis nominantur) copulas verbales. o Id eſt,nullam rem ſignificat. p Ens nudum dicitur,quod nullam rem ſignificat,& deriuatur à copula verbali Sum,es,eſt. Nudum autẽ eſt διαιρετὸν,ſeparans ab ente in quo verſatur primus philoſophus: hoc enim ſignificat aliquid. q Sub. Eſſe,vel Non eſſe,vel Ens. r Id eſt,nullam rem ſignificat. ſ Id eſt,habet vim coniungendi attributum cum ſubiecto. t Id eſt,extra orationem.

DE INTERPRETATIONIBVS COMPOSITIS, ID EST ORATIONIBVS.

TRACTATVS III.

De oratione. Cap. IV.

1 *Definitio.* 2 *Expoſitio partiũ definitionis,id eſt verbi Significat,* 3 *& verbi Aliqua pars,* 4 *& verbi Ex inſtituto.* 5 *Diuiſio.* 6 *Quæ orationes prætermitti debeãt, & de qua agendum ſit.*

ORATIO eſt vox ſignificans ex inſtituto, cuius [a] aliqua pars ſignificat ſeparatim. 2 *Significat, inquam*, vt dictio, non vt affirmatio vel negatio [b]. Dico autem: vt homo ſignificat quidẽ aliquid,

ΛΟΓΟΣ δέ ἐστι φωνὴ σημαντικὴ κατὰ συνθήκην, ἧς τῶν μερῶν τι σημαντικόν ἐστι κεχωρισμένον· 2 ὡς φάσις, ἀλλ᾽ οὐχ ὡς κατάφασις, ἢ ἀπόφασις. λέγω δὲ, οἷον, ἄνθρωπος σημαίνει μέν τι, ἀλλ᾽ οὐχ

Cap. IV. a Hæc differentia ſeparat orationem à ſimplicib. dictionib. nomine & verbo. b Atqui pars orationis compoſitæ interdum ſignificat vt affirmatio vel negatio. Sed hoc non eſt perpetuum: ideóque non debuit poni in definitione. Sẽper autẽ orationis aliqua pars ſignificat vt dictio.

ἀλλ᾽ οὐχ ὅτι ἔστιν, ἢ οὐκ ἔστιν. ἀλλ᾽ ἔσται κατάφασις, ἢ ἀπόφασις, ἐὰν προστεθῇ τι. 3 Ἀλλ᾽ οὐχ ἡ τοῦ ἀνθρώπου συλλαβὴ μία. οὐδὲ γὰρ ἐν τῷ μῦς τὸ ῦς σημαντικὸν, ἀλλὰ φωνή ἐστι νῦν μόνον. ἐν δὲ τοῖς διπλοῖς, σημαίνει μέν τι, ἀλλ᾽ οὐ καθ᾽ αὑτὸ, ὥσπερ εἴρηται. 4 Ἔστι δὲ ἅπας λόγος μὲν σημαντικὸς, οὐχ ὡς ὄργανον δὲ, ἀλλ᾽ (ὥσπερ εἴρηται) κατὰ συνθήκην. 5 Ἀποφαντικὸς δὲ οὐ πᾶς, ἀλλ᾽ ἐν ᾧ τὸ ἀληθεύειν ἢ ψεύδεσθαι ὑπάρχει. οὐκ ἐν ἅπασι δὲ ὑπάρχει· οἷον, ἡ εὐχὴ, λόγος μὲν, ἀλλ᾽ οὔτε ἀληθὴς, οὔτε ψευδής. 6 Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι ἀφείσθωσαν· ῥητορικῆς γὰρ ἢ ποιητικῆς οἰκειοτέρα ἡ σκέψις. ὁ δὲ ἀποφαντικὸς τῆς νῦν θεωρίας.

non tamen *ſignificat* eſſe, vel non eſſe [a]: ſed erit affirmatio, vel negatio, ſi quid [b] adiũctum fuerit. 3 At verò hominis ſyllaba vna non *ſignificat*. neque enim in vocabulo Sorex, rex ſignificat *aliquid*: ſed nunc [c] eſt tãtùm [d] vox. in duplicibus autem *vocabulis pars* ſignificat quidem aliquid, ſed nõ per ſe *accepta*, vt dictum eſt [e]. 4 Iam verò omnis oratio ſignificat, non vt inſtrumẽtum, [f] ſed (quemadmodum dictũ eſt [g]) ex inſtituto. 5 Enunciatiua [h] autem *eſt*, non omnis, ſed *ea* cui verum vel falſum dicere conuenit. non omnibus autem conuenit: vt precatio *eſt* quidẽ oratio, ſed nec vera, nec falſa. 6 Ceteræ igitur *orationes* miſſæ fiant: quoniã rhetoricæ vel poëticæ magis propria *eſt earũ* conſideratio. enũciatiua autẽ præſẽtis eſt inſpectionis.

a Id eſt, nõ affirmat, nec negat.
b Id eſt, aliquod verbum.
c Cùm accipitur per ſe.
d Id eſt, nihil ſignificat.
e Cap. 2. part. 2.
f Id eſt, non vt naturale inſtrumentum naturalis facultatis. Reſpicit ad veterũ ſyllogiſmum, qui ita argumentabantur: Quod eſt naturalis facultatis inſtrumentum, eſt naturale: vt oculus qui eſt inſtrumentũ facultatis videndi, & auris, quæ eſt inſtrumentũ facultatis audiẽdi: atqui oratio eſt inſtrumentũ facultatis naturalis, id eſt facultatis edendæ vocis: ergo oratio eſt naturalis ſiue à natura non ex hominum inſtituto. Huius ſyllogiſmi Ariſtoteles negat minorem propoſitionem.
g Partic. 1. huius capitis.
h Summa breuitate vtens, ſimul diuidit orationẽ, & definit enunciationem. Oratio aut ſignificat verum vel falſũ, aut eſt veri & falſi expers. enũciatio eſt oratio ſignificans verum vel falſum.
i Affirmatio præponitur negationi: quia quod ad vocem attinet, ſimplicior eſt: quippe cùm negatio fiat, ſi verbo affirmãti addatur particula Non.
k Vt, Multa tulit fecitque puer.

De enunciatione. Cap. V.

1 Diuiſio enunciationis vnius. 2 Quomodo definitio diſtinguatur ab enunciatione vna 3 & cur ſit vna oratio. 4 Quibus modis vna vel plures enunciationes dicuntur. 5 Diſtinctio ſimplicis enunciationis à ſimplicibus dictionibus. 6 Subdiuiſiones ſimplicis enunciationis.

Ἔστι δὲ εἷς πρῶτος λόγος ἀποφαντικὸς, κατάφασις, εἶτα ἀπόφασις· οἱ δ᾽ ἄλλοι πάντες, συνδέσμῳ εἷς. 2 Ἀνάγκη δὲ, πάντα λόγον ἀποφαντικὸν, ἐκ ῥήματος εἶναι, ἢ ἐκ πτώσεως ῥήματος· καὶ γὰρ ὁ τοῦ ἀνθρώπου λόγος, ἐὰν μὴ τὸ ἔστιν, ἢ ἦν, ἢ ἔσται, ἤ τι τοιοῦτον προστεθῇ, οὔπω λόγος ἀποφαντικός. 3 Διότι δὴ ἕν τί ἐστιν, ἀλλ᾽ οὐ πολλὰ, τὸ ζῶον πεζὸν δίπουν; οὐ γὰρ δὴ τῷ σύνεγγυς εἰρῆσθαι, εἷς ἔσται; ἔστι δὲ ἄλλης τοῦτο πραγματείας εἰπεῖν. 4 Ἔστι δὲ εἷς λόγος ἀποφαντικὸς, ἢ ὁ ἓν δηλῶν, ἢ ὁ συνδέσμῳ εἷς.

PRima autem vna oratio enũciatiua, eſt affirmatio [i]: deinde negatio: reliquæ verò omnes [k] *ſunt* vnæ coniunctione. 2 Sed omnem orationem enunciãtem neceſſe *eſt* ex verbo eſſe, vel ex caſu verbi. etenim hominis definitio, niſi Eſt, aut Erat, aut Erit, aut eiuſmodi quidpiã addatur, nondum *eſt* oratio enunciatiua. 3 Cur [l] igitur animal terreſtre bipes, eſt vnum quid, non multa? neque enim ideo erit vna *oratio*, quia continenter pronuncietur. Sed huius rei explicatio pertinet ad aliã tractationẽ [m]. 4 Eſt autem vna oratio enũciatiua, vel quæ vnum ſignificat [n], vel quæ coniunctione *eſt* vna [o].

l Definitio eſt vna oratio, non quaſi vna enunciatio, ſed aliâ ratione, quam explicare non pertinet ad hunc locum. m Id eſt ad primam philoſophiam. diſſoluitur enim hæc quæſtio ab Ariſtotele lib. 6. Metaphyſ. cap. 12. n Vt, homo currit. o Vt, Aut eſt dies aut nox.

multæ autem, quæ *vel* multa & non vnum *ſignificant* [a], vel coniunctione caret [b]. 5 Ergo nomen & verbum eſto dictio tantùm [c]: quoniam dici nequit, cũ, qui ſic [d] aliquid voce exprimit, enunciare, ſiue ab aliquo ſit interrogatus [e], ſiue non *ſit interrogatus*, ſed ſponte [f] ſua *loquatur*: harum autem alia eſt ſimplex, vt aliquid de aliquo [g], aut aliquid ab aliquo [h]; alia ex his conſtans, vt oratio quędam iam compoſita [i]. 6 Ac ſimplex enunciatio eſt vox ſignificans ineſſe [k] aliquid [l], aut nõ ineſſe, pro temporum diuiſione [m].

πολλαὶ δὲ, αἱ πολλὰ καὶ μὴ ἓν, ἢ αἱ ἀσύνδετοι. 5 Τὸ μὲν οὖν ὄνομα ἢ τὸ ῥῆμα, φάσις ἔστω μόνον· ἐπειδὴ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, οὕτω δηλοῦντά τι τῇ φωνῇ, ὥστε ἀποφαίνεσθαι, ἢ ἐρωτῶντός τινος, ἢ μὴ, ἀλλ᾽ αὐτὸν προαιρούμενον· τούτων δὲ, ἡ μὲν, ἁπλῆ ἐστιν ἀπόφανσις, οἷον τὶ κατά τινος, ἢ τὶ ἀπό τινος· ἡ δὲ, ἐκ τούτων συγκειμένη, οἷον λόγος τις ἤδη σύνθετος. 6 Ἔστι δὲ ἁπλῆ ἀπόφανσις, φωνὴ σημαντικὴ περὶ τοῦ ὑπάρχειν τι, ἢ μὴ ὑπάρχειν, ὡς οἱ χρόνοι διῄρηνται.

De affirmatione, & negatione, & contradictione. Cap. VI.

1 *Quid ſit affirmatio.* 2 *Quid ſit negatio.* 3 *Contradictio an ſit,* 4 *& quid ſit.*

Affirmatio eſt enunciatio alicuius [n] de aliquo. [o] 2 Negatio eſt enunciatio alicuius ab aliquo. 3 Quia verò quod ineſt, enũciare licet, quaſi nõ inſit [p]: & quod nõ ineſt, quaſi inſit [q]: & quod ineſt, quaſi inſit [r], & quod nõ ineſt, quaſi nõ inſit [ſ]: itidémque in tẽporibus [t], quæ *ſũt* extra præſẽs: *idcirco* quodcumque aliquis affirmauerit, negari: & quod cũque quis negauerit, affirmari poteſt. quare manifeſtũ *eſt*, omni affirmationi eſſe negationẽ oppoſitam, & omni negationi affirmationem. 3 Atque hoc eſto cõtradictio, affirmatio & negatio oppoſitæ. 5 Dico autẽ opponi eam quę *eſt* eiuſdem de eodem, non homonymως, & cetera eiuſmodi quę determinauimus [u] aduerſus ſophiſticas moleſtias.

Κατάφασις δέ ἐστιν ἀπόφανσίς τινος κατά τινος. 2 Ἀπόφασις δέ ἐστιν ἀπόφανσίς τινος ἀπό τινος. 3 Ἐπεὶ δέ ἐστι καὶ τὸ ὑπάρχον ἀποφαίνεσθαι ὡς μὴ ὑπάρχον, καὶ τὸ μὴ ὑπάρχον ὡς ὑπάρχον, καὶ τὸ ὑπάρχον ὡς ὑπάρχον, καὶ τὸ μὴ ὑπάρχον ὡς μὴ ὑπάρχον, καὶ περὶ τοὺς ἐκτὸς δὲ τοῦ νῦν χρόνους ὡσαύτως· ἅπαν ἂν ἐνδέχοιτο, καὶ ὃ κατέφησέ τις, ἀποφῆσαι· καὶ ὃ ἀπέφησέ τις, καταφῆσαι. ὥστε δῆλον, ὅτι πάσῃ καταφάσει ἐστὶν ἀπόφασις ἀντικειμένη· καὶ πάσῃ ἀποφάσει, κατάφασις. 4 Καὶ ἔστω τοῦτο ἀντίφασις, κατάφασις καὶ ἀπόφασις αἱ ἀντικείμεναι. 5 Λέγω δὲ ἀντικεῖσθαι τὴν τοῦ αὐτοῦ, κατὰ τοῦ αὐτοῦ, μὴ ὁμωνύμως δὲ, καὶ ὅσα ἄλλα τῶν τοιούτων προσδιοριζόμεθα πρὸς τὰς σοφιστικὰς ἐνοχλήσεις.

a Vt, Canis mouetur. nam canis tria ſignificat, ſydus, animal quadrupes, & piſcẽ.
b Vt, Tibi gratulor, mihi gaudeo, te amo, tua tueor.
c Nõ habẽs vim affirmãdi vel negandi.
d Id eſt, ſimplici vocabulo vtens, nempe nomine, aut verbo.
e Qui interrogatus reſpõdet, videtur vno vocabulo enunciare: non tamẽ enunciat, niſi quid tacitè ſuppleatur, repetitum ex interrogatione. vt, Quis legit? Socrates. ſub. legit. Item, Quid facit Socrates? legit. ſub. Socrates.
f Προαιρούμενον hoc loco accipio pro ſpõtaneo, licèt propriè loquẽdo differat à ſpõtaneo, vt ſpecies à genere, vt intelligere licet ex 3. Eth. Nicomach. c. 2. quoniã propria προαιρουμένου ſignificatio nõ cõuenit huic loco.
g Id eſt ſimplex affirmatio, vt, dies eſt.
h Id eſt ſimplex negatio, vt, nox non eſt.
i Vt, Dies eſt, non nox.
k Significans ineſſe. i. affirmans, Significans non ineſſe. i. negans.
l Id eſt, attributum.
m Id eſt, collata in tempus præteritum, vt, Socrates currebat: aut præſens, vt, Socrates currit: aut futurum, vt, Socrates curret.
n Attributi.
o Subiecto.
p Hæc eſt falſa negatio. q Falſa affirmatio. r Vera affirmatio. ſ Vera negatio. t Præterito, & futuro. v In lib. de ſophiſt. elenchis.

De

DE ENVNCIATIONIBVS SINE MODO.

TRACTATVS IV.

De enunciationibus vniuerſalibus, particularibus, indefinitis, & ſingularibus. Cap. VII.

1 ¶ Quæ ſint enunciationes contrariæ, vel contradicentes. Protheoria. 2 De vniuerſalibus contrariis. 3 De indefinitis. 4 Notam vniuerſalem, Omnis, vel Nullus, non poſſe adiungi attributo. 5 De enunciationibus contradicentibus. 6 ¶ Regulæ ad ſecernendũ verum à falſo. De contrariis. 7 De ſubcontrariis. 8 De vniuerſali & particulari contradicentibus. 9 De ſingularibus. 10 De indefinitis. 11 ¶ Vnam negationem vni negationi contradicere. 12 ¶ Epilogus.

ΕΠΕΙ δ᾽ ἐστὶ τὰ μὲν, καθόλου, τῶν πραγμάτων· τὰ δὲ, καθ᾽ ἕκαστον (λέγω δὲ καθόλου μὲν, ὃ ἐπὶ πλειόνων πέφυκε κατηγορεῖσθαι· καθ᾽ ἕκαστον δὲ, ὃ μή. οἷον, ἄνθρωπος μὲν, τῶν καθόλου· Καλλίας δὲ, τῶν καθ᾽ ἕκαστον) ἀνάγκη δὲ ἀποφαίνεσθαι ὡς ὑπάρχει τι ἢ μή, ὁτὲ μὲν τῶν καθόλου τινὶ, ὁτὲ δὲ τῶν καθ᾽ ἕκαστον.

2 Ἐὰν μὲν οὖν καθόλου ἀποφαίνηταί τις ἐπὶ τοῦ καθόλου ὅτι ὑπάρχει, ἢ μή· ἔσονται αὗται ἐναντίαι αἱ ἀποφάνσεις. λέγω δὲ ἐπὶ τοῦ καθόλου ἀποφαίνεσθαι καθόλου· οἷον, πᾶς ἄνθρωπος λευκός, οὐδεὶς ἄνθρωπος λευκός.

3 Ὅταν δὲ ἐπὶ τῶν καθόλου μὲν, μὴ καθόλου δέ· αὗται μὲν οὐκ εἰσὶν ἐναντίαι· τὰ μέντοι δηλούμενα, ἔστιν εἶναί ποτε ἐναντία. λέγω δὲ τὸ μὴ καθόλου ἀποφαίνεσθαι ἐπὶ τῶν καθόλου· οἷον, ἔστι λευκὸς ἄνθρωπος, οὐκ ἔστι λευκὸς ἄνθρωπος· καθόλου γὰρ ὄντος τοῦ ἀνθρώπου, οὐχ ὡς καθόλου κέχρηται τῇ ἀποφάνσει· τὸ γὰρ πᾶς, οὐ τὸ καθόλου σημαίνει, ἀλλ᾽ ὅτι καθόλου. 4 Ἐπὶ δὲ τοῦ κατηγορουμένου καθόλου, τὸ καθόλου κατηγορεῖν, οὐκ ἔστιν ἀληθές.

QVONIAM autem rerum aliæ *ſunt* vniuerſales, aliæ ſingulares: (vniuerſale appello, quod ſuapte naturâ multis attribuitur. ſingulare, quod non *attribuitur*. vt homo *eſt* res vniuerſalis: Callias, ſingularis) neceſſe *eſt* vtique enunciare, aliquid ineſſe aut non *ineſſe* interdum rei vniuerſali, interdum rei ſingulari.

2 Si quis igitur vniuerſaliter [a] de *re* vniuerſali enunciet *aliquid* ineſſe aut non *ineſſe*: erunt hæ enunciationes contrariæ [b]. Dico autem de re vniuerſali vniuerſaliter enunciare: veluti, omnis homo *eſt* albus, nullus homo *eſt* albus.

3 At cùm de *rebus* vniuerſalibus non vniuerſaliter [c] *enunciat*: hæ non ſunt contrariæ: quę verò ſignificantur [d], poſſunt aliquãdo [e] eſſe contraria. Dico autem, non vniuerſaliter enunciare de *rebus* vniuerſalibus: veluti, eſt albus homo, non eſt albus homo. cùm enim homo ſit *res* vniuerſalis, non quaſi vniuerſali vtitur *in* enũciatione. etenim OMNIS [f], nõ rẽ vniuerſalẽ ſignificat, ſed vniuerſaliter *ſubiectũ accipi oſtendit*.

4 Attributum autem vniuerſale ſi vniuerſaliter attribuatur, non eſt verum *pronunciatum*.

CAP. V.

a Id eſt adiectà nota vniuerſali (προσδιορισμὸν Græci vocãt) Omnis, vel, Null[9].

b Cõtraria namque ſũt, quę, cùm ſint ex eodẽ genere, plurimùm inter ſe diſtãt: tales verò ſunt huiuſmodi enũciationes: magis enim diſtant vniuerſales affirmatio & negatio, quàm vniuerſalis & particularis. Præterea contraria poſſunt ſimul abeſſe à ſubiecto, nõ ſimul ineſſe: vt corpus poteſt eſſe nec albũ nec nigrũ, ſed rubeum vel viride, nõ tamen poteſt ſimul eſſe album & nigrũ: ſimilitérque hæ enũciationes poſſunt ſimul eſſe falſæ, ſed non ſimul veræ, vt Ariſtoteles docebit in 6. partic. huius cap.

c Id eſt nõ adiectâ notâ vniuerſali, Omnis, Nullus: nec particulari, Aliquis, Non omnis.

d Id eſt, ea quæ animo cõcipiũt, qui pronunciant enunciationem indefinitam.

e Id eſt, cùm quis indefinitam accipit pro vniuerſali: quod ſępe fit ab auctorib. vt cùm Ariſtoteles 3. Ethic. Nicom. cap. 2. ſic arguit, Opinio eſt circa omnia, ergo proæreſis nõ eſt opinio. quo loco niſi antecedens vniuerſaliter acciperetur, argumentum nullam vim haberet.

f Idem dicẽdum eſt de nota, Nullus.

a Aut attributũ latiùs patet quã ſubiectum, aut cũ eo reciprocatur. Cùm latiùs patet, certum eſt, falſò apponi notam vniuerſalẽ attributo: falſò enim dicetur omnem hominẽ eſſe omne animal: niſi homo ſit & equus, & bos, & quoduis aliud animal. Cùm reciprocatur, dubitari poteſt, an verè dicatur omnẽ hominẽ eſſe omne ratione præditũ, & omnẽ hominem eſſe omne aptum ad ridendum. attamẽ hoc etiam falſò dicitur: quia quod dicitur de omni homine, dici etiã poteſt de Socrate. itaq; ſi omnis homo eſſet omne aptũ ad ridẽdũ, etiã Socrates eſſe quoduis aptũ ad ridendũ. Socrates igitur eſſet Plato, & Ariſtoteles, & quoduis aliud aptũ ad ridẽdũ: quæ quã abſurdè dicãtur, nemo non videt.
b Contrariæ.
c Sed poſſũt eſſe ſimul falſæ: aut vna vera, altera falſa. In materia neceſſaria, affirmatio eſt vera, negatio falſa: vt, Omnis homo eſt animal, nullus homo eſt animal. In materia impoſſibili, affirmatio eſt falſa: negatio vera: vt, Omnis homo eſt lapis, nullus homo eſt lapis. In materia contingenti, vtraque eſt falſa: vt, Omnis homo eſt albus, nullus homo eſt albus.

nulla enim affirmatio vera erit, in qua, cùm attributum ſit vniuerſale, vniuerſaliter attribuitur, [a] vt, omnis homo eſt omne animal. 5 Dico igitur affirmationem negationi opponi contradictoriè, *id eſt* eam quæ rem vniuerſalem ſignificat *vniuerſaliter*, ei quæ eandem *ſignificat* nõ *eſſe* vniuerſaliter *accipiẽdam*: vt, omnis homo *eſt* albus, non omnis homo *eſt* albus: nullus homo *eſt* albus, eſt quidam homo albus. Contrariè autem, *rei* vniuerſæ affirmationem & *rei* vniuerſę negationem: vt, omnis homo *eſt* albus, nullus homo *eſt* albus: omnis homo *eſt* iuſtus, nullus homo *eſt* iuſtus. 6 Idcirco hæ [b] non poſſunt eſſe ſimul veræ [c]. 7 His autem oppoſitas [d] contingit aliquando [e] in eodem ſimul veras eſſe: veluti, nõ omnis homo *eſt* albus, &, eſt aliquis homo albus. 8 Quæcumque igitur *rerum* vniuerſalium contradictiones ſũt vniuerſaliter, [f] *earũ* neceſſe *eſt* alterã eſſe verã vel falſam. 9 Et quæcũque ſunt de *rebus* ſingularibus: vt, eſt Socrates albus, nõ eſt Socrates albus. 10 At *earũ* [g] quę ſũt de *rebus* vniuerſalibus, nõ tamẽ vniuerſaliter, nõ ſẽper [h] altera eſt vera, altera falſa. Nã ſimul verè dicitur, eſt

οὐδεμία γὰρ κατάφασις ἀληθὴς ἔσται, ἐν ᾗ τοῦ κατηγορουμένου καθόλου, τὸ καθόλου κατηγορεῖται· οἷον, ἔστι πᾶς ἄνθρωπος πᾶν ζῶον. 5 Ἀντικεῖσθαι μὲν οὖν κατάφασιν ἀποφάσει λέγω ἀντιφατικῶς, τὴν τὸ καθόλου σημαίνουσαν τῇ τὸ αὐτὸ ὅτι οὐ καθόλου· οἷον, πᾶς ἄνθρωπος λευκός, οὐ πᾶς ἄνθρωπος λευκός· οὐδεὶς ἄνθρωπος λευκός, ἔστι τις ἄνθρωπος λευκός. ἐναντίως δέ, τὴν τοῦ καθόλου κατάφασιν, καὶ τὴν τοῦ καθόλου ἀπόφασιν· οἷον, πᾶς ἄνθρωπος λευκός, οὐδεὶς ἄνθρωπος λευκός· πᾶς ἄνθρωπος δίκαιος, οὐδεὶς ἄνθρωπος δίκαιος. 6 Διὸ ταύτας μὲν οὐχ οἷόν τε ἅμα ἀληθεῖς εἶναι. 7 Ταῖς δὲ ἀντικειμέναις ταύταις, ἐνδέχεταί ποτε ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ συναληθεύειν· οἷον, οὐ πᾶς ἄνθρωπος λευκός, καί, ἔστι τις ἄνθρωπος λευκός. 8 Ὅσαι μὲν οὖν ἀντιφάσεις καθόλου εἰσὶ τῶν καθόλου, ἀνάγκη τὴν ἑτέραν ἀληθῆ εἶναι ἢ ψευδῆ. 9 Καὶ ὅσαι ἐπὶ τῶν καθ' ἕκαστα· οἷον, ἔστι Σωκράτης λευκός, οὐκ ἔστι Σωκράτης λευκός. 10 Ὅσαι δὲ ἐπὶ τῶν καθόλου μέν, μὴ καθόλου δέ, οὐκ ἀεὶ ἡ μὲν ἀληθής, ἡ δὲ ψευδής. ἅμα γὰρ ἀληθές ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι ἔστιν

d Id eſt particulares ſubcontrarias, quæ contradicunt vniuerſalibus ſibi inuicem contrariis. Nã particularis affirmatio contradicit vniuerſali negationi, & particularis negatio vniuerſali affirmationi. e [illegible]ſt, in materia contingenti, vt in exemplo quod Ariſtoteles ſubiicit in contextu. In materia autem neceſſaria, affirmatio eſt vera, negatio falſa: vt, quidam homo eſt animal, nõ omnis homo eſt animal. In materia impoſſibili, affirmatio eſt falſa, negatio vera: vt, Omnis homo eſt lapis, nullus homo eſt lapis. f Id eſt, quando contradicentium altera eſt vniuerſalis, altera particularis: vt, Omnis homo eſt iuſtus, non omnis homo eſt iuſtus: item, Nullus homo eſt iuſtus, aliquis homo eſt iuſtus. g Id eſt, indefinitarum. Obſeruandum eſt, has enunciationes indefinitas, homo currit, homo non currit, vocari contradicentes: has verò particulares, quidam homo currit, quidam homo non currit, non appellari contradicentes, ſed ſubcontrarias. Cur ita variè? Quia vni affirmationi vna negatio contradicit, & vni negationi vna affirmatio, vt in 11. partic. declarabitur. quare cùm particulari affirmanti contradicat vniuerſalis negans, non eſt dicendum ei ſimiliter contradicere particularem negantem: & cùm particulari neganti cõtradicat vniuerſalis affirmans, non eſt dicendum ei contradicere particularem affirmantem: alioquin eſſent duæ contradicentes. Indefinitæ autem affirmanti contradicit indefinita negans: quia niſi hæc contradiceret, nulla contradiceret: nos verò ex cap. 6. didicimus omni enunciationi aliquam contradicere. h Nam in materia contingenti, vtraque eſt ſimul vera, vt in exemplis ab Ariſtotele propoſitis in contextu. In materia autem neceſſaria, affirmatio eſt vera, negatio falſa: vt, homo eſt animal, homo non eſt animal. In materia impoſſibili, affirmatio eſt vera, negatio falſa: vt homo eſt lapis, homo non eſt lapis.

ἄνθρωπος λευκὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος λευκός· καὶ ἔστιν ἄνθρωπος καλὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος καλός. εἰ γὰρ αἰσχρὸς, καὶ οὐ καλός· καὶ εἰ γίνεταί τι, καὶ οὐκ ἔστι. δόξειε δ᾽ ἂν ἐξαίφνης ἄτοπον εἶναι, διὰ τὸ φαίνεσθαι σημαίνειν ταὐτὸν τὸ οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος λευκὸς, ἅμα καὶ τὸ οὐδεὶς ἄνθρωπος λευκός. τὸ δὲ οὔτε ταὐτὸν σημαίνει, οὔθ᾽ ἅμα ἐξ ἀνάγκης.


homo albus, &, non eſt homo albus. itẽ homo eſt pulcher, &, nõ eſt homo pulcher. etenim ſi turpis *eſt*, non eſt pulcher: & ſi quid fit, non*dum* eſt [a]. ſtatim autem videri poteſt abſurdũ eſſe[b]: propterea quòd videtur [c] idem ſignificare hoc *effatum*, non eſt homo albus: ſimúlq; hoc, nullus homo *eſt* albus. ſed nec idẽ ſignificat, nec ſimul [d] neceſſariò *eſt*.


a Quod fit pulchrum, nondum eſt pulchrum. nã ſi iam eſſet, non fieret.


b Sub. quod diximus, indefinitas eſſe ſimul veras.

c Enunciatio indefinita videtur eſſe vniuerſalis, quia habet ſubiectum vniuerſale: ſed nõ eſt vniuerſalis, quia caret vniuerſali notâ, Omnis, vel Nullus.

d Non eſt neceſſe vniuerſalem & indefinitam eſſe ſimul veras: non eſt etiã neceſſe, cas eſſe ſimul falſas: ſed fieri poteſt, vt vniuerſalis ſit falſa, & indefinita vera: vt, omnis homo currit, homo currit.







11 Perſpicuum autem *eſt*, vnam negationem vnius affirmationis eſſe. idem [a] enim oportet negationem negare, quod affirmatio affirmauit: & ab eodem [b], *id eſt*, vel *ab* aliquo particulari, vel *ab* aliquo vniuerſali, ſiue vniuerſaliter [c], ſiue nõ vniuerſaliter [d] *accepto*: verbi gratiâ, eſt Socrates albus, non eſt Socrates albus. quòd ſi aliud quid ab eodẽ, vel ab alio idem [e]: non erit oppoſita illa, ſed ab eâ diuerſa [f]. Huic [g] verò *enunciationi*, omnis homo *eſt* albus, *opponitur* hæc, non omnis homo *eſt* albus. ſed huic, quidam homo *eſt* albus, hæc, nullus homo *eſt* albus. huic autem, eſt homo albus, hæc, non eſt homo albus. 12 Vnam igitur affirmationem vni negationi contradictoriè opponi, & quænam ſint hæ, dictum eſt [h]: item contrarias *eſſe* alias [i], & quænam ſint hæ, dictũ eſt [k]: ac non omnem [l] contradictionem *eſſe* verã vel falſam [m], & cur [n], & quãdo [o] *ſit* vera vel falſa.

11 Φανερὸν δὲ, ὅτι καὶ μία ἀπόφασις μιᾶς καταφάσεώς ἐστι· τὸ γὰρ αὐτὸ δεῖ ἀποφῆσαι τὴν ἀπόφασιν, ὅπερ κατέφησεν ἡ κατάφασις, καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, ἢ τῶν καθ' ἕκαστά τινος, ἢ ἀπὸ τῶν καθόλου τινὸς ἢ ὡς καθόλου, ἢ ὡς μὴ καθόλου. λέγω δὲ, οἷον, ἔστι Σωκράτης λευκός, οὐκ ἔστι Σωκράτης λευκός. ἐὰν δὲ ἄλλο τι ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, ἢ ἀπ' ἄλλου τὸ αὐτό· οὐχ ἡ ἀντικειμένη, ἀλλ' ἔσται ἐκείνης ἑτέρα. Τῇ δὲ, πᾶς ἄνθρωπος λευκός, ἡ, οὐ πᾶς ἄνθρωπος λευκός· τῇ δὲ, τὶς ἄνθρωπος λευκὸς, ἡ, οὐδεὶς ἄνθρωπος λευκός. τῇ δὲ, ἔστιν ἄνθρωπος λευκὸς, ἡ, οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος λευκός. 12 Ὅτι μὲν οὖν μία κατάφασις μιᾷ ἀποφάσει ἀντίκειται ἀντιφατικῶς, καὶ τίνες εἰσὶν αὗται, εἴρηται· καὶ ὅτι αἱ ἐναντίαι, ἄλλαι, καὶ τίνες εἰσὶν αὗται, εἴρηται· καὶ ὅτι οὐ πᾶσα ἀληθὴς ἀντίφασις ἢ ψευδὴς, καὶ διὰ τί, καὶ πότε ἀληθὴς ἢ ψευδής.

De enunciatione vna, vel pluribus. Cap. VIII.

1 Quæ ſint enũciationes vnæ, 2 vel multæ. 3 Regula enunciationum multa ſignificantium.

VNa autẽ affirmatio & negatio eſt, quæ vnum de vno ſignificat, æquè [p] *ſubiecto* vniuerſali vniuerſaliter *accepto*, ac non vniuerſaliter [q]: vt, omnis homo albus eſt, non omnis homo albus eſt: eſt homo albus, nõ eſt homo albus: nullus homo albus eſt, eſt aliquis homo albus: ſi *modo* albũ vnam rem ſignificat. 2 Sin autem duabus *rebus* vnum nomen poſitũ ſit, ex quibus nõ ſit vnũ [r]: nõ *eſt* vna affirmatio, nec vna negatio. vt ſi quis equo & homini nomen *im*ponat Veſtimentũ: hæc non *erit* vna affirmatio, ve-

Μία δέ ἐστι κατάφασις καὶ ἀπόφασις, ἡ ἓν καθ' ἑνὸς σημαίνουσα, ἢ καθόλου ὄντος ὡς καθόλου, ἢ μὴ, ὁμοίως· οἷον, πᾶς ἄνθρωπος λευκός ἐστιν, οὐ πᾶς ἄνθρωπος λευκός ἐστιν· ἔστιν ἄνθρωπος λευκὸς, οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος λευκός· οὐδεὶς ἄνθρωπος λευκός ἐστιν, ἔστι τις ἄνθρωπος λευκός· εἰ τὸ λευκὸν, ἓν σημαίνει. 2 Εἰ δὲ δυοῖν ἓν ὄνομα κεῖται, ἐξ ὧν μή ἐστιν ἕν· οὐ μία κατάφασις, οὐδὲ μία ἀπόφασις. οἷον, εἴ τις θεῖτο ὄνομα ἱμάτιον ἵππῳ καὶ ἀνθρώπῳ· ἔστι ἐστὶν ἱμάτιον λευκὸν,

αὕτη

a Sub. attributũ.
b Sup. ſubiecto.
c Id eſt, adiecta nota vniuerſali, Omnis, Nullus.
d Id eſt, indefinitè.
e Id eſt, ſi negatio ab affirmatione differat attributo vel ſubiecto.
f Vt, homo currit, equus nõ currit, nõ ſũt oppoſitæ, ſed diuerſæ enunciationes.
g Proponit exẽpla oppoſitarum enunciationum definitarum, & indefinitarũ: omittit ſingulares, quarum exemplum propoſuerat in 7. præced. partic.
h In partic. præced.
i Nẽpe affirmantem & negãtem vniuerſales.
k Partic. 2.
l Quia indefinitæ contradicentes ſimul veræ eſſe poſſunt.
m Id eſt, non omnis contradictionis alteram partem eſſe veram, alteram falſam. vide ſuprà, partic. 10.
n Quia ſcilicet indefinitæ non comparantur vniuerſalibus, ſed particularibus.
o Vera vel falſa eſt contradictio, id eſt, altera pars eſt vera, altera falſa, cùm enunciationes ſũt definitæ, aut ſingulares.
p Nihil intereſt inter enũciationẽ vniuerſalẽ & indefinitã, quod ad hoc vt dicatur vna enũciatio, ſi vnũ de vno ſignificet.
q Sed indefinitè.
r Id eſt, ita vt ſit vocabulum homonymũ, quod non ſignificet naturã vnam multis communem.

αὕτη οὐ μία κατάφασις, οὐδὲ ἀπόφασις μία. οὐδὲν γὰρ διαφέρει τοῦτο τοῦ εἰπεῖν, ὅτι ἐστὶν ἄνθρωπος καὶ ἵππος λευκός. τοῦτο δὲ οὐδὲν διαφέρει τοῦ εἰπεῖν, ἔστιν ἄνθρωπος λευκός, καὶ ἔστιν ἵππος λευκός. εἰ οὖν αὗται πολλὰ σημαίνουσι, καὶ εἰσὶ πολλαί· δῆλον ὅτι καὶ ἡ πρώτη ἤτοι πολλά, ἢ οὐδὲν σημαίνει· οὐ γάρ ἐστί τις ἄνθρωπος ἵππος. 3 Ὥστε οὐδ᾿ ἐν ταύταις ἀνάγκη, τὴν μὲν, ἀληθῆ τὴν δὲ, ψευδῆ εἶναι ἀντίφασιν.

ſtimentum eſt album: nec vna *erit eius* negatio. perinde eſt enim, ac ſi dicatur, eſt homo & equus albus: quod idem valet ac ſi dicatur, eſt homo albus, & eſt equus albus. Ergo ſi hæ *enunciationes* multa ſignificant, & ſunt multæ: perſpicuum *eſt*, etiam primam [a] vel multa [b] vel nihil [c] ſignificare: quia non eſt aliquis homo equus. 3 Quare nec in his [d] neceſſe *eſt* alteram contradictionẽ [e] eſſe veram, alteram falſam [f].

a Nẽpe, veſtimẽtum eſt album.
b Si veſtis accipiatur pro homine, & pro equo.
c Si veſtis ita accipiatur quaſi vnam rem ſignificet: quia veſtis accipiebatur pro homine equo; cũ homo equus nõ ſit vna res, ſed nihil.
d Id eſt, in affirmationib. & negationib. quarũ ſubiectum vel attributum eſt homonymum.
e Id eſt, alteram contradicẽtem.
f Poſſunt enim eſſe ſimul veræ, vt omnis veſtis (i. homo) eſt rationalis, non omnis veſtis (i. equus) eſt rationalis: vel ſimul falſæ, vt in iiſdem exẽplis, ſi veſtis in affirmatione accipiatur pro equo, in negatione pro homine.

De enunciationibus ſingularibus in futurum collatis. Cap. IX.

1 ¶ *Queſtio.* 2 ¶ *Protheoria, & refutatio primæ opinionis, nẽpe vtrãque partẽ contradictionis eſſe verã.* 3 ¶ *Confirmatio ſecundæ opinionis. Ratio prima à contradicẽtibus ad cõtradictionẽ.* 4 *Ratio altera à tẽpore præſenti.* 5 ¶ *Refutatio tertiæ opinionis, h. e. neutrã partem cõtradictionis eſſe verã. Ratio prima ducẽs ad incõmodũ, quia vtraque pars eſſet falſa.* 6 *Ratio altera ducens ad alterũ incommodũ, quia nihil eſſet quod vtrouis modo cõtingeret.* 7 ¶ *Cõfutatio ſecũdæ opinionis, per deductionẽ ad incõmodum: quia hæc opinio tollit cõtingentia vtrolibet modo, proinde reddit inanes cõſultationes & actiones noſtras. Hypotheſis.* 8 *Probatio cõſecutionis.* 9 *Tacitæ ſolutionis refutatio.* 10 *Deſtructio conſequentis.* 11 *Deſtructio antecedentis.* 12 ¶ *Solutio rationum adductarum pro ſecunda opinione. ac primùm ſolutio rationis adductæ in partic. ſexta.* 13 *Solutio rationis allatæ in partic. quinta.* 14 ¶ *Quarta opinio, quæ Ariſtoteli probatur.*

Ἐπὶ μὲν οὖν τῶν ὄντων καὶ γενομένων, ἀνάγκη τὴν κατάφασιν ἢ τὴν ἀπόφασιν ἀληθῆ ἢ ψευδῆ εἶναι. καὶ ἐπὶ μὲν τῶν καθόλου ὡς καθόλου, ἀεὶ τὴν μὲν, ἀληθῆ τὴν δὲ, ψευδῆ εἶναι. καὶ ἐπὶ τῶν καθ᾿ ἕκαστα, ὥσπερ εἴρηται. ἐπὶ δὲ τῶν καθόλου μὴ καθόλου λεχθέντων, οὐκ ἀνάγκη· εἴρηται δὲ καὶ περὶ τούτων. ἐπὶ δὲ τῶν καθ᾿ ἕκαστα καὶ μελλόντων, οὐχ ὁμοίως. 2 Εἰ γὰρ πᾶσα κατάφασις ἢ ἀπόφασις, ἀληθὴς ἢ ψευδής· καὶ ἅπαν ἀνάγκη ὑπάρχειν, ἢ μὴ ὑπάρχειν. εἰ γὰρ ὁ μὲν φήσει ἔσεσθαί τι, ὁ δὲ μὴ φήσει τὸ αὐτὸ τοῦτο· δῆλον ὅτι ἀνάγκη ἀληθεύειν τὸν ἕτερον αὐτῶν,

IN iis igitur quæ ſunt, & quæ facta ſunt, neceſſe *eſt* affirmationem vel negationem verã aut falſam eſſe [g]. & in vniuerſalibus quidem vniuerſaliter *acceptis* [h], ſemper alterã eſſe veram, alteram falſam: necnon in ſingularibus, vt dictum fuit [i]. in vniuerſalibus autem non vniuerſaliter pronũciatis, non *eſt* neceſſe: ac de his quoque dictũ fuit [k]. in ſingularibus autẽ futuriſq; nõ ſimiliter [l]. 2 Nã [m] ſi [n] omnis affirmatio vel negatio eſt vera aut falſa: omnia neceſſe eſt eſſe, aut non eſſe. ſi [o] quis enĩ aliquid fore dicat, alter idipſũ non *fore* dicat: *profectò* neceſſe *eſt*, alterũ eorũ verè dicere,

g Non eſt ſenſus, affirmationẽ & negationẽ eſſe ſi-

CAP. VI.

mul veram aut ſimul falſam: ſed, alteram eſſe veram, alteram falſam.
h Enunciationes vniuerſales ſeu de rebus vniuerſalibus vniuerſaliter acceptis, appellat eas enunciationes oppoſitas, quarũ altera eſt vniuerſalis, altera particularis: vt omnis homo eſt iuſtus, nõ omnis homo eſt iuſtus. Sed cur ita appellat, cùm altera ſit particularis? quia ſumit appellationem à præſtantiori cõtradictionis parte. vniuerſalis namque enunciatio præſtat particulari. i Cap. 7. part. 8. & 9. k Eodem c. 7. part. 10. l Sub. altera pars cõtradictionis eſt vera, altera falſa. m Docet valere conſecutionẽ à voce ad rem. vt putà ſi affirmatio eſt vera, res eſt: ſi negatio eſt vera, res nõ eſt. vtitur autẽ ſyllogiſmo hypothetico in prima figura: Si affirmãs aut negãs, verè aut falſò dicit: neceſſe eſt rẽ eſſe, aut nõ eſſe: ſi affirmatio vel negatio eſt vera vel falſa, affirmans aut negans, verè aut falſò dicit: ergo ſi affirmatio eſt vera vel falſa, neceſſe eſt rem eſſe vel non eſſe. n *Concluſio* o *Minor propoſitio.*

ſi *modò* omnis affirmatio vel negatio eſt vera vel falſa. vtraque [a] enim ſimul non erũt [b] in huiuſmodi [c] *rebus*. quoniam [d] ſi verè dicitur eſſe album, aut non eſſe album: neceſſe *eſt*, eſſe album, aut non album. & [e] ſi eſt album, aut non album: verè affirmatur, vel negatur. & ſi non eſt, falſò dicitur. & ſi falſò dicitur, non eſt.
3 [f] Quare [g] neceſſe *eſt*, vel affirmationem vel negationem eſſe veram aut falſam. nihil [h] igitur eſt, nec fit fortuitò, nec vtrolibet modo: neque erit aut non erit: ſed omnia *fiunt* ex neceſſitate, nõ vtrouis modo. nam [i] aut verè dicit qui affirmat, aut qui negat. alioquin [k] æquè [l] fieret, aut non fieret. quod enim vtrouis modo accidit, nõ magis hoc quàm illo modo *ſe* habet, aut *ſe* habebit. [m]
4 Præterea, ſi nunc eſt album, verè dici antea poterat fore albũ. quare ſemper dici verè potuit, quicquid fit, eſſe, aut fore. quòd ſi ſemper dici verè potuit eſſe, aut fore: non poteſt hoc non eſſe, aut non fore. quod autem non poteſt non fieri, impoſſibile *eſt* non fieri. & quod impoſſibile *eſt* non fieri, neceſſe *eſt* fieri. futura igitur omnia neceſſe *eſt* fieri. ergo nihil vtrouis modo, nihil fortuitum erit: quia ſi *eſſet* fortuitũ, nõ *eſſet* neceſſariò. 5 Neq; verò dici poteſt neutrũ verũ eſſe: veluti neque fore, neq; nõ fore. Primùm.n. cùm ſit affirmatio falſa, *erit* affirmatio nõ vera: & cũ hęc ſit falſa, cõtingit affirmationem nõ eſſe verã. 6 Præterea ſi verè dicitur albũ ſimul & magnũ *eſſe*, oportet vtraq; eſſe. ſin autẽ *verè dicitur* fore cras, oportet fore cras.

a *Probat antecedens minoris propoſitionis, qua probatione docet falſam eſſe primam opinionem.* id eſt vtramque partem contradictionis eſſe veram.
b Affirmatio & negatio nõ poſſunt eſſe ſimul veræ.
c Id eſt, futuris.
d *Maior propoſitio.*
e *Docet cõſecutionem reciprocari: adeo vt non minùs liceat arguere à voce ad rem quàm à re ad vocem.*
f *Vtitur duplici enthymemate: ita vt conſequens prioris ſit antecedens poſterioris.* ſic enĩ arguit: Aut affirmans aut negãs, verè loquitur: ergo aut affirmatio aut negatio eſt vera: ergo omnia ſunt ex neceſſitate, nihil eſt quod poſſit eſſe vel non eſſe.
g *Conſequens primi enthymematis, idémque antecedẽs ſecũdi enthymematis.*
h *Conſequens ſecũdi enthymematis.*
i *Antecedens primi enthymematis.*
k *Probat conſecutionem ſecundi enthymematis*, per deductionem ad abſurditatem: quòd alioqui res poſſet æquè fieri & nõ fieri, quod nunc pro abſurdo habetur.
l Ait *æquè*: quia ita eſt in re, vt in enunciatione. ſi affirmatio eſt vera, res fit. ſi negatio vera, res non fit.
m Id eſt, tam poteſt fieri quàm non fieri.

εἰ πᾶσα κατάφασις ἢ ἀπόφασις, ἀληθὴς ἢ ψευδής. ἄμφω γὰρ οὐχ ὑπάρξει ἅμα ἐπὶ τοῖς τοιούτοις. εἰ γὰρ ἀληθὲς εἰπεῖν, ὅτι λευκὸν, ἢ ὅτι οὐ λευκόν· ἀνάγκη εἶναι λευκὸν, ἢ οὐ λευκόν. καὶ εἰ ἔστι λευκὸν, ἢ οὐ λευκὸν ἀληθὲς ἦν φάναι, ἢ ἀποφάναι. καὶ εἰ μὴ ὑπάρχει, ψεύδεται· καὶ εἰ ψεύδεται, οὐχ ὑπάρχει. 3 Ὥστε ἀνάγκη, ἢ τὴν κατάφασιν, ἢ τὴν ἀπόφασιν, ἀληθῆ εἶναι, ἢ ψευδῆ. οὐδὲν ἄρα οὔτε ἔστιν, οὔτε γίνεται, οὔτε ἀπὸ τύχης, οὐθ᾽ ὁπότερ᾽ ἔτυχεν, οὐδὲ ἔσται ἢ οὐκ ἔσται, ἀλλ᾽ ἐξ ἀνάγκης ἅπαντα, καὶ οὐχ ὁπότερ᾽ ἔτυχεν. ἢ γὰρ ὁ φὰς ἀληθεύει, ἢ ὁ ἀποφάς. ὁμοίως γὰρ ἂν ἐγίνετο, ἢ οὐκ ἐγίνετο· τὸ γὰρ ὁπότερ᾽ ἔτυχεν, οὐδὲν μᾶλλον οὕτως, ἢ μὴ οὕτως ἔχει, ἢ ἕξει.
4 Ἔτι δὲ, εἰ ἔστι λευκὸν νῦν, ἀληθὲς ἦν εἰπεῖν πρότερον, ὅτι ἔσται λευκόν. ὥστε ἀεὶ ἀληθὲς ἦν εἰπεῖν ὁποιοῦν τῶν γινομένων ὅτι ἔστιν, ἢ ἔσται. εἰ δὲ ἀεὶ ἀληθὲς ἦν εἰπεῖν, ὅτι ἔστιν, ἢ ἔσται· οὐχ οἷόν τε τοῦτο μὴ εἶναι, οὐδὲ μὴ ἔσεσθαι. ὃ δὲ μὴ οἷόν τε μὴ γενέσθαι, ἀδύνατον μὴ γενέσθαι. ὃ δὲ ἀδύνατον μὴ γενέσθαι, ἀνάγκη γενέσθαι. ἅπαντα οὖν τὰ ἐσόμενα ἀναγκαῖον γενέσθαι. οὐδὲν ἄρα ὁπότερ᾽ ἔτυχεν, οὐδὲ ἀπὸ τύχης ἔσται. εἰ γὰρ ἀπὸ τύχης, οὐκ ἐξ ἀνάγκης.
5 Ἀλλὰ μὴν οὐδ᾽ ὡς οὐδέτερόν γε ἀληθὲς, ἐνδέχεται λέγειν· οἷον, ὅτι οὔτε ἔσται, οὔτε οὐκ ἔσται. πρῶτον μὲν γὰρ, οὔσης τῆς καταφάσεως ψευδοῦς, ἡ ἀπόφασις οὐκ ἀληθής· καὶ ταύτης ψευδοῦς οὔσης, συμβαίνει τὴν κατάφασιν μὴ ἀληθῆ εἶναι.
6 Καὶ πρὸς τούτοις, εἰ ἀληθὲς ἦν εἰπεῖν, ὅτι λευκὸν ἅμα καὶ μέγα, δεῖ ἄμφω ὑπάρχειν. εἰ δὲ ὑπάρξει εἰς αὔριον, δεῖ ὑπάρξειν εἰς αὔριον.

εἰ δὲ

εἰ δὲ μήτε ἔσται, μήτε μὴ ἔσται αὔριον· οὐκ ἂν εἴη τὸ ὁπότερ' ἔτυχεν· οἷον ναυμαχία· δέοι γὰρ ἂν μήτε γίνεσθαι ναυμαχίαν, μήτε μὴ γίνεσθαι. 7 Τὰ μὲν δὴ συμβαίνοντα ἄτοπα, ταῦτα καὶ τοιαῦτα ἕτερα, εἴπερ πάσης καταφάσεως καὶ ἀποφάσεως ἢ ἐπὶ τῶν καθόλου λεγομένων ὡς καθόλου, ἢ ἐπὶ τῶν καθ' ἕκαστον, ἀνάγκη τῶν ἀντικειμένων, τὴν μὲν, ἀληθῆ εἶναι, τὴν δὲ, ψευδῆ, μηδὲν δὲ ὁπότερ' ἔτυχεν εἶναι ἐν τοῖς γινομένοις, ἀλλὰ πάντα εἶναι καὶ γίνεσθαι ἐξ ἀνάγκης. ὥστε οὔτε βουλεύεσθαι δέοι ἄν, οὔτε πραγματεύεσθαι· ὡς ἐὰν μὲν τοδὶ ποιήσωμεν, ἔσται τοδί· ἐὰν δὲ μὴ τοδί, οὐκ ἔσται τοδί. 8 Οὐδὲν γὰρ κωλύει, καὶ εἰς μυριοστὸν ἔτος, τὸν μὲν, φάναι τοῦτο ἔσεσθαι, τὸν δὲ, μὴ φάναι· ὥστε ἐξ ἀνάγκης ἔσεσθαι, ὁποτερονοῦν αὐτῶν ἀληθὲς ἦν εἰπεῖν τότε. 9 Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τοῦτο διαφέρει, εἴ τινες εἶπον τὴν ἀντίφασιν, ἢ μὴ εἶπον· δῆλον γάρ, ὅτι οὕτως ἔχει τὰ πράγματα, κἂν μὴ ὁ μὲν καταφήσῃ τι, ὁ δὲ ἀποφήσῃ· οὐ γὰρ διὰ τὸ καταφαθῆναι ἢ ἀποφαθῆναι, ἔσται, ἢ οὐκ ἔσται· οὐδ' εἰς μυριοστὸν ἔτος μᾶλλον, ἢ ἐν ὁποσῳοῦν χρόνῳ. ὥστε εἰ ἐν ἅπαντι τῷ χρόνῳ οὕτως εἶχεν, ὥστε τὸ ἕτερον ἀληθεύεσθαι· ἀναγκαῖον ἦν τοῦτο γίνεσθαι· καὶ ἕκαστον τῶν γινομένων, ἀεὶ οὕτως εἶχεν ὥστε ἐξ ἀνάγκης γίνεσθαι· ὅτε γὰρ ἀληθῶς εἶπέ τις ὅτι ἔσται, οὐχ οἷόν τε μὴ γίνεσθαι· καὶ τὸ γινόμενον, ἀληθὲς ἦν εἰπεῖν ἀεί, ὅτι ἔσται. 10 Εἰ δὴ ταῦτα, ἀδύνατα· (ὁρῶμεν γὰρ ὅτι ἔστιν ἀρχὴ τῶν ἐσομένων καὶ ἀπὸ τοῦ βουλεύεσθαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρᾶξαί τι· καὶ ὅτι ὅλως ἔστιν ἐν τοῖς μὴ ἀεὶ ἐνεργοῦσι,

at ſi *verè dicitur* neque fore neq; non fore cras, nõ erit quod vtrolibet modo accidit: vt bellũ nauale: oportebit enim neque fieri nauale bellum, neque non fieri. 7 Accidunt igitur hęc incõmoda, atq; eiuſmodi alia, ſi ex omni affirmatione ac negatione quæ *ſibi mutuò* opponuntur, ſiue *ſint* de *rebus* vniuerſalibus vniuerſaliter *acceptis*, ſiue de *rebus* ſingularibus, neceſſe *ſit* alteram eſſe veram, alteram falſam: *nempe* nihil eſſe in iis quæ fiunt, quod vtrolibet modo eueniat, ſed omnia eſſe ac fieri ex neceſſitate. quamobrẽ neque conſultare oportebit, neque ſtudioſè agere: quaſi ſi hoc faciamus, hoc futurũ ſit: ſin minùs, non ſit futurum. 8 Nihil enim prohibet, vel ad decẽ millia annorum aliũ affirmare hoc futurum, alium negare: adeo vt ex neceſſitate futurum ſit, vtrũvis tunc verè dicebatur. 9 Neque verò intereſt, vtrùm aliqui contradictionem dixerint, an nõ dixerint. conſtat enim, res ita *ſe* habere, etiamſi nõ alter affirmauerit quidpiam, alter negauerit. non enim quia affirmatum aut negatum ſit, *ideo res* erit aut non erit, nec *magis erit* ad decem millia annorum, quàm in quouis tempore. Quare ſi omni tempore ſic *res ſe* habebat, vt alterum verè diceretur: neceſſe erat, hoc fieri: & quodcumque fit, ſemper ita *ſe* habuit, vt ex neceſſitate fieret. nam quando verè dixit aliquis fore, non poteſt non fieri. & quod factum eſt, ſemper verè dici potuit futurũ eſſe.

10 Ergo ſi hæc ſunt impoſſibilia: (videmus. n. eſſe rerum futurarum principium & ex eo quòd conſultamus, & ex eo quòd agimus aliquid: & omnino in iis quæ non ſemper ſunt actu,

videmus æquè eſſe poteſtatem vt ſint & vt non ſint: in quibus vtrumque euenire poteſt: *nimirũ* tam eſſe, quàm non eſſe: proinde & fieri, & nõ fieri. multáque nobis manifeſta ſunt, ita *ſe* habentia. Vtputà hæc veſtis poteſt diſcindi, nec diſcindetur, ſed priùs atteretur. itidémque poteſt non diſcindi: neque enim priùs attrita fuiſſet, niſi potuiſſet non diſcindi. quare etiam in aliis generationibus *idem dicendũ eſt*, quęcumque dicuntur ſecundũ eiuſmodi poteſtatem) 11 Perſpicuum igitur *eſt*, nec eſſe nec fieri omnia ex neceſſitate: ſed alia [a] quidem vtrouis modo contingere, nec magis affirmationem eſſe veram quàm negationem: alia [b] verò *eſſe, in quibus* alterum magis & plerumque *fit*: ſed tamẽ accidit etiam, vt alterum [c] fiat, alterũ [d] minimè. 12 Ergo quod eſt, neceſſe [e] *eſt* eſſe quando *eſt*: & quod non eſt, *neceſſe eſt* non eſſe quando non eſt. verùm nec neceſſe *eſt* eſſe quicquid eſt: nec neceſſe *eſt* non eſſe quicquid nõ eſt: quoniam, quicquid eſt, eſſe ex neceſſitate quando eſt, non idem valet quod, ſimpliciter eſſe ex neceſſitate. idem *dicendum eſt* de eo quod non eſt. 13 Eadem eſt ratio contradictionis. quiduis *enim* eſſe aut non eſſe, & fore aut non fore [f], neceſſe *eſt*. non tamen ſeparatim dicendum *eſt*, alterum neceſſarium. verbi gratia neceſſe *eſt*, cras fore vel nõ fore bellũ nauale: nõ *eſt* autẽ neceſſe, cras fieri bellũ nauale: nec *neceſſe eſt*, cras non fieri: ſed neceſſe *eſt* fieri aut nõ fieri. 14 Quare cùm orationes ſimiliter veræ ſint atque res:

a Vt eunti in forum, amicum ob uiã fieri. hæc vocantur contingentia æqualia: quia ęquè poſſũt euenire, & non euenire.
b Vt fodientem terram, inuenire theſaurũ. ſæpius enim vera eſt negatio quàm affirmatio. hæc ſunt contingentia inæqualia.
c Quod rarò accidit.
d Quod plerumque euenit.
e Hoc vocatur neceſſarium, nõ ἁπλῶς, id eſt ſimpliciter, ſed ἐξ ὑποθέσεως, id eſt ex ſuppoſitione. Solem moueri, (exempli cauſa) eſt neceſſarium ἁπλῶς. Diẽ eſſe, non eſt neceſſarium ἁπλῶς, ſed ἐξ ὑποθέσεως, ſi ſupponatur Sol eſſe ſuper terrã. Sic neceſſe eſt quiduis eſſe, ſi ſupponatur eſſe: quia non poteſt idem ſimul eſſe & non eſſe.
f Alternatè.

τὸ δυνατὸν εἶ), καὶ μὴ εἶναι ὁμοίως· ἐν οἷς ἄμφω ἐνδέχεται, καὶ τὸ εἶναι καὶ τὸ μὴ εἶναι· ὥστε καὶ τὸ γενέσθαι, καὶ τὸ μὴ γενέσθαι. καὶ πολλὰ ἡμῖν δῆλά ἐστιν οὕτως ἔχοντα· οἷον τουτὶ τὸ ἱμάτιον, δυνατόν ἐστι διατμηθῆναι, καὶ οὐ διατμηθήσεται, ἀλλ' ἔμπροσθεν κατατριβήσεται· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ μὴ διατμηθῆναι δυνατόν· οὐ γὰρ ἂν ὑπῆρχε τὸ ἔμπροσθεν αὐτὸ κατατριβῆναι, εἴγε μὴ δυνατὸν ἦν τὸ μὴ διατμηθῆναι. ὥστε καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων γενέσεων, ὅσαι κατὰ δύναμιν λέγονται τὴν τοιαύτην) 11 Φανερὸν ἄρα, ὅτι οὐχ ἅπαντα ἐξ ἀνάγκης οὔτ' ἐστὶν, οὔτε γίνεται. ἀλλὰ τὰ μὲν, ὁπότερ' ἔτυχε, καὶ οὐδὲν μᾶλλον ἡ ἡ κατάφασις ἢ ἡ ἀπόφασις ἦν ἀληθής· τὰ δὲ, μᾶλλον μὲν καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ θάτερον, οὐ μὴν ἀλλ' ἐνδέχεται γενέσθαι καὶ θάτερον, θάτερον δὲ μή. 12 Τὸ μὲν οὖν εἶναι τὸ ὂν ὅταν ᾖ, καὶ τὸ μὴ ὂν μὴ εἶναι ὅταν μὴ ᾖ, ἀνάγκη. οὐ μέντοι οὔτε τὸ ὂν ἅπαν ἀνάγκη εἶναι· οὔτε τὸ μὴ ὂν, ἀνάγκη μὴ εἶναι. οὐ γὰρ ταυτόν ἐστι τὸ ὂν ἅπαν εἶναι ἐξ ἀνάγκης ὅτε ἐστὶ, καὶ τὸ ἁπλῶς εἶναι ἐξ ἀνάγκης. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ μὴ ὄντος.

13 Καὶ ἐπὶ τῆς ἀντιφάσεως δὲ ὁ αὐτὸς λόγος· εἶναι μὲν ἢ μὴ εἶναι ἅπαν, ἀνάγκη· καὶ ἔσεσθαί γε ἢ μή· οὐ μέντοι γε διελόντα εἰπεῖν θάτερον ἀναγκαῖον. λέγω δὲ, οἷον ἀνάγκη μὲν ἔσεσθαι ναυμαχίαν αὔριον ἢ μὴ ἔσεσθαι· οὐ μέντοι γενέσθαι γε αὔριον ναυμαχίαν ἀνάγκη, οὐδὲ μὴ γενέσθαι· γενέσθαι μέντοι ἢ μὴ γενέσθαι, ἀναγκαῖον.

14 Ὥστ' ἐπεὶ ὁμοίως οἱ λόγοι ἀληθεῖς, ὥσπερ καὶ τὰ πράγματα· δῆλον

δῆλον ὅτι ὁπόσα οὕτως ἔχει, ὥστε ὁπότερ' ἔτυχε, καὶ τἀναντία ἐνδέχεσθαι, ἀνάγκη ὁμοίως ἔχειν καὶ τὴν ἀντίφασιν. ὅπερ συμβαίνει ἐπὶ τοῖς μὴ ἀεὶ οὖσιν, ἢ μὴ ἀεὶ μὴ οὖσι. τούτων γὰρ ἀνάγκη μὲν θάτερον μόριον τῆς ἀντιφάσεως ἀληθὲς εἶναι ἢ ψευδές, οὐ μέντοι τόδε, ἢ τόδε, ἀλλ' ὁπότερ' ἔτυχε· καὶ μᾶλλον μὲν ἀληθῆ τὴν ἑτέραν, οὐ μέντοι ἤδη ἀληθῆ, ἢ ψευδῆ· ὥστε δῆλον ὅτι οὐκ ἀνάγκη, πάσης καταφάσεως καὶ ἀποφάσεως τῶν ἀντικειμένων, τὴν μὲν, ἀληθῆ, τὴν δὲ, ψευδῆ εἶναι· οὐ γὰρ, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ὄντων, οὕτως ἔχει καὶ ἐπὶ τῶν μὴ ὄντων μὲν, δυνατῶν δὲ εἶναι ἢ μὴ εἶναι· ἀλλ' ὥσπερ εἴρηται.

manifeſtum *eſt*, *in iis* quæ ita *ſe* habent, vt vtrolibet modo contingant, & cōtraria euenire poſſint, neceſſe *eſſe* vt ſimiliter *ſeſe* habeat contradictio: quod *quidē* in iis accidit, quæ non ſemper ſunt, vel nō ſemper non ſunt. ex his enim neceſſe *eſt* alteram partem contradictionis eſſe veram vel falſam: non tamen hoc, vel illud, ſed vtrumvis. & magis quidem *eſſe* veram alteram *partem* [a], non tamen *eſſe* iam veram, aut falſam. Itaque manifeſtū *eſt*, non neceſſe *eſſe* vt omnis affirmationis & negationis quæ *ſibi inuicē* opponuntur, altera ſit vera, altera falſa [b]: non enim vt in iis quæ ſūt [c], ſic *res ſe* habet etiam in iis quæ non ſunt poſſuntque eſſe vel nō eſſe: ſed quemadmodū dictū eſt.

De enunciationibus ſecundi vel tertij adiacentis, finitis aut infinitis. Cap. X.

1 ¶ *De enūciationibus ſecundi adiacentis. Diuiſio.* 2 *Tacitæ obiectionis ſolutio.* 3 *Series.* 4 ¶ *De enunciationibus tertii adiacētis, quæ habent ſubiectū finitum:* 5 *& vel ſunt indefinitæ,* 6 *vel definitæ.* 7 *Epilogus.* 8 *De enunciationibus tertii adiacentis, quæ habent ſubiectum infinitum.* 9 ¶ *Hypotheoria. Non eſſe plures dictis oppoſitionibus.* 10 *Enunciationes non habentes idem ſubiectum, non poſſe inter ſe comparari.* 11 *De verbis adiectiuis.* 12 *De ratione efficiendi ſubiectum infinitum.* 13 *Collatio enunciationum tertii adiacentis ex ſubiecto finito & attributo infinito cum enunciationibus finitis contrariis, vel ſubcontrariis.* 14 *An valeat conſecutio à negatione finita ad affirmationem ex attributo infinito.* 15 *Subiectum vel attributum infinitum, nō eſſe negationem.* 16 *Quæ infinita cum finitis cōferri poſſint.* 17 *De nominibus, & verbis tranſpoſitis.*

Ἐπεὶ δέ ἐστί τι κατά τινος ἡ κατάφασις σημαίνουσα· τοῦτο δ' ἐστὶν ἢ ὄνομα, ἢ τὸ ἀνώνυμον· ἓν δὲ δεῖ εἶναι καὶ καθ' ἑνὸς τὸ ἐν τῇ καταφάσει· (τί δὲ ὄνομα, εἴρηται, καὶ τί ἀνώνυμον, πρότερον· τὸ γὰρ οὐκ ἄνθρωπος, ὄνομα μὲν οὐ λέγω, ἀλλ' ἀόριστον ὄνομα· ἓν γάρ πως σημαίνει τὸ ἀόριστον ὄνομα· ὥσπερ καὶ τὸ οὐχ ὑγιαίνει, οὐ ῥῆμα, ἀλλ' ἀόριστον ῥῆμα) ἔσται ἄρα πᾶσα κατάφασις καὶ ἀπόφασις,

QVoniam autem affirmatio [d] ſignificat aliquid de aliquo: atque hoc [e] eſt vel nomen, vel innominatū [f]: vnū [g] autē eſſe oportet, & de vno, quod *eſt* in affirmatione [h]: (quid autē *ſit* nomen, & quid innominatū, dictū eſt antea [i]: etenim Non homo, non voco nomen, ſed infinitum nomen: nam vnam rē quodammodo [k] ſignificat nomen infinitum: quemadmodum Non valet, non *appello* verbum, ſed infinitum verbum) erit igitur omnis affirmatio & negatio [l]


a Cùm ſcilicet eſt contingens inæquale.
b Definitè, ita vt dici poſſit, vtra ſit vera, vtra falſa.
c Vel facta ſunt.
d Ariſtoteles breuitatis cauſa ſolius affirmationis mentionem facit. ſed idē intelligendum eſt de negatione. ideóque concludet, nō ſolùm affirmationē, ſed etiam negationē conſtare ex nomine & verbo, vel ex infinito nomine & verbo.
e De quo aliquid dicitur.
f Id eſt, nomē infinitum: quod olim nomine carebat, antequàm ab Ariſtotele appellaretur nomē infinitum.
g Niſi vnū eſſet: nō rectè colligeretur, enūciationē eſſe ex nomine & verbo, vel ex infinito nomine & verbo: quia poſſet etiā cōſtare ex pluribus nominibus aut verbis. ſed iā dictum fuit cap. 8. part. 4. & ſequēt. vnum ſubiectum & vnum LIB. II. CAP. 1. attributum eſſe debere.
h Sub. vel negatione.
i Cap. 2.
k Nomen infinitū videtur plura ſignificare, immo infinita entia & non entia, vt dictum eſt ſuprà cap. 2. part. 4. ſed nihilominùs dicitur vnū ſignificare negatiuè, quia ſignificat multa, nō vt multa ſunt, ſed vt vniuntur in negatione vnius. exēpli cauſa, nō homo ſignificat infinita, quatenus vniuntur in negatione hominis, i. quatenus non ſunt homines.
l Secundi adiacentis.

vel ex nomine & verbo, vel ex infinito nomine & verbo. 2 At[a] ſine verbo. nulla *eſt* affirmatio, nec negatio. nã Eſt, vel Erit, vel Erat [b], vel Fit, & cetera eiuſmodi, ſunt verba, *vt* ex iis *cõſtat*, quę *ſuprà* [c] poſita fuerũt: quoniã adſignificãt tẽpus. 3 Quocirca erit prima [d] affirmatio & negatio, eſt homo, non eſt homo: deinde, eſt non homo, nõ eſt non homo. rurſus, eſt omnis homo, nõ eſt omnis homo: eſt omnis nõ homo, non eſt omnis non homo. & in extrinſecis[e] tẽporibus eadem eſt ratio. 4 Cùm autẽ *verbũ* Eſt, tertiũ inſuper attribuitur [f], iam dupliciter dicuntur[g] oppoſitiones. [h] 5 Verbi gratiã, eſt iuſtus homo: illud Eſt, dico tertiũ cõponi (*ſeu* nomẽ ſeu verbũ *appelletur*) in hac affirmatione. Idcirco quatuor [i] hæc erunt: quorum duo[k] ad affirmationem & negationẽ [l] *ſe* habẽt ſecũdũ conſecutionis ordinẽ vt priuationes [m], duo [n] verò minimè [o]. *Hoc* dico: quia *verbũ* Eſt, aut iuſto [p] adiicietur, aut non iuſto [q]: quare etiã negatio [r]. quatuor igitur erũt. Intelligimus autẽ ꝙ dictum eſt, ex infrà ſcriptis: Eſt iuſtus homo: huius negatio, nõ eſt iuſtus homo. eſt non iuſtus homo: huius negatio, nõ eſt non iuſtus homo. nã hîc *verbũ* Eſt, & non eſt, iuſto & non iuſto adiiciuntur. Hęc igitur, vt in Analyticis[ſ] dictum eſt, ita diſpoſita ſunt.

ἢ ἐξ ὀνόματος καὶ ῥήματος, ἢ ἐξ ἀορίστου ὀνόματος καὶ ῥήματος. 2 Ἄνευ δὲ ῥήματος οὐδεμία κατάφασις, οὐδὲ ἀπόφασις· τὸ γὰρ ἔστιν, ἢ ἔσται, ἢ ἦν, ἢ γίνεται, ἢ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, ῥήματα ἐκ τῶν κειμένων ἐστί· προσσημαίνει γὰρ χρόνον. 3 Ὥστε πρώτη ἔσται κατάφασις καὶ ἀπόφασις, τὸ, ἔστιν ἄνθρωπος, οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος· εἶτα, ἔστιν οὐκ ἄνθρωπος, οὐκ ἔστιν οὐκ ἄνθρωπος. πάλιν, ἔστι πᾶς ἄνθρωπος, οὐκ ἔστι πᾶς ἄνθρωπος· ἔστι πᾶς οὐκ ἄνθρωπος, οὐκ ἔστι πᾶς οὐκ ἄνθρωπος. καὶ ἐπὶ τῶν ἐκτὸς δὲ χρόνων, ὁ αὐτὸς λόγος ἐστίν. 4 Ὅταν δὲ τὸ ἔστι, τρίτον προσκατηγορῆται, ἤδη διχῶς λέγονται αἱ ἀντιθέσεις. 5 Λέγω δὲ, οἷον, ἔστι δίκαιος ἄνθρωπος, τὸ ἔστι, τρίτον φημὶ συγκεῖσθαι, ὄνομα ἢ ῥῆμα, ἐν τῇ καταφάσει. ὥστε διὰ τοῦτο τέτταρα ταῦτα ἔσται· ὧν τὰ μὲν δύο, πρὸς τὴν κατάφασιν καὶ ἀπόφασιν ἕξει κατὰ τὸ στοιχοῦν, ὡς αἱ στερήσεις· τὰ δὲ δύο, οὔ. λέγω δὴ, ὅτι τὸ ἔστιν, ἢ τῷ δικαίῳ προσκείσεται, ἢ τῷ οὐ δικαίῳ· ὥστε καὶ ἡ ἀπόφασις. τέτταρα οὖν ἔσται. νοοῦμεν δὲ τὸ λεγόμενον, ἐκ τῶν ὑπογεγραμμένων. ἔστι δίκαιος ἄνθρωπος· τούτου ἀπόφασις, οὐκ ἔστι δίκαιος ἄνθρωπος. ἔστιν οὐ δίκαιος ἄνθρωπος· τούτου ἀπόφασις, οὐκ ἔστιν οὐ δίκαιος ἄνθρωπος. τὸ γὰρ ἔστιν, ἐνταῦθα, καὶ τὸ οὐκ ἔστι, τῷ δικαίῳ καὶ τῷ οὐ δικαίῳ πρόσκειται. Ταῦτα μὲν οὖν, ὥσπερ ἐν τοῖς Ἀναλυτικοῖς εἴρηται, οὕτω τέτακται.

a Mirari aliquis potuiſſet, cur Ariſtoteles diuiſerit enunciationẽ ratione ſubiecti finiti vel infiniti, non item ratione attributi. idcirco ait nullam enunciationẽ eſſe ſine verbo. q.d. in enunciatione ſecundi adiacentis nõ eſſe attributũ infinitũ, quia attributũ eſt verbum, quod in enunciatione nõ eſt verbum infinitum, ſed verbũ negans.
b Obſerua, Ariſtotelem hoc loco verbi appellatione complecti etiã caſum verbi.
c Cap. 3.
d Rectè enũciationes finitas pręponit infinitis, quia nomen finitum eſt prius & ſimplicius infinito.
e Id eſt, præterito & futuro, quæ ſunt extra tẽpus pręſens, idque ex vtraque parte claudunt.
f Hæ dicũtur enũciationes tertii adiacẽtis: quia conſtant quodãmodo ex tribus partibus, i. nomine ſubiecto, nomine attributo, & copula quę vocatur tertiũ adiacens. vt in hac enunciatione, Homo eſt iuſtus, homo, eſt ſubiectũ: iuſtus, attributũ: eſt, copula. ſcire tamen oportet, copulam illã non eſſe verè partem enunciationis diſtinctã à ceteris. primùm quia copula illa nullã rẽ ſignificat. præterea quia nõ debet ſeiũgi ab attributo: quandoquidẽ hæc idẽ valẽt, homo currit, &, homo eſt currẽs. g Id eſt, duplicatur, eorũ numerus, duplo maior fit: quoniã enunciationũ ſecũdi adiacentis diuiſio ſumebatur ſolùm à ſubiecto: harũ verò enũciationũ tertii adiacẽtis diuiſio ſumitur non ſolùm à ſubiecto, ſed etiam ab attributo. h Id eſt, contradictiones. i Quæ habent idẽ attributũ, & quodãmodo idem ſubiectũ. dixi quodãmodo, quia duæ habent ſubiectũ finitum, duæ infinitum. hæ autẽ in typo infrà delineato ſunt in angulis illis collocatæ, α, β, γ, δ. k Id eſt, γ, δ. l Sub ſimplices. nempe α, β. m Senſus eſt, enunciationes, γ, δ, ita referri ad α, β, vt priuationes referuntur ad habitus. nã attributum finitum eſt habitus, vel comparatur habitui, vt Iuſtus: attributum infinitum, vt non iuſtus, comparatur priuationi Iniuſtus, vt in ſubiecto typo cerni poteſt. n Id eſt, α, β. o Non referuntur ad alias duas, id eſt ad γ, δ, vt priuationes ad habitus, ſed è contrario vt habitus ad priuationes. p Id eſt, attributo finito. q Id eſt, attributo infinito. r Negationem in præſentia appellat, non integram enunciationẽ, ſed has voces Non eſt. Infrà autem part 10. negationem vocabit hanc voculam Non. Ergo ſẽſus horum verborũ eſt, copulã Non eſt adiungi vel attributo finito, vel infinito. ſ Lib. 1. prior. Analyt. cap. vlt. vnde collegimus typum ſequentem.


Typus enunciationum indefinitarum ex ſubiecto finito.



6 Ὁμοίως δὲ ἔχει, κἂν καθόλου τοῦ ὀνόματος ᾖ ἡ κατάφασις· οἷον, πᾶς ἐστιν ἄνθρωπος δίκαιος· ἀπόφασις τούτου, οὐ πᾶς ἐστιν ἄνθρωπος δίκαιος. πᾶς ἐστιν ἄνθρωπος οὐ δίκαιος, οὐ πᾶς ἐστιν ἄνθρωπος οὐ δίκαιος. πλὴν οὐχ ὁμοίως τὰς κατὰ διάμετρον ἐνδέχεται συναληθεύειν· ἐνδέχεται δέ ποτε.

6 Similis erit ratio, ſi nominis[a] vniuerſaliter accepti ſit affirmatio[b]. vt omnis eſt homo iuſtus: huius negatio, nō omnis eſt homo iuſtus. omnis eſt homo non iuſtus, non omnis eſt homo non iuſtus. præterquàm quòd non ſimiliter[c] contingit veras ſimul eſſe, quæ ex diametro[d] *opponuntur*: ſed contingit aliquando[e].

Typus enunciationum definitarum ex ſubiecto finito.




a Id eſt ſubiecti.
b Sup. & negatio.
c Nam, quia indefinitæ comparantur particularibus, omnes ex diametro oppoſitæ poterant eſſe ſimul veræ, in materia ſcilicet cōtingenti: nempe tam α & γ, quàm β & δ. at in enunciationibus definitis ſecus eſt: quoniam α & γ, quæ ſunt vniuerſales, nūquàm ſunt ſimul veræ. ſed ϛ & δ, quę ſunt particulares, reperiūtur ſimul verę in materia contingenti, vt in typo ſubiecto videre licet.
d Ex diametro in hoc & ſuperiori & ſequentibus typis opponi dicuntur enūciationes α γ, item ϛ δ.
e Id eſt in his quæ opponuntur ex diametro ϛ δ, in materia contingenti: vt non omnis homo eſt iuſtus, nō omnis homo eſt non iuſtus.


7 Hæ igitur, binæ [a] inter ſe opponuntur [b]. 8 Aliæ autem, *ſimiliter* binæ *inter ſe opponuntur, quæ pertinēt* ad nō homo, tamquā ad ſubiectū quoddā additū [c]. vt, eſt iuſtus nō homo, nō eſt iuſtus non homo: eſt nō iuſtus nō homo, nō eſt nō iuſtus non homo.

7 Αὗται μὲν οὖν, δύο ἀντίκεινται ἀλλήλαις. 8 Ἄλλαι δὲ δύο πρὸς τὸ οὐκ ἄνθρωπος, ὡς ὑποκειμένου τι προστεθέν· οἷον, ἔστι δίκαιος οὐκ ἄνθρωπος, οὐκ ἔστι δίκαιος οὐκ ἄνθρωπος· ἔστιν οὐ δίκαιος οὐκ ἄνθρωπος, οὐκ ἔστιν οὐ δίκαιος οὐκ ἄνθρωπος.

Typus enunciationum indefinitarum ex ſubiecto infinito.



Typus enunciationum definitarum ex ſubiecto infinito.



9 His autē nō ſunt plures [d] op-

9 Πλείους δὲ τούτων οὐκ εἰσὶν ἀντιθέσεις

a Quamuis quatuor enūciationes inter ſe conferātur, α, ε, γ, δ, indefinitæ. & α, ε, γ, δ, definitæ: non tamen quælibet cuilibet cōtradicit. ſed cùm vni vna contradicere debeat, vt ſuprà cap. 8. expoſitum fuit: cōtradictio ſemper eſt inter duas: vt inter α & ε: item inter γ & δ.

b Id eſt, ſibi inuicem contradicunt.

c Id eſt, tāquàm ad ſubiectum diuerſum à ſuperiori. nam ſuprà locutus eſt de ſubiecto finito: nunc addit ſubiectum infinitū. ideóque ſuperioribus enūciationibus cōſtātibus ex ſubiecto finito, addit iſtas quarū ſubiectum eſt infinitum.

d Omnis enim contradictio vel eſt inter enūciationes ſecūdi adiacentis, vel inter enūciationes tertii adiacentis. & rurſus vel inter enūciationes finitas, vel infinitas, vel partim finitas partim infinitas. vnde oriūtur ſex contradictiones hactenus expoſitæ: quarū omniū exempla Ariſtoteles attulit. I. contradictio eſt inter enūciationes ſecundi adiacentis finitas: ſiue ſint indefinitæ, vt, homo eſt, homo nō eſt: ſiue definitæ, vt, omnis homo eſt, nō omnis homo eſt: item, nullus homo eſt, aliquis homo eſt: ſiue ſingulares, vt, Socrates eſt, Socrates non eſt. Eadē eſt ratio ſequen-

προσθέσεις. 10 Αὗται δὲ χωρὶς ἐκείνων, αὐταὶ καθ' αὑτὰς ἔσονται, ὡς ὀνόματι τῷ οὐκ ἄνθρωπος, προσκεχρημέναι. 11 Ἐφ' ὅσων δὲ τὸ ἐστὶ, μὴ ἁρμόττει, οἷον ἐπὶ τοῦ ὑγιαίνειν καὶ βαδίζειν, ἐπὶ τούτων τὸ αὐτὸ ποιεῖ οὕτω τιθέμενον, ὡς ἂν εἰ τὸ ἐστὶ προσήπτετο. οἷον, ὑγιαίνει πᾶς ἄνθρωπος, οὐχ ὑγιαίνει πᾶς ἄνθρωπος, ὑγιαίνει πᾶς οὐκ ἄνθρωπος, οὐχ ὑγιαίνει πᾶς οὐκ ἄνθρωπος. 12 Οὐ γάρ ἐστι, τὸ οὐ πᾶς ἄνθρωπος, λεκτέον· ἀλλὰ τὸ οὐ, τὴν ἀπόφασιν, τῷ ἄνθρωπος προσθετέον· τὸ γὰρ πᾶς, οὐ τὸ καθόλου σημαίνει, ἀλλ' ὅτι καθόλου. δῆλον δὲ ἐκ τοῦδε, ὑγιαίνει ἄνθρωπος, οὐχ ὑγιαίνει ἄνθρωπος· ὑγιαίνει οὐκ ἄνθρωπος, οὐχ ὑγιαίνει οὐκ ἄνθρωπος. ταῦτα γὰρ ἐκείνων διαφέρει, τῷ μὴ καθόλου εἶναι. ὥστε τὸ πᾶς, ἢ τὸ μηδεὶς, οὐδὲν ἄλλο προσσημαίνει, ἢ ὅτι καθόλου τοῦ ὀνόματος ἢ κατάφασιν ἢ ἀπόφασιν. τὰ οὖν ἄλλα τὰ αὐτὰ δεῖ προστίθεσθαι. 13 Ἐπεὶ δὲ ἐναντία ἀπόφασίς ἐστι τῇ ἅπαν ἐστὶ ζῷον δίκαιον, ἡ σημαίνουσα ὅτι οὐδέν ἐστι ζῷον δίκαιον· αὗται μὲν φανερὸν ὅτι οὐδέποτε ἔσονται οὔτε ἀληθεῖς ἅμα, οὔτε ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ· αἱ δ' ἀντικείμεναι ταύταις, ἔσονταί ποτε· οἷον, οὐ πᾶν ἐστι ζῷον δίκαιον, καὶ ἔστι τι ζῷον δίκαιον. Ἀκολουθοῦσι δὲ καὶ αὗται, τῇ μὲν, πᾶς ἄνθρωπος οὐ δίκαιός ἐστιν, ἡ, οὐδείς ἐστιν ἄνθρωπος δίκαιος· τῇ δὲ, ἔστιν οὐ πᾶς ἄνθρωπος οὐ δίκαιος, ἡ ἀντικειμένη, ὅτι ἐστί τις ἄν-


poſitiones.[a] 10 Sed hæ[b] ſeorſũ ab illis [c] erunt ipſæ per ſe [d], vtpote quæ vtuntur nomine, Non homo [e]. 11 In quibus autẽ *verbum* E S T non accommodatur, vt in *verbis* VALERE, & AMBVLARE: in his idem efficit ita poſitũ, ac ſi verbum EST adiunctũ eſſet: veluti, valet omnis homo, non valet omnis homo: valet omnis non homo, nõ valet omnis non homo. 12 Nõ eſt enim dicendum[f], Non omnis homo: ſed illa negatio NON, homini adiúgi debet. etenim OMNIS, non ſignificat rem vniuerſalem, ſed *oſtendit rem accipi* vniuerſaliter. *Quod* hinc perſpicuum fit: valet homo, non valet homo: valet nõ homo, non valet nõ homo. hæc[g] enim ab illis [h] differũt, quia nõ ſunt vniuerſaliter *acceptæ*. Quare OMNIS, vel NVLLVS, nihil aliud adſignificat, quàm affirmationẽ vel negationem *eſſe* de nomine [i] vniuerſaliter *accepto*. Cetera [k] igitur eadem apponere oportet. 13 Quia verò huic *affirmationi*, Omne eſt animal iuſtum, contraria eſt negatio ſignificãs, nullum animal eſſe iuſtum: has perſpicuum *eſt* nũquam fore ſimul veras, nec in eodem. his verò oppoſitæ [l], erunt aliquando [m] *ſimul veræ*: vt, non omne eſt animal iuſtum, &, eſt aliquod animal iuſtũ. Sequuntur autem hæ: illam quidem, Omnis homo nõ iuſtus eſt, hæc, nullus eſt homo iuſtus: hanc verò, Eſt non omnis homo non iuſtus, *ſequitur* oppoſita [n], *nempe*, eſt aliquis ho-

tiũ contradictionum. nam poſſũt exempla afferri tam definitarum enunciationum, & ſingularium, quàm indefinitarum: ſed breuitatis ſtudio ſubiiciũ tãtum exẽpla indefinitarum. II. itẽ ita contradictio eſt inter enunciationes ſecundi adiacẽtis, quarum ſubiectũ eſt infinitum: vt, nõ homo eſt, nõ homo non eſt. III. inter enunciationes tertii adiacẽtis, finitas: vt, homo eſt iuſtus, homo non eſt iuſtus. IV. inter enũciationes tertii adiacentis ex ſubiecto finito & attributo infinito: vt, homo eſt nõ iuſtus, homo non eſt non iuſtus. V. inter enũciationes tertii adiacentis ex ſubiecto infinito, & attributo finito: vt, non homo eſt iuſtus, nõ homo nõ eſt iuſtus. VI. inter enunciationes omnino infinitas: vt, non homo eſt non iuſtus, non homo non eſt nõ iuſtus.

a Id eſt contradictiones.
b Quæ habẽt ſubiectum infinitũ.
c Quæ habebant ſubiectũ finitũ.
d Id eſt, non debent cũ illis conferri. Quamuis enim (vt in ſuprà ſcriptis typis videre licet) rectè inter ſe conferãtur enunciationes, quarum aliæ habent attributum finitum, aliæ infinitum: non tamen conferri poſſunt quæ habent ſubiectum infinitum, cum his quæ habent ſubiectum finitum.
e Id eſt, ſubiecto infinito.
f Sub. vt ſubiectum fiat infinitum.
g Id eſt, hæ enunciationes propoſitæ in hac partic. valet homo, &c.
h Id eſt, ab enunciationibus propoſitis in ſuperiori partic. nempe, valet omnis homo, &c.
i Id eſt ſubiecto.
k Id eſt, ſicut affirmatio indefinita, vt, homo valet, fit infinita per adiectionem negationis ad ſubiectum, hoc modo, non homo valet: ita etiam fieri debet in enunciatione definita: veluti omnis homo valet, omnis non homo valet.
l Id eſt particulares, quæ ab interpretibus vocãtur ὑπεναντίαι, ſubcontrariæ: hæ namque ſub vniuerſalib. contrariis ponuntur: & quæ ſunt ex diametro, contradicunt: vt in ſeq. typo enunciatio γ, contradicit enunciationi α: & enunciatio δ, enunciationi ϛ. Oppoſitæ igitur hoc loco, vt alibi quoque, dicuntur contradicentes, κατ' ἐξοχὴν.
m Id eſt, in materia contingenti. vide c. 8. part. 7.
n Id eſt, contradicens illi, nullus homo eſt iuſtus.

mo iuſtus: neceſſe *eſt* enim eſſe aliquem.[a]

θρωπος δίκαιος· ἀνάγκη γὰρ εἶναί τινα.



14 Perſpicuū autem *eſt*, in ſingularibus ſi interrogatus verè negat, verè etiā affirmari[b]. veluti, *Eſt* ne Socrates ſapiens? non. Socrates igitur *eſt* non ſapiens. In vniuerſalibus autem non *eſt* vera *affirmatio*, quæ ſimiliter dicitur[c]: vera autem *eſt* negatio[d]: vt, *Eſt*ne omnis homo ſapiens? non. ergo omnis homo *eſt* non ſapiens. hoc enim falſum *eſt*. ſed hoc, non omnis igitur homo *eſt* ſapiens, *eſt* verum. hæc autem *eſt* oppoſita[e]: illa verò, contraria[f]. 15 Quæ autem ſūt oppoſitæ ſecundum infinita nomina, & verba; qualia ſunt, non homo, & non iuſtus; quaſi negationes abſque nomine & verbo videri poſſunt.[g] non[h] ſunt tamen: quia[i] ſemper neceſſe *eſt*, veram vel falſam eſſe negationem: at[k] qui dixit non homo, non magis quàm qui dixit homo, immo minùs verè vel falsò dixit, niſi quid addatur.

14 Φανερὸν δὲ, ὅτι καὶ ἐπὶ μὲν τῶν καθ᾽ ἕκαστα, εἰ ἀληθὲς ἐρωτηθέντα ἀποφῆσαι, ὅτι καὶ καταφῆσαι, ἀληθές· οἷον, ἆρά γε Σωκράτης σοφός; οὔ. Σωκράτης ἄρα οὐ σοφός. ἐπὶ δὲ τῶν καθόλου, οὐκ ἀληθὴς ἡ ὁμοίως λεγομένη· ἀληθὴς δὲ ἡ ἀπόφασις· οἷον, ἆρά γε πᾶς ἄνθρωπος σοφός; οὔ. πᾶς ἄρα ἄνθρωπος οὐ σοφός· τοῦτο γὰρ, ψεῦδος· ἀλλὰ τὸ, οὐ πᾶς ἄρα ἄνθρωπος σοφὸς, ἀληθές· αὕτη δέ γέ ἐστιν ἡ ἀντικειμένη, ἐκείνη δὲ ἡ ἐναντία. 15 Αἱ δὲ κατὰ τὰ ἀόριστα ἀντικείμεναι ὀνόματα καὶ ῥήματα· οἷον ἐπὶ τοῦ μὴ ἄνθρωπος, καὶ μὴ δίκαιος, ὥσπερ ἀποφάσεις ἄνευ ὀνόματος καὶ ῥήματος δόξειεν ἂν εἶναι. οὐκ εἰσὶ δέ· ἀεὶ γὰρ ἀνάγκη ἀληθεύειν ἢ ψεύδεσθαι τὴν ἀπόφασιν· ὁ δ᾽ εἰπὼν, οὐκ ἄνθρωπος, οὐδὲν μᾶλλον τοῦ εἰπόντος ἄνθρωπος, ἀλλὰ καὶ ἧττον ἠλήθευκεν, ἢ ἔψευσται, ἐὰν μή τι προστεθῇ.

16 Σημαίνει

a Ex dictis in hac partic. colligitur ratio eius quod dictum fuit in 6. particula, angulares α γ non poſſe eſſe ſimul veras, angulares autē ϛ δ poſſe eſſe ſimul veras: nēpe quia enunciatio γ æquipollet ei quæ eſt contraria τῇ α, cōtrariæ verò nō poſſunt ſimul veræ eſſe. ſed enūciatio δ æquipollet ei quæ eſt ſubcōtraria τῇ ϛ, ac ſubcontrariæ poſſūt eſſe ſimul veræ.

b Ita vt attributum fiat infinitū.

c Id eſt, vniuerſalis infinita.

d Particularis finita.

e Id eſt, contradicit illi affirmationi, omnis homo eſt ſapiens.

f Quia comparatur contrariæ, vt in typo particulę præcedentis, in angulo γ videre licet.

g Vtitur ſyllogiſmo in ſecunda figura ex maiore propoſitione affirmante & minore negante: Omnis negatio eſt vera vel falſa: nomen infinitum, non eſt verū vel falſum: ergo non eſt negatio.

h *Concluſio.*

i *Maior propoſitio.*

k *Minor propoſitio.* Niſi malis dicere eſſe probationē minoris tacitæ, ſumptā à cōiugato, id eſt ab eo qui dicit, ad ea quæ dicuntur. nā qui dicens *non homo*, non dicit verū nec falſū: conſtat, hoc nomen infinitum, *non homo*, non eſſe verum nec falſum.

16 Σημαίνει δὲ τό, ἔστι πᾶς οὐκ ἄνθρωπος δίκαιος, οὐδὲ μιᾷ ἐκείνων ταὐτόν· οὐδὲ ἡ ἀντικειμένη ταύτῃ, ἡ, οὐκ ἔστι πᾶς οὐκ ἄνθρωπος δίκαιος. τὸ δ᾽ ἔστι, πᾶς οὐ δίκαιος οὐκ ἄνθρωπος, τῷ, οὐδεὶς δίκαιος οὐκ ἄνθρωπος, ταὐτὸν σημαίνει. 17 Μετατιθέμενα δὲ τὰ ὀνόματα καὶ τὰ ῥήματα, ταὐτὸν σημαίνει· οἷον, ἔστι λευκὸς ἄνθρωπος, ἔστιν ἄνθρωπος λευκός. εἰ γὰρ μὴ τοῦτό ἐστι, τοῦ αὐτοῦ πλείους ἔσονται ἀποφάσεις. ἀλλὰ δέδεικται, ὅτι μία μιᾶς. τοῦ μὲν γάρ, ἔστι λευκὸς ἄνθρωπος, ἀπόφασις τό, οὐκ ἔστι λευκὸς ἄνθρωπος· τοῦ δέ, ἔστιν ἄνθρωπος λευκός, εἰ μὴ ἡ αὐτή ἐστι τῇ, ἔστι λευκὸς ἄνθρωπος, ἔσται ἀπόφασις ἤτοι τό, οὐκ ἔστιν οὐκ ἄνθρωπος λευκός, ἢ τό, οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος λευκός. ἀλλ᾽ ἡ ἑτέρα μέν ἐστιν ἀπόφασις τοῦ, ἔστιν οὐκ ἄνθρωπος λευκός. ἡ ἑτέρα δέ, τοῦ, ἔστι λευκὸς ἄνθρωπος. ὥστε ἔσονται δύο μιᾶς. ὅτι μὲν οὖν μετατιθεμένου τοῦ ὀνόματος καὶ τοῦ ῥήματος, ἡ αὐτὴ γίνεται κατάφασις, καὶ ἀπόφασις, δῆλον.

c Quemadmodũ docuit opinionẽ cõtrarii, eſſe falſam per accidẽs, nõ per ſe. ita nũc docet eã eſſe veræ opinioni cõtrariam per accidens, non per ſe.

d *Syllogiſmus hypotheticus à poſitione antecedentis ad poſitionem conſequentis.*

e *Propoſitio hypothetica.*

f In iis, quibus nihil eſt contrarium, vt in ſubſtantiis.

g Id eſt, opinio negationis, eſt contraria.

h In his quæ habent cõtrarium: ſicut bonum, & malum cõtraria ſunt.

i *Propoſitio categorica, id eſt, poſitio antecedentis.*

k *Expoſitio propoſitionis categoricæ.*


l *Concluſio, id eſt, poſitio cõſequentis, quæ colligitur ex antecedentis poſitione.*

m Eodem tempore.

n Vt iniuſtum.

o Nõ bonum, & nõ malum, vt infans verè dicitur non iuſtus, & nõ iniuſtus.

Bonum



11 Φανερὸν δὲ, ὅτι οὐδὲν διοίσει, οὐδὲ ἂν καθόλου τιθῶμεν τὴν κατάφασιν· ἡ γὰρ καθόλου ἀπόφασις, ἐναντία ἔσται· οἷον, τῇ δόξῃ τῇ δοξαζούσῃ ὅτι πᾶν ὃ ἂν ᾖ ἀγαθὸν, ἀγαθόν ἐστιν, ἡ ὅτι οὐδὲν τῶν ἀγαθῶν, ἀγαθόν ἐστιν· ἡ γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ ὅτι ἀγαθὸν, εἰ καθόλου τὸ ἀγαθὸν, ἡ αὐτή ἐστι τῇ ὅτι ὃ ἂν ᾖ ἀγαθὸν δοξαζούσῃ ὅτι ἀγαθόν· τοῦτο δὲ οὐδὲν διαφέρει τοῦ ὅτι πᾶν ὃ ἂν ᾖ ἀγαθὸν, ἀγαθόν ἐστιν. ὁμοίως καὶ ἐπὶ τοῦ μὴ ἀγαθοῦ. 12 Ὥστε εἴπερ ἐπὶ δόξης οὕτως ἔχει, εἰσὶ δὲ αἱ ἐν τῇ φωνῇ καταφάσεις καὶ ἀποφάσεις, σύμβολα τῶν ἐν τῇ ψυχῇ· δῆλον ὅτι καὶ καταφάσει μὲν ἐναντία ἡ ἀπόφασις, ἡ περὶ τοῦ αὐτοῦ καθόλου· οἷον, τῇ ὅτι πᾶν ἀγαθὸν, ἀγαθὸν, ἢ ὅτι πᾶς ἄνθρωπος, ἀγαθὸς, ἡ ὅτι οὐδὲν, ἢ οὐδείς. ἀντιφατικῶς δὲ, ἡ ὅτι οὐ πᾶν, ἢ οὐ πᾶς. 13 Φανερὸν δὲ, ὅτι καὶ ἀληθῆ ἀληθεῖ οὐκ ἐνδέχεται ἐναντίαν εἶναι, οὔτε δόξαν, οὔτε ἀπόφασιν. ἐναντίαι μὲν γὰρ, αἱ περὶ τὰ ἀντικείμενα· περὶ ταῦτα δὲ ἐνδέχεται ἀληθεύειν τὸν αὐτόν· ἅμα δὲ οὐκ ἐνδέχεται τὰ ἐναντία ὑπάρχειν τῷ αὐτῷ.

11 Perſpicuum autem *eſt*, nullũ fore diſcrimen, etiamſi vniuerſalem ponamus affirmationem: vniuerſalis enim negatio, erit cõtraria. vtputà opinioni, qua exiſtimatur, quicquid eſt bonum, eſſe bonum, *contraria erit hæc*, nihil eorum quæ bona ſunt, eſſe bonum. nam *illa opinio*, bonum eſſe bonum, ſi vniuerſaliter bonum *accipiatur*, idem valet quod hæc, qua putatur, quod eſt bonũ, *eſſe* bonum. hæc autem nihil differt ab illa, quicquid eſt bonum, eſſe bonum. Similiter & in non bono *ſe res habet*. 12 Quare ſi in opinione ita *res ſe* habet, & affirmationes negationéſque voce *prolata*, eorum quæ mente *concipiuntur*, ſunt notæ: conſtat affirmationi contrariam eſſe negationem de eodem vniuerſalem: vt illi, omne bonum *eſſe* bonum, aut, omnem hominem *eſſe* bonum, hęc, nullum *eſſe bonum*, vel, neminem *eſſe bonum*: contradictoriè verò *opponi* hanc, non omne [a], aut, non omnẽ [b]. 13 Perſpicuum etiam *eſt* fieri nõ poſſe, vt opinio vel negatio [c] vera verę contraria ſit. contrariæ namque *ſunt*, quæ circa oppoſita *sũt* [d]: circa quæ [e] eundem verè [f] opinari ac dicere contingit. ſimul autem contraria eidem [g] ineſſe non contingit.

a Id eſt, non omne bonum eſſe bonum.
b Id eſt, non omnem hominẽ eſſe bonum.
c Id eſt, enunciatio oppoſita.
d Id eſt, circa particularia ſibi oppoſita. nam enunciationes cõtrariæ ſunt vniuerſales, vt omnis homo eſt iuſtus, nullus homo eſt iuſtus: inter has medium locum tenent particulares, aliquis homo eſt iuſtus, aliquis homo non eſt iuſtus: atque hæ particulares vniuerſalibus contradicunt, id eſt affirmatio particularis negationi vniuerſali, & negatio particularis affirmationi vniuerſali.
e Particularia.
f Nam particulares poſſunt eſſe ſimul veræ.
g Vniuerſales contrariæ habent omnino idem ſubiectum, ideóque non poſſunt eſſe ſimul veræ. ſubcontrariæ verò non habent omnino idem ſubiectum: quia ſubiectum earum vagum eſt. & ſi verè dico quendam hominem eſſe iuſtum, & quendam hominem non eſſe iuſtum: neceſſe eſt, hæc intelligere de hominibus numero diuerſis.

Digitized by Google

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΑΝΑΛΥΤΙΚΩΝ
ΠΡΟΤΕΡΩΝ ΒΙΒΛΙΑ Β'.

ARISTOTELIS
ANALYTICORVM
PRIORVM LIBRI II.

IVLIO PACIO
interprete.

SYNOPSIS SEV METHODVS PRIORVM ANALYTICORVM.

- De ſyllogiſmi
  - LIBER I.
    - Structura. *Tract.* 1.
    - Inuentione. *Tract.* 2.
    - Reſolutione. *Tract.* 3.
  - LIBER II.
    - Poteſtatibus. *Tract.* 1.
    - Imbecillitatibus. *Tract.* 2.
    - Affinibus argumentationibus, quæ ad ſyllogiſmum referri debent. *Tract.* 3.

LIBRI I. TRACTATVS I.

- De ratione cōficiēdorum ſyllogiſmorū.
  - Protheoriæ ſeu principia
    - Communia quatuor libris Analyticis.; Propria ſyllogiſmorum.; Propria primæ figuræ. — *Cap.* 1.
    - Propria ſecūdæ, & tertiæ figuræ, i. Reciprocationes enunciationū
      - Simplicium. *Cap.* 2.
      - Modificatarū. *Cap.* 3.
  - Expoſitio trium figurarum.
    - De ſyllogiſmis τοῦ ὑπάρχειν in figura
      - Prima. *Cap.* 4.
      - Secunda. *Cap.* 5.
      - Tertia. *Cap.* 6.
      - Communia de tribus figuris. *Cap.* 7.
    - De ſyllogiſmis ex vtraque propoſitione neceſſaria. *Cap.* 8.
    - Coniunctio neceſſarij, & eius quod ineſt, in figura
      - Prima. *Cap.* 9.
      - Secunda. *Cap.* 10.
      - Tertia. *Cap.* 11.
    - Collatio neceſſarij, & eius quod ineſt. *Cap.* 12.
    - De ſyllogiſmis ex vtraque vel ex altera propoſitione contingente.
      - Protheoria de contingenti, & propoſitionibus inde ſumptis. *Cap.* 13.
      - De ſyllogiſmis
        - In prima figura.
          - Ex vtraque propoſitione contingente. *Cap.* 14.
          - Coniunctio contingentis cum
            - Eo quod ineſt. *Cap.* 15.
            - Neceſſario. *Cap.* 16
        - In ſecūda figura
          - Ex vtraque propoſitione contingente. *Cap.* 17.
          - Coniunctio cōtingentis cum
            - Eo quod ineſt. *Cap.* 18.
            - Neceſſario. *Cap.* 19.
        - In tertia figura
          - Ex vtraque propoſitione cōtingente. *Cap.* 20.
          - Coniunctio contingentis cum
            - Eo quod ineſt. *Cap.* 21.
            - Neceſſario. *Cap.* 22.
  - Hypotheoriæ.
    - Reductio omnium ſyllogiſmorum ad tres figuras, & ad eius figuræ modos vniuerſales. *Cap.* 23.
    - De qualitate & quantitate terminorum ſyllogiſmi. *Cap.* 24.
    - De numero terminorum, propoſitionum, & concluſionum. *Cap.* 25.
    - De problematis in quaque figura conſtruendis vel deſtruendis. *Cap.* 26.

LIBRI

Libri I. Tractatus II.

- Inueniendi ratio Ariſtotelica
  - Duplex eſt,
    - Generalis, quæ vel ſpectatur
      - Simpliciter in ſyllogiſmis categoricis. Hic traduntur præcepta
        - Communia. *Cap.* 27.
        - Propria ſingulorum problematum. *Cap.* 28.
      - In ſyllogiſmis hypotheticis.
      - Ex hypotheſi.
      - In ſyllogiſmis modificatis. *Cap.* 29.
    - Specialis, id eſt,
      - Singularum ſcientiarum & artium propria.
      - Dialectica. *Cap.* 30.
  - Sub ſe continet diuiſionem. *Cap.* 31.

Libri I. Tractatus III.

- In hac parte explicantur
  - Reſolutio
    - Cuiuſcunque orationis in figuram, & modum. Hic traduntur præcepta
      - De ſumendis propoſitionibus, terminis, medio termino, & figura. *Cap.* 32.
      - De terminorum quantitate ſpectanda. *Cap.* 33.
      - De nominibus concretis, & abſtractis. *Cap.* 34.
      - De iis quæ nomine carent. *Cap.* 35.
      - De nomine recto, & obliquis caſibus. *Cap.* 36.
      - De variis attributionum generibus. *Cap.* 37.
      - De iteratione, ſeu repetitione eiuſdem termini. *Cap.* 38.
      - De commutatione orationum, & nominum. *Cap.* 39.
      - De articulis. *Cap.* 40.
      - De interpretatione quarundam orationum. *Cap.* 41.
      - De ſyllogiſmis compoſitis. *Cap.* 42.
      - De reprehendenda definitione. *Cap.* 43.
      - De ſyllogiſmis ex hypotheſi. *Cap.* 44.
    - Syllogiſmorum vnius figuræ in aliam. *Cap.* 45.
  - Diſtinctio attributorum finitorum & infinitorum, necnon habituum & priuationum: vnde intelligitur eorum reſolutionem diuerſam eſſe. *Cap.* 46.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ

ἈΝΑΛΥΤΙΚΩ͂Ν ΠΡΟ-

τέρων τὸ πρῶτον.

ARISTOTELIS ANALY-

TICORVM[a] PRIORVM[b],

Liber I.

DE RATIONE CONFICIENDO-

RVM SYLLOGISMORVM.

TRACTATVS I.

Subiectum, & ſcopus librorum Analyticorum : Item definitiones aliquot, ac diuiſiones. Cap. I.

1 ¶ Principia communia librorum Analyticorum: id eſt, ſubiectum, & ſcopus horum librorum. 2 ¶ Proponit explicanda principia ſyllogiſmorum, 3 & principia propria primæ figuræ. 4 ¶ De principiis ſyllogiſmorũ & primo De propoſitionis deſcriptione ſumpta à ſpeciebus: 5 & eius diuiſione in vniuerſalem, particularem, & indefinitam: 6 ac diſtinctione ſyllogiſtica, demonſtratiuæ, & dialectica. 7 De termino. 8 ¶ Quid ſit ſyllogiſmus. 9 & quis ſit perfectus, 10 vel imperfectus. 11 ¶ Principia propria primæ figuræ: id eſt, Quid ſit eſſe, vel non eſſe in toto, & dici de omni, vel de nullo.

PRIMVM dicere *oportet* circa quid, & cuius *cauſâ* ſit hæc conſideratio: *hoc eſt*, eſſe circa demonſtrationem[c], & ſcientiæ demõſtratiuæ *cauſâ*. 2 Poſtea definire *oportet*, quid ſit propoſitio, & quid terminus, & quid ſyllogiſmus; & quis *ſit* perfectus; & quis imperfectus.

ΠΡΩ͂ΤΟΝ εἰπεῖν περὶ τί, καὶ τίνος ἡ σκέψις ἐστὶν ὅτι περὶ ἀπόδειξιν, καὶ ἐπιστήμης ἀποδεικτικῆς. 2 Εἶτα διορίσαι, τί ἐστι πρότασις, καὶ τί ὅρος, καὶ τί συλλογισμός, καὶ ποῖος τέλειος, καὶ ποῖος ἀτελής.

a Analytici (quaſi dicas reſolutorios) appellantur hi libri, in quibus agitur de ſyllogiſmo, & de demonſtratione: quia reſoluunt ſyllogiſmum ac demonſtrationẽ in partes atque principia: præterea docent, quomodo ſyllogiſmi ex vna figura reſoluantur in aliam, præſertim quomodo ſyllogiſmi ſecundæ & tertiæ figuræ reſoluantur & reducantur ad primam: item explicant, quomodo ſyllogiſmi ſine arte confecti, reſoluãtur in figuras, & modos. b Hoc verbo libri de ſyllogiſmo ſeparantur à libris de demonſtratione. Galenus autem indicat has appellationes Προτέρων, id eſt, Priorum, & Ὑστέρων, i. Poſteriorum, ſeu (vt ipſe appellat) Δευτέρων, ſua ætate fuiſſe introductas, cùm Ariſtoteles, quãdo vult hos libros diſtinguere, eos vocet libros de ſyllogiſmo, hos de demonſtratione. Verba Galeni hæc ſunt in lib. περὶ ἰδίων βιβλίων, i. de propriis libris: Ἐπιγράφουσι δὲ αὐτὰ σχεδὸν ἅπαντες οἱ νῦν, ἀναλυτικῶν προτέρων, ὥσπερ καὶ δευτέρων τὰ περὶ τῆς ἀποδείξεως· αὐτὸς δὲ ὁ Ἀριστοτέλης τῶν μὲν προτέρων, ὡς περὶ συλλογισμοῦ γεγραμμένων μέμνηται, τῶν δὲ δευτέρων, ὡς περὶ ἀποδείξεως: id eſt, Eos *libros* inſcribunt ferè omnes hoc tempore, Analyticorum priorum, quemadmodum *libros* de demonſtratione *inſcribunt* Secundorum *Analyticorum*: verùm ipſe Ariſtoteles Priorum meminit ſub inſcriptione De ſyllogiſmo: Secundorum, ſub inſcriptione De demonſtratione. Item in calce lib. 4. de differẽtia pulſuum, Ἐπιγράφεται δὲ ὑπὸ τῶν πλείστων, Ἀναλυτικῶν δευτέρων ἡ τοιαύτη πραγματεία, καθάπερ ἡ περὶ συλλογισμοῦ προτέρων Ἀναλυτικῶν: id eſt, Inſcribitur à pleriſque huiuſcemodi *de demonſtratione* pertractatio, Secũdorum Analyticorum: quemadmodum ea quæ eſt de ſyllogiſmo, Priorum Analyticorum. c Demonſtratio non eſt horum librorum ſubiectum adæquatum, ſed principale: ſic ſcientia demonſtratiua non eſt finis adæquatus, ſed principalis. ſubiectum autem adæquatum eſt ratiocinatio ſeu ſyllogiſmus: & finis adæquatus, eſt ſcientia ſyllogiſtica. Porrò finis logicæ in logica non habetur, ſed in aliis ſcientiis: logica autem docet inſtrumentum, quo in aliis ſciẽtiis vtentes poſſimus finem illum, id eſt ſcientiam nobis comparare.

3 Μετὰ

3 Μετὰ δὲ ταῦτα, τί τὸ ἐν ὅλῳ εἶναι ἢ μὴ εἶναι τόδε τῷδε, καὶ τί λέγομεν τὸ κατὰ παντὸς ἢ μηδενὸς κατηγορεῖσθαι. 4 Πρότασις μὲν οὖν ἐστὶ λόγος καταφατικὸς ἢ ἀποφατικὸς, τινὸς κατά τινος. 5 Οὗτος δὲ ἢ καθόλου, ἢ ἐν μέρει, ἢ ἀδιόριστος. λέγω δὲ καθόλου μὲν, τὸ παντὶ, ἢ μηδενὶ ὑπάρχειν. ἐν μέρει δὲ, τὸ τινὶ, ἢ μὴ τινὶ, ἢ μὴ παντὶ ὑπάρχειν. ἀδιόριστον δὲ, τὸ ὑπάρχειν, ἢ μὴ ὑπάρχειν, ἄνευ τοῦ καθόλου, ἢ κατὰ μέρος· οἷον, τὸ τῶν ἐναντίων εἶναι τὴν αὐτὴν ἐπιστήμην, ἢ τὸ τὴν ἡδονὴν μὴ εἶναι ἀγαθόν.

6 Διαφέρει δὲ ἡ ἀποδεικτικὴ πρότασις τῆς διαλεκτικῆς· ὅτι ἡ μὲν ἀποδεικτικὴ, λῆψις θατέρου μορίου τῆς ἀντιφάσεώς ἐστιν (οὐ γὰρ ἐρωτᾷ, ἀλλὰ λαμβάνει ὁ ἀποδεικνύων) ἡ δὲ διαλεκτικὴ, ἐρώτησις τῆς ἀντιφάσεώς ἐστιν. οὐδὲν δὲ διοίσει πρὸς τὸ γενέσθαι τὸν ἑκατέρου συλλογισμόν· καὶ γὰρ ὁ ἀποδεικνύων, καὶ ὁ ἐρωτῶν, συλλογίζεται λαβών τι κατά τινος ὑπάρχειν, ἢ μὴ ὑπάρχειν. ὥστε ἔσται συλλογιστικὴ μὲν πρότασις ἁπλῶς κατάφασις ἢ ἀπόφασίς τινος κατά τινος, κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον. ἀποδεικτικὴ δὲ, ἐὰν ἀληθὴς ᾖ, καὶ διὰ τῶν ἐξ ἀρχῆς ὑποθέσεων εἰλημμένη. διαλεκτικὴ δὲ, πυνθανομένῳ μὲν, ἐρώτησις ἀντιφάσεως· συλλογιζομένῳ δὲ, λῆψις τοῦ φαινομένου καὶ ἐνδόξου, καθάπερ ἐν τοῖς Τοπικοῖς εἴρηται. Τί μὲν οὖν πρότασις, καὶ τί διαφέρει συλλογιστικὴ, καὶ ἀποδεικτικὴ, καὶ διαλεκτικὴ, δι' ἀκριβείας μὲν ἐν τοῖς ἑπομένοις ῥηθήσεται· πρὸς δὲ τὴν παροῦσαν χρείαν ἱκανῶς ἡμῖν διωρίσθω τὰ νῦν. 7 Ὅρον δὲ καλῶ, εἰς ὃν

3 Poſt hæc, quid *ſit* in aliquo toto quidpiam eſſe, aut non eſſe: & quid dicimus, omni, vel nulli attribui. 4 Propoſitio [a] igitur eſt oratio affirmãs vel negãs aliquid [b] de aliquo [c]. 5 Hęc autem aut *eſt* vniuerſalis, aut in parte, aut indefinita [d]. Vniuerſale appello, omni, aut nulli ineſſe. in parte verò, alicui, aut non alicui, aut nõ omni ineſſe. indefinitum autẽ, ineſſe, aut nõ ineſſe, abſq; vniuerſali aut particulari *nota*: vel uti, cõtrariorũ eandẽ eſſe ſciẽtiã: aut, voluptatem nõ eſſe bonum. 6 Iam verò propoſitio demõſtratiua differt à dialectica: quia demonſtratiua eſt ſumptio alterius partis contradictionis: (nõ enim interrogat, ſed ſumit, qui demõſtrat) dialectica autem eſt interrogatio cõtradictionis. Sed *quod* ad vtriuſque ſyllogiſmum conficiendum *attinet*, nihil *hac ab illa* differt. nam & qui demonſtrat, & qui interrogat, ſyllogiſmum extruit, cùm aliquid alicui ineſſe, aut non ineſſe ſumpſerit. Quare ſyllogiſtica propoſitio ſimpliciter *eſt* affirmatio vel negatio alicuius de aliquo, eo quo diximus modo [e]. Demonſtratiua autem *ita demum eſt*, ſi vera ſit, & per initio *poſitas* hypotheſes [f] ſumpta. Dialectica verò, quod ad eũ ſpectat qui percõtatur, *eſt* interrogatio contradictionis: quod autem ad eum qui ratiocinatur, eſt ſumptio eius quod videtur & probabile eſt, vt in Topicis dictum eſt. Quid igitur *ſit* propoſitio; & quo ſyllogiſtica, demõſtratiua, ac dialectica differant, exquiſitè in ſequentibus [g] *libris* dicetur: ſed quod ad præſentem vſum *attinet*, ſufficiant quæ nũc à nobis definita ſunt. 7 Terminum verò appello, in quem

a Propoſitio & enunciatio re idẽ ſunt, ratione differunt. nam ſi per ſe conſideretur, vt ſignificat humani animi ſenſa, vocatur enunciatio: vt verò eſt pars ſyllogiſmi, appellatur propoſitio.

b Id eſt, attributum.

c Id eſt, ſubiecto.

d Omittit propoſitionem ſingularẽ, quia ſingularium nõ eſt ſcientia.

e Id eſt vniuerſaliter, vel in parte, vel indefinitè.

f Id eſt, principia. ſic enim hoc verbum in præſentia accipiendum eſt. at lib. 1. Poſter. Analyt. accipitur pro ſpecie quadam principii, de qua ſuo loco dicetur.

g In Analyticis poſter. agetur de propoſitione demonſtratiua: in Topicis de dialectica.

diſſoluitur propoſitio: vt attributum, & id cui attribuitur, ſiue [a] adiiciatur ſiue ſeparetur *verbum* Eſſe, vel Non eſſe. 8 Syllogiſmus [b] autem eſt oratio, in qua [c] quibuſdam [d] poſitis, aliud [e] quiddam *diuerſum* ab his [f] quæ poſita ſunt, neceſſariò accidit, eo quòd hæc [g] ſunt. Dico autem eo quòd hæc ſunt, propter hęc euenire. ac propter hæc euenire *intelligo*, nullo externo termino opus eſſe, vt ſit neceſſaria *conſecutio*.

9 Perfectum [h] igitur ſyllogiſmum appello eũ, qui præter ea quæ accepta ſunt, nulla alia re [i] indiget, vt neceſſitas *conſecutionis* appareat. 10 Imperfectũ [k] *voco* eum qui vna re pluribúſve [l] indiget, quæ [m] quidem per ſuppoſitos terminos ſunt neceſſaria [n], nòn tamen ſumpta [o] ſunt [p] per propoſitiones [q]. 11 In toto autem altero alterum eſſe, &, alterum alteri omni attribui, idem [r] eſt. dicimus autem omni attribui, quando nihil ſubiecti accipere licet, de quo alterum non dicatur: ac nulli *attribui*, accipitur eodem modo. [ſ]

διαλύεται ἡ πρότασις· οἷον, τό, τὸ κατηγορούμενον, καὶ τὸ καθ' οὗ κατηγορεῖται, ἢ προστιθεμένου ἢ διαιρουμένου τοῦ εἶναι, ἢ μὴ εἶναι. 8 Συλλογισμὸς δέ ἐστι λόγος, ἐν ᾧ τεθέντων τινῶν, ἕτερόν τι τῶν κειμένων, ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει, τῷ ταῦτα εἶναι. λέγω δὲ, τῷ ταῦτα εἶναι, τὸ διὰ ταῦτα συμβαίνειν. τὸ δὲ διὰ ταῦτα συμβαίνειν, τὸ μηδενὸς ἔξωθεν ὅρου προσδεῖν πρὸς τὸ γενέσθαι τὸ ἀναγκαῖον. 9 Τέλειον μὲν οὖν καλῶ συλλογισμὸν, τὸν μηδενὸς ἄλλου προσδεόμενον παρὰ τὰ εἰλημμένα, πρὸς τὸ φανῆναι τὸ ἀναγκαῖον. 10 Ἀτελῆ δὲ, τὸν προσδεόμενον ἢ ἑνὸς, ἢ πλειόνων, ἃ ἐστι μὲν ἀναγκαῖα διὰ τῶν ὑποκειμένων ὅρων, οὐ μὴν εἴληπται διὰ προτάσεων. 11 Τὸ δὲ ἐν ὅλῳ εἶναι ἕτερον ἑτέρῳ, καὶ τὸ κατὰ παντὸς κατηγορεῖσθαι θάτερον θατέρου, ταὐτόν ἐστι. λέγομεν δὲ τὸ κατὰ παντὸς κατηγορεῖσθαι, ὅταν μηδὲν ᾖ τοῦ ὑποκειμένου λαβεῖν, καθ' οὗ θάτερον οὐ λεχθήσεται· καὶ τὸ κατὰ μηδενὸς, ὡσαύτως.

a Id eſt, ſiue cõiungas copulam verbalem cũ attributo, ſiue non coniungas. nam propoſitionis duæ ſunt partes, ſubiectum & attributum: copula autem verbalis, ſi per ſe accipiatur, non eſt verè pars enunciationis.
b Vide Gellium lib. 15. cap. 26.
c In ſyllogiſmo ſunt propoſitiones, vt partes in toto.
d Id eſt, duabus propoſitionibus.
e Id eſt, concluſio: quæ non eſt pars ſyllogiſmi, vt vulgus logicorum putat. nam ſyllogiſmus eſt oratio probans: cõcluſio verò eſt oratio quæ probatur. Hoc Ariſtoteles indicat in præſētia, dum ait cõcluſionem eſſe diuerſam ab his quæ in ſyllogiſmo poſita ſũt. & cùm alibi, tùm libro 2. cap. 4. vbi ait fieri poſſe vt concluſio ſit vera, quamuis nihil eorũ quæ in ſyllogiſmo poſita ſunt, verum ſit. Huius rei ignoratione errarunt Galenus & Auerroës in quæſtione de quarta ſyllogiſmorũ figura, vt alio loco, Deo volente, oſtendam.

De conuerſione [t] propoſitionum ſimplicium.

Cap. II.

1 ¶ *Prothttoriæ.* 2 ¶ *Regulæ de propoſitionum cõuerſione, & regularum exempla. Reg. prima de propoſitione vniuerſali negante.* 3 *Secunda de vniuerſali affirmãte.* 4 *Tertia de particulari affirmante.* 5 *Quarta de particulari negante.* 6 *Probatio regulæ primæ,* 7 *ſecũdæ,* 8 *tertiæ,* 9 *quartæ.*

f Partibus ſyllogiſmi, id eſt propoſitionibus. g Id eſt, hæ propoſitiones. h Perfecti ſunt ſyllogiſmi primę figuræ. i Id eſt, neque alio termino, neque alia propoſitione. k Imperfecti ſunt ſyllogiſmi ſecundæ & tertiæ figuræ: quia vis eorum non apparet, niſi reducantur ad primam figuram. l Id eſt, noua propoſitione vel propoſitionibus, per quas reducitur ad primam figuram, vt ſuis locis explicabitur, cùm agetur de ſecunda, & tertia figura. m Nouæ propoſitiones. n Id eſt, non fiunt ex nouis terminis, ſed ex iiſdem terminis ex quibus conſtabant propoſitiones ſyllogiſmi imperfecti: ita autem ex eis fiunt, vt neceſſariò concedi debeant ab eo qui conceſſit propoſitiones ſyllogiſmi imperfecti. ſicut (exempli cauſa) qui conceſſit nullã voluptatem eſſe bonum, cogitur etiam concedere nullum bonum eſſe voluptatem. vt poſteriùs demõſtrabitur. o In ſyllogiſmo imperfecto. p Nouæ hæ propoſitiones, per quas ſyllogiſmus imperfectus perficitur. q Ex quibus extructus fuit ſyllogiſmus imperfectus. r Idem re, ſed ratione differunt, vt adſcenſus & deſcenſus. nam ſubiectum dicitur eſſe vel non eſſe in toto attributo: quia attributum dicitur de omni, vel de nullo ſubiecto. Sic homo dicitur eſſe in toto animali, non eſſe in toto lapide: quia animal omni, lapis nulli homini attribuitur. Totum igitur in præſentia accipe attributiuum, quod refertur ad partes ſubiectiuas, vt genus ad ſpecies. aliud eſt totũ integratum, quod conficitur ex partibus integrantibus, vt homo ex capite, pectore, cruribus, &c. aliud eſt totum eſſentiale, conſtans ex partibus eſſentialibus, vt animal ex anima & corpore. ſ Id eſt, cùm nihil ſubiecti accipi poteſt, de quo alterum dicatur. t Conuerti ſeu reciprocari propoſitiones dicuntur, cùm termini ita commutantur, vt quod erat ſubiectum, fiat attributum: & contrà, quod erat attributum, fiat ſubiectum.

Ἐπεὶ δὲ πᾶσα πρότασίς ἐστιν ἢ τοῦ ὑπάρχειν, ἢ τοῦ ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχειν, ἢ τοῦ ἐνδέχεσθαι ὑπάρχειν· τούτων δὲ, αἱ μὲν, καταφατικαὶ, αἱ δὲ, ἀποφατικαὶ, καθ' ἑκάστην πρόσρησιν· πάλιν δὲ τῶν καταφατικῶν καὶ ἀποφατικῶν, αἱ μὲν, καθόλου, αἱ δὲ, ἐν μέρει, αἱ δὲ, ἀδιόριστοι· 2 Τὴν μὲν ἐν τῷ ὑπάρχειν καθόλου στερητικὴν, ἀνάγκη τοῖς ὅροις ἀντιστρέφειν· οἷον, εἰ μηδεμία ἡδονὴ ἀγαθὸν, οὐδὲ ἀγαθὸν οὐδὲν ἔσται ἡδονή. 3 Τὴν δὲ κατηγορικὴν ἀντιστρέφειν μὲν ἀναγκαῖον, οὐ μὴν καθόλου, ἀλλ' ἐν μέρει· οἷον, εἰ πᾶσα ἡδονὴ ἀγαθὸν, καὶ ἀγαθόν τι εἶναι ἡδονήν. 4 Τῶν δὲ ἐν μέρει, τὴν μὲν καταφατικὴν ἀντιστρέφειν ἀνάγκη κατὰ μέρος· εἰ γὰρ ἡδονή τις ἀγαθὸν, καὶ ἀγαθόν τι ἔσται ἡδονή. 5 Τὴν δὲ στερητικὴν, οὐκ ἀναγκαῖον· οὐ γὰρ, εἰ ἄνθρωπος μὴ ὑπάρχει τινὶ ζώῳ, καὶ ζῷον οὐχ ὑπάρχει τινὶ ἀνθρώπῳ. 6 Πρῶτον μὲν οὖν ἔστω στερητικὴ καθόλου, ἡ α β πρότασις. εἰ οὖν μηδενὶ τῷ β τὸ α ὑπάρχει, οὐδὲ τῷ α οὐδενὶ ὑπάρξει τὸ β. εἰ γάρ τινι, οἷον τῷ γ, οὐκ ἀληθὲς ἔσται τὸ μηδενὶ τῷ β τὸ α ὑπάρχειν· τὸ γὰρ γ, τῶν β τί ἐστιν.

CVm autem omnis propoſitio ſignificet aut ineſſe, aut neceſſariò ineſſe, aut contingere [a] ineſſe; harúmque aliæ ſint affirmatiuę, alię negatiuę, in quauis attribuendi ratione; [b] ac rurſus affirmatiuarum & negatiuarum aliæ *ſint* vniuerſales, aliæ in parte, alię indefinitę [c]: 2 *Propoſitionē* de eo quod ineſt, vniuerſalem priuatiuam, neceſſe *eſt* terminis *reciprocatis* conuerti: vt, ſi nulla voluptas *eſt* bonum, etiam nullum bonum erit voluptas. 3 Attributiuam autem conuerti quidem neceſſe *eſt*, non tamē vniuerſaliter, ſed in parte: vt, ſi omnis voluptas *eſt* bonum, *neceſſe eſt* etiam quoddam bonum eſſe voluptatem. 4 Ex particularibus verò affirmatiuam neceſſe *eſt* in parte conuerti: nam ſi quędam voluptas *eſt* bonum, etiam quoddam bonum erit voluptas. 5 Priuatiuam autem cōuerti, nō *eſt* neceſſe. non enim, ſi homo nō ineſt cuidam animali, *propterea* etiam animal non ineſt cuidam homini. 6 Primùm igitur propoſitio α β, ſit priuatiua vniuerſalis [d]. ſi [e] igitur nulli β τὸ α ineſt, etiam nulli α τὸ β inerit. nam ſi alicui *inſit*, exempli cauſâ τῷ γ: non erit verum *quod dictum eſt*, nulli β τὸ α ineſſe: quia τὸ γ eſt aliquid τῶν β.

ineſt nulli

animal α ——————— β lapis

ineſt nulli

7 Εἰ δὲ παντὶ τὸ α τῷ β, καὶ τὸ β τινὶ τῷ α ὑπάρξει. εἰ γὰρ μηδενὶ, οὐδὲ τὸ α οὐδενὶ τῷ β ὑπάρξει· ἀλλ' ὑπέκειτο, παντὶ ὑπάρχειν.

7 At ſi τὸ α *ineſt* omni β, etiam τὸ β inerit cuidam α. nam ſi nulli [f] *inſit* [g], etiā [h] τὸ α nulli β inerit: ſed ſupponebatur, omni ineſſe.

ineſt omni

animal α ——————— β homo

ineſt alicui

8 Ὁμοίως δὲ καὶ εἰ κατὰ μέρος ἐστὶν ἡ πρότασις. εἰ γὰρ τὸ α τινὶ

8 Similiter [i] *fit cōuerſio*, ſi propoſitio ſit particularis. nā ſi τὸ α *ineſt*

CAP. II.

a Contingentis appellatio complectitur etiam id quod poſſibile eſt.

b Id eſt, ſiue ſignificent ineſſe, ue neceſſariò ineſſe, ſiue cōtingere ineſſe.

c Cur omittat ſingulares propoſitiones, notaui ad c. 1. part. 5.

d Id eſt, nullum β eſt α. Cùm audis α, β, & cetera elementa, intellige res his elementis notatas: vt in exemplis, quæ contextui ſubieci, α eſt animal: β, lapis: γ, homo, vel adamas.

e Probat reciprocationē propoſitionis vniuerſalis per deductionē ad incommodū. nam ſi nullus lapis eſt animal: fatendū eſt, nullum animal eſſe lapidem: quia ſi hoc negetur, cōcedenda erit cōtradictio, id eſt, aliquod animal (putà hominem) eſſe lapidem: vnde fiet vt aliquis lapis (id eſt homo) ſit animal: quod eſt abſurdum, quia initio ſuppoſuim⁹ nullum lapidem eſſe animal.

f Id eſt, nulli α, nempe animali.

g Τὸ β, homo.

h Hæc cōſecutio probata eſt in præced. partic.

i Sicut vniuerſalis affirmās conuertitur in particularem affirmātem, ita etiā particularis affirmans.

alicui β, neceſſe *eſt* etiam τὸ β ineſſe alicui α: quia ſi nulli *inſit*, etiam τὸ α nulli β inerit [a].

τῷ β, καὶ τὸ β τινὶ τῷ α ἀνάγκη ὑπάρχειν. εἰ γὰρ μηδενὶ, οὐδὲ τὸ α οὐδενὶ τῷ β ὑπάρξει.

ineſt alicui
album α ———— β animal
ineſt alicui

9 Si verò τὸ α alicui β non ineſt: non *eſt* neceſſe, vt etiam τὸ β alicui α non inſit: vt ſi τὸ β eſt animal, ac τὸ α *eſt* homo: quoniam homo quidem non omni animali, animal verò omni homini ineſt.

9 Εἰ δέ γε τὸ α τινὶ τῷ β μὴ ὑπάρχει, οὐκ ἀνάγκη καὶ τὸ β τινὶ τῷ α μὴ ὑπάρχειν· οἷον, εἰ τὸ μὲν β ἐστὶ ζῷον, τὸ δὲ α, ἄνθρωπος· ἄνθρωπος μὲν γὰρ οὐ παντὶ ζῴῳ, ζῷον δὲ παντὶ ἀνθρώπῳ ὑπάρχει.

ineſt non omni
homo α ———— β animal
non conuertitur

De conuerſione propoſitionũ modificatarũ. Cap. III.

1 ¶ *De propoſitionibus neceſſarijs.* 2 *De negante vniuerſali.* 3 *De affirmante vniuerſali, vel particulari.* 4 *De negante particulari.* 5 ¶ *De propoſitionibus contingentibus, Affirmantibus.* 6 *De negantibus quod neceſſariò non ineſt, vel non neceſſariò ineſt,* 7 *vel quod plerunque euenit.*

EOdem autẽ modo res *ſe* habebit etiã in neceſſariis propoſitionibus [b]. vniuerſalis enim priuatiua [c], vniuerſaliter cõuertitur. affirmatiuarum autem vtraque *conuertitur* in parte [d].

2 Nam ſi neceſſe *eſt* τὸ α ineſſe [e] nulli β: neceſſe *eſt*, etiam τὸ β ineſſe nulli α: quia ſi alicui accidit, etiam τὸ α accidet alicui β.

ΤΟΝ αὐτὸν δὲ τρόπον ἕξει καὶ ἐπὶ τῶν ἀναγκαίων προτάσεων· ἡ μὲν γὰρ καθόλου στερητικὴ, καθόλου ἀντιστρέφει· τῶν δὲ καταφατικῶν ἑκατέρα, κατὰ μέρος. 2 Εἰ μὲν γὰρ ἀνάγκη τὸ α τῷ β μηδενὶ ὑπάρχειν, ἀνάγκη καὶ τὸ β τῷ α μηδενὶ ὑπάρχειν· εἰ γὰρ τινὶ ἐνδέχεται, καὶ τὸ α τῷ β τινὶ ἐνδέχοιτο ἄν.

neceſſariò ineſt nulli
animal α ———— β lapis
neceſſariò ineſt nulli

3 Quòd ſi neceſſariò τὸ α inſit omni, aut alicui β: neceſſe *eſt*, etiã τὸ β ineſſe alicui α [f]: quia niſi neceſſe *ſit ineſſe*, neque τὸ α neceſſariò inerit alicui β.

3 Εἰ δὲ ἐξ ἀνάγκης τὸ α παντὶ ἢ τινὶ τῷ β ὑπάρχει, καὶ τὸ β τινὶ τῷ α ἀνάγκη ὑπάρχειν· εἰ γὰρ μὴ ἀνάγκη, οὐδ' ἂν τὸ α τινὶ τῷ β ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχει.

neceſſariò ineſt omnĩ
animal α ———— β homo
neceſſariò ineſt alicui

neceſſariò ineſt alicui
homo α ———— β mas
neceſſariò ineſt alicui

4 Quod verò *eſt* in parte priuatiuũ, ob eam ipſam quam priùs [g] diximus cauſam nõ cõuertitur.

4 Τὸ δ' ἐν μέρει στερητικὸν, οὐκ ἀντιστρέφει διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, δι' ἣν καὶ πρότερον ἔφαμεν.

neceſſariò ineſt non omni
homo α ———— β animal
non conuertitur

5 Quod attinet ad cõtingentia: (quoniã cõtingere dicitur mul-

5 Ἐπὶ δὲ τῶν ἐνδεχομένων, (ἐπειδὴ πολλαχῶς λέγεται τὸ ἐνδέχε-

a Contra hypotheſin: nam ſuppoſuim' aliquod β eſſe α.
b Id eſt, eodẽ modo reciprocãtur propoſitiones neceſſariæ, quo propoſitiones de eo quod ineſt.
c Id eſt, negans. Impropriè tamẽ loquitur: quia priuatiuã ſeu negatiuã appellat eã quæ habet modũ affirmatũ, & alteram partẽ negatã: vt, neceſſe eſt hominẽ non eſſe lapidẽ. hæc autẽ re verã eſt affirmatio, vt ipſe Ariſtot. docuit c. 12. περὶ ἑρμην. & repetet in vltima partic. huius capitis. Hac tamẽ impropria locutione Ariſtot. vtitur paſſim tam in hoc quã in aliis capitibus huius libri.

CAP. III.

d Id eſt, tam vniuerſalis affirmãs, quã particularis affirmãs conuertitur in particularẽ affirmãtem.
e Id eſt, attribui.
f Hoc videtur falſum eſſe. nam neceſſe eſt omnẽ grammaticũ eſſe hominẽ: nõ tamẽ neceſſe eſt, aliquẽ hominẽ eſſe grammaticũ. Reſpõdeo, Ariſtotelẽ loqui de neceſſario ἁπλῶς: vt neceſſe eſt omnẽ hominẽ eſſe animal. ceterùm omnẽ grãmaticũ eſſe hominẽ, non eſt neceſſariũ ἁπλῶς, ſed ἐξ ὑποθέσεως: i. ſi ſupponamus quoſdã homines eſſe grãmaticos. ergo hæc quoque propoſitio, neceſſe eſt aliquẽ hominẽ eſſe grãmaticũ, vera eſt ex eadẽ ſuppoſitione.
g Cap. præced. part. 5.

θαι· καὶ γὰρ καὶ τὸ ἀναγκαῖον, καὶ τὸ μὴ ἀναγκαῖον, καὶ τὸ δυνατὸν, ἐνδέχεσθαι λέγομεν) ἐν μὲν τοῖς καταφατικοῖς, ὁμοίως ἕξει κατὰ τὴν ἀντιστροφὴν ἐν ἅπασιν. εἰ γὰρ τὸ α παντὶ ἢ τινὶ τῷ β ἐνδέχεται, καὶ τὸ β τινὶ τῷ α ἐνδέχοιτο ἄν· εἰ γὰρ μηδενὶ, οὐδ᾽ ἂν τὸ α μηδενὶ τῷ β ἐνδέχεται· δέδεικται γὰρ τοῦτο πρότερον.

tifariã: cõtingere enim dicim⁹, & quod *eſt* neceſſariũ, & quod nõ *eſt* neceſſarium[a], & quod *eſt* poſſibile[b]) in affirmatiuis omnibus ſimilis [c] erit conuertẽdi ratio. Nã ſi τὸ α accidit omni, aut alicui β: etiã τὸ β accidet alicui α: quia ſi nulli *accideret*, etiam τὸ α accideret nulli β: quãdoquidem hoc antea [d] demonſtratum eſt.

quod mouetur α —— accidit omni / accidit alicui —— β animal

album α —— accidit alicui / accidit alicui —— β animal

6 Ἐν δὲ τοῖς ἀποφατικοῖς οὐχ ὡσαύτως. ἀλλ᾽ ὅσα μὲν ἐνδέχεσθαι λέγεται, ἢ τῷ ἐξ ἀνάγκης μὴ ὑπάρχειν, ἢ τῷ μὴ ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχειν, ὁμοίως· οἷον, εἴ τις φαίη τὸν ἄνθρωπον ἐνδέχεσθαι μὴ εἶναι ἵππον, ἢ τὸ λευκὸν μηδενὶ ἱματίῳ ὑπάρχειν. τούτων γὰρ, τὸ μὲν, ἐξ ἀνάγκης οὐχ ὑπάρχει· τὸ δὲ, οὐκ ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχει. καὶ ὁμοίως ἀντιστρέφει ἡ πρότασις· εἰ γὰρ ἐνδέχεται μηδενὶ ἀνθρώπῳ ἵππον εἶναι, καὶ ἄνθρωπον ἐγχωρεῖ μηδενὶ ἵππῳ· καὶ εἰ τὸ λευκὸν ἐγχωρεῖ μηδενὶ ἱματίῳ, καὶ τὸ ἱμάτιον ἐγχωρεῖ μηδενὶ λευκῷ· εἰ γάρ τινι ἀνάγκη, καὶ τὸ λευκὸν ἱματίῳ τινὶ ἔσται ἐξ ἀνάγκης· τοῦτο γὰρ δέδεικται πρότερον.

6 In negantibus *res* non itidem *ſe habet*: ſed quæ dicũtur cõtingere, vel quia neceſſariò non inſũt, vel quia nõ neceſſariò inſũt, ſimiliter *reciprocãtur vt ſuperiora*: vt ſi quis cõtingere dicat hominẽ nõ eſſe equũ, aut nulli veſtimẽto albũ ineſſe: horũ enim alterũ neceſſariò nõ ineſt, alterum nõ neceſſariò ineſt. & ſimiliter[e] cõuertitur ꝓpoſitio. ſi enim nulli homini accidit equũ eſſe: etiã hominẽ *eſſe*, accidit nulli equo. & ſi albũ accidit nulli veſtimento, etiam veſtimentum accidit nulli albo: quia ſi cuidam *albo veſtimentũ* neceſſariò *inſit*, etiam album cuidam veſtimento neceſſariò inerit: quoniam hoc antea [f] demonſtratum fuit.

equus α —— accidit nulli / accidit nulli —— β homo

album —— veſtimentum

Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἐν μέρει ἀποφατικῆς.

Similiter [g] *ſe res habet* in *propoſitione* particulari negatiua.

homo α —— accidit non omni / non conuertitur —— β animal

ſcribens —— homo

7 Ὅσα δὲ τῷ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, καὶ τῷ πεφυκέναι, λέγεται ἐνδέχεσθαι, (καθ᾽ ὃν τρόπον διορίζομεν τὸ ἐνδεχόμενον) οὐχ ὁμοίως ἕξει ἐν ταῖς στερητικαῖς ἀντιστροφαῖς· ἀλλ᾽ ἡ μὲν καθόλου στερητικὴ πρότασις, οὐκ ἀντιστρέφει· ἡ δὲ ἐν μέρει, ἀντιστρέφει.

7 Quę verò eo ꝙ plerũque *eueniũt*, & *ita* naturâ ſunt cõparata, cõtingere dicũtur, (quomodo definimus[h] cõtingens) nõ ſimiliter *ſe* habebũt in priuatiuis conuerſionibus [i]: ſed ꝓpoſitio vniuerſalis priuatiua non conuertitur: quæ verò *eſt* in parte, cõuertitur.

a Id eſt, id quod ineſt.
b Id eſt, quod poteſt eſſe & non eſſe.
c Conuerſioni ꝓpoſitionũ de eo quod ineſt, & neceſſariorum.
d Cap. præced. part. 7. & 8.
e Vt propoſitio negans de eo quod ineſt, vel de neceſſario.
f Cap. præced. part. 6.
g Vt de propoſitionibus puris, & de neceſſariis. nam vt illæ non reciprocabantur, ita etiam hæc nõ reciprocatur.
h Quoniã in præſentia diſtinguimus contingens ab eo quod ineſt, & à neceſſario. contingens autem in prima ſignificatione, eſt neceſſarium: in ſecunda, eſt id quod ineſt. itaq; accipiẽda eſt hęc tertia ſignificatio.
i Id eſt, in reciprocatione propoſitionum negantium.

a Vide cap. 12. de interpretatione.
b Cap. 17.
c Propoſitiones contingentes.
d Id eſt, vt propoſitiones affirmãtes de eo quod ineſt, vel neceſſariç nã & vniuerſalis & particularis cõuertitur in particularem. hæ igitur & formam affirmatiuã habẽt: & eodẽ modo, quo aliç affirmatiuæ, conuertuntur. Cur non idem dicatur de propoſitionibus neceſſariis quæ figurã affirmatiuã habent, vt, neceſſe eſt hominẽ non eſſe lapidẽ, &, neceſſe eſt aliquod album nõ eſſe hominem, & cur Theophr. ſententiã Ariſtotelis improbauerit, alibi exponã.

hoc autem perſpicuum erit, cùm de contingente dicemus: in præſentia hoc tantùm præter ea quæ dicta ſũt, manifeſtum eſto, quòd contingere nulli *ineſſe*, aut alicui nõ ineſſe, affirmatiuã [a] figurã habet. nã *verbũ* Contingit, ſimiliter ponitur *in oratione* vt *verbũ* Eſt: *verbum* autẽ Eſt, quibuſcũque attributis adiiciatur, ſẽper & omnino affirmationem facit: vt, eſt nõ bonũ: vel, eſt non album: vel, (*vt ſimpliciter & vno verbo dicã*) eſt non hoc. Sed ex ſequentibus [b] etiam hoc cõfirmabitur. quod verò *attinet* ad conuerſiones, hæ [c] ſimiliter *ſe* habebunt vt aliæ [d].

τοῦτο δὲ ἔσται φανερὸν, ὅταν περὶ τοῦ ἐνδεχομένου λέγωμεν. νῦν δὲ τοσοῦτον ἡμῖν ἔστω πρὸς τοῖς εἰρημένοις δῆλον, ὅτι τὸ ἐνδέχεσθαι μηδενὶ ἢ τινὶ μὴ ὑπάρχειν, καταφατικὸν ἔχει τὸ σχῆμα· τὸ γὰρ ἐνδέχεται, τῷ ἐστιν, ὁμοίως τάττεται· τὸ δὲ ἐστιν, οἷς ἂν προσκατηγορῆται, κατάφασιν ἀεὶ ποιεῖ, καὶ πάντως· οἷον τὸ, ἔστιν οὐκ ἀγαθὸν, ἢ, ἔστιν οὐ λευκὸν, ἢ ἁπλῶς τὸ ἐστιν οὐ τοῦτο. δειχθήσεται δὲ καὶ τοῦτο διὰ τῶν ἑπομένων. κατὰ δὲ τὰς ἀντιστροφὰς ὁμοίως ἕξουσι ταῖς ἄλλαις.

De ſyllogiſmis ex puris [e] propoſitionibus in prima figura [f]. Cap. IV.

1 ¶ *Cur priùs dicendum ſit de ſyllogiſmo quàm de demonſtratione.* 2 ¶ *De modis primæ figuræ vniuerſalibus. Definitio huius figuræ.* 3 *Definitio medii, & extremorum.* 4 *Si vtraque propoſitio ſit vniuerſalis affirmans.* 5 *Si maior propoſitio neget, & minor affirmet.* 6 *Si maior affirmet, & minor neget.* 7 *Si vtraque propoſitio neget.* 8 *Epilogus.* 9 ¶ *De modis particularibus. Si altera propoſitio ſit vniuerſalis, altera particularis vel indefinita.* 10 *Quid ſit maius, vel minus extremũ.* 11 *Si maior propoſitio ſit vniuerſalis, & minor particularis affirmãtes.* 12 *Si maior ſit vniuerſalis negans, & minor particularis affirmãs.* 13 *Si maior ſit vniuerſalis negãs, & minor indefinita affirmãs.* 14 *Si maior ſit particularis, vel indefinita.* 15 *Si maior ſit particularis, & minor vniuerſalis affirmãs* 16 *vel negãs.* 17 *Si maior ſit indefinita.* 18 *Si minor ſit particularis negans, & maior vniuerſalis* 19 *affirmans* 20 *vel negans.* 21 *Noua cõfirmatio eorum quæ proximè dicta fuerũt in partic. decimaoctaua, decimanona, & vigeſima.* 22 *Si vtraque propoſitio ſit particularis: vel indefinita: vel altera particularis, altera indefinita.* 23 *Epilogus.* 24 ¶ *Communia de vtilibus ſyllogiſmis primæ figuræ. De eorum perfectione.* 25 *De problematis quæ in hac figura demonſtrantur.* 26 *Nomen huius figuræ.*

CAP. IV.
e Puras propoſitiones appello, quas Ariſtot. vocat τοῦ ὑπάρχειν, exẽplo Iuriſconſultorum, à quibus pura dicũtur ea quę conditione, modo, & aliis huiuſmodi adiectionibus carẽt. nam hæ propoſitiones τοῦ ὑπάρχειν, ſimpliciter ſignificant rem eſſe, vel non eſſe, non expreſſã neceſſitate vel contingentia.
f In hac figura vt fiat ſyllogiſmus vtilis, neceſſe eſt maiorẽ eſſe vniuerſalẽ, minorẽ affirmantem.
g Terminis & propoſitionibus.
h Id eſt, in quibus figuris.
i In quo cuiuſq; figuræ modo.
k In poſterioribus Analyticis.
l Syllogiſmus cõſtat ex tribus terminis, duabus autem propoſitionibus, vt demonſtrabitur cap. 25. huius libri.

HIs definitis, iam dicamus, ex quibus [g], & quãdo [h], & quo modo [i] fit omnis ſyllogiſmus. poſteriùs [k] autẽ dicendũ de demonſtratione. priùs enim de ſyllogiſmo dicẽdũ *eſt*, quã de demõſtratione: quia ſyllogiſmus eſt magis vniuerſalis. etenim demõſtratio *eſt* ſyllogiſmus quidã: ſed non omnis ſyllogiſm⁹ *eſt* demõſtratio.

2 Cùm igitur tres [l] termini ita inter ſe affecti ſũt, vt extremus ſit in toto medio [m], & medi⁹ in toto primo ſit vel nõ ſit [n]: neceſſe *eſt*, extremorũ [o] eſſe ſyllogiſmũ pfectũ.


Διωρισμένων δὲ τούτων, λέγωμεν ἤδη, διὰ τίνων, καὶ πότε, καὶ πῶς γίνεται πᾶς συλλογισμός· ὕστερον δὲ λεκτέον περὶ ἀποδείξεως. πρότερον γὰρ περὶ συλλογισμοῦ λεκτέον, ἢ περὶ ἀποδείξεως, διὰ τὸ καθόλου μᾶλλον εἶναι τὸν συλλογισμόν. ἡ μὲν γὰρ ἀπόδειξις, συλλογισμός τις· ὁ συλλογισμὸς δὲ οὐ πᾶς, ἀπόδειξις. 2 Ὅταν οὖν ὅροι τρεῖς οὕτως ἔχωσι πρὸς ἀλλήλους, ὥστε τὸν ἔσχατον ἐν ὅλῳ εἶναι τῷ μέσῳ, καὶ τὸν μέσον ἐν ὅλῳ τῷ πρώτῳ εἶναι, ἢ μὴ εἶναι· ἀνάγκη τῶν ἄκρων εἶναι συλλογισμὸν τέλειον.

m Id eſt, medius terminus vniuerſaliter attribuatur minori extremo: hæc eſt minor propoſitio vniuerſalis affirmãs. n Id eſt, maius extremũ vniuerſaliter affirmetur vel negetur de medio termino: hæc eſt maior propoſitio vniuerſalis affirmãs vel negãs. o Id eſt, cõcluſionis. nã in cõcluſione nõ ponitur medius terminus, ſed maius extremũ & minus extremũ: maior propoſitio cõſtat ex maiori extremo & medio termino: minor verò ex minori extremo & medio termino.

3. Καὶ

3 Καλῶ δὲ μέσον μὲν, ὃ καὶ αὐτὸ ἐν ἄλλῳ, καὶ ἄλλο ἐν τούτῳ ἐστίν· ὃ καὶ τῇ θέσει γίνεται μέσον. ἄκρα δὲ, τὸ, αὐτό τε ἐν ἄλλῳ ὂν, καὶ ἐν ᾧ ἄλλο ἐστιν. 4 Εἰ γὰρ τὸ α κατὰ παντὸς τοῦ β, καὶ τὸ β κατὰ παντὸς τοῦ γ, ἀνάγκη τὸ α κατὰ παντὸς τοῦ γ κατηγορεῖσθαι· πρότερον γὰρ εἴρηται, πῶς τὸ κατὰ παντὸς λέγομεν.

3 Voco autem medium [a], quod & ipſum eſt in alio [b], cùm aliud in ipſo [c] ſit; & poſitione quoque fit medium [d]. Extrema autem *appello* & *id* [e] quod eſt in alio, & *id* [f] in quo eſt aliud. 4 Nam [g] ſi τὸ α *attribuitur* omni ϛ, [h] & τὸ ϛ omni γ: [i] neceſſe eſt, τὸ α attribui omni γ [k]: antè [l] enim expoſitũ eſt, quomodo de omni dicimus.



Bar Omne animal eſt ſubſtantia:

ba Omnis homo eſt animal: Ergo

ra Omnis homo eſt ſubſtantia.


In contextu ac typis huius capitis, α ſignificat maius extremum: ϛ, medium terminum: γ, minus extremum: α ϛ, maiorem propoſitionem: ϛ γ, minorem propoſitionem: α γ, concluſionem.

In typis & nominibus omnium ſyllogiſmorum, de quibus partim in hoc capite agitur, partim in ſequentibus capitibus agetur, a ſignificat propoſitionẽ vniuerſalẽ affirmantẽ: e, vniuerſalem negantem: æ, vniuerſalem affirmantem vel negantem: i, particularem affirmantem: o, particularem negantem: oi, particularem affirmantem aut negantem. Si ſupra has literas nihil ſcriptum ſit, indicatur propoſitio pura. quæ verò litera lineam impoſitam habet, vt ā, ē, ī, ō, ſignificat propoſitionem neceſſariam. ſed ſi duo puncta ſupra literam adiecta ſint, vt ä, ë, ï, ö, notatur huiuſmodi ſymbolo propoſitio contingens.

In nominibus ſyllogiſmorum ſecundæ, & tertiæ figuræ, notandæ ſunt etiam hæ literæ conſonantes in principio dictionum, B, C, D, F. Nam B ſignificat ſyllogiſmum reduci ad Barbara: C, ad Celarent: D, ad Darii: F, ad Ferio. In media dictione & in calce ſpectantur hæ conſonantes, ſ, p, m, c. S indicat propoſitionem conuerti ſimpliciter, id eſt ſeruata eadem quantitate & qualitate: vt, nullus homo eſt lapis, nullus lapis eſt homo. P ſignificat cõuerſionem per accidens, cùm vniuerſalis cõuertitur in particularem: vt, omnis homo eſt animal, aliquod animal eſt homo. M ſignificat methatheſin, id eſt tranſpoſitionem propoſitionum: cùm ſyllogiſmus reducitur ad primam figuram, ita vt maior propoſitio fiat minor & è contrà minor euadat maior. C oſtendit ſyllogiſmum reduci ad primam figuram per deductionem ad incommodum acceptâ contradictione concluſionis. Quæ omnia ſuis locis apertiùs explicabuntur.

5 Ὁμοίως δὲ καὶ εἰ τὸ μὲν α κατὰ μηδενὸς τοῦ ϛ, τὸ δὲ ϛ κατὰ παντὸς τοῦ γ, οὐδὲ τὸ α οὐδενὶ τῷ γ ὑπάρξει.

5 Similiter etiã, ſi [m] τὸ α *attribuatur* nulli ϛ, ac τὸ ϛ omni γ: τὸ α nulli γ inerit.



Ce Nullum animal eſt lapis:

la Omnis homo eſt animal: Ergo

rent Nullus homo eſt lapis.

6 Εἰ δὲ τὸ μὲν πρῶτον παντὶ τῷ μέσῳ ἀκολουθεῖ, τὸ δὲ μέσον μηδενὶ τῷ ἐσχάτῳ ὑπάρχει, οὐκ ἔσται συλλογισμὸς τῶν ἄκρων· οὐδὲν γὰρ ἀναγκαῖον συμβαίνει τῷ ταῦτα εἶναι·

6 Si [n] verò primum omni medio ſit conſequens, medium autem nulli extremo inſit: nõ erit ſyllogiſmus extremorũ: quia nihil neceſſariò euenit eo quòd hæc ſint:


a Sub. in prima figura: quoniã aliter accipitur in figura ſecũda, & tertia.
b Id eſt, quod ſubiicitur maiori extremo in maiori propoſitione.
c Minus extremum ſubiicitur medio termino in minore propoſitione.
d Id eſt, collocatur medio loco, nempe inter extrema: vt in ſingulis huius figuræ typis videre licet. nã α eſt maius extremum: ϛ, medi⁹ terminus: γ, minus extremum.
e Id eſt, minus extremum, quod ſubiicitur medio termino in minore propoſitione.
f Id eſt maius extremum, cui ſubiicitur medius terminus in maiore ꝓpoſitione.
g *Primus modus vtilis* ex vtraque propoſitione vniuerſali affirmãte: qui vulgò vocatur Barbara. Nam a ſignificat propoſitionẽ vel concluſionem vniuerſalem affirmantem: ſicut e, vniuerſalem negantem: i, particularem affirmãtem: o, particularem negãtem: vt in ſequẽtib. modis ſyllogiſmorũ intelligi poterit.
h Hęc eſt maior propoſitio.
i Hæc eſt minor propoſitio.
k Hæc eſt cõcluſio.
l Cap. 1. part. vlt.
m *Secũdus modus vtilis* ex maiore propoſitione vniuerſali negante, & minore particulari affirmãte. vulgò vocatur *Celarent*.
n *Primus modus inutilis* ex maio-

re vniuerſali affirmante, & minore vniuerſali negante.

accidit enim, vt primũ & omni, & nulli extremo inſit. vnde nec particularis, nec vniuerſalis *concluſio* neceſſariò colligitur. cùm autẽ nihil neceſſariò colligatur, ex his non erit ſyllogiſmus. Termini *concluſionis* omni ineſſe[a] *ſint hi*, animal, homo, equus: *concluſionis* nulli ineſſe[b], animal, homo lapis.

a Id eſt, in quibus efficitur cõcluſio (ſi tamen cõcluſio dici debet, quę non colligitur ex propoſitionibus) vniuerſalis affirmãs.
b Id eſt, termini, in quibus eſt cõcluſio vniuerſalis negans.

καὶ γὰρ παντὶ καὶ μηδενὶ ἐνδέχεται τὸ πρῶτον τῷ ἐσχάτῳ ὑπάρχειν· ὥστε οὔτε τὸ κατὰ μέρος, οὔτε τὸ καθόλου γίνεται ἀναγκαῖον· μηδενὸς δὲ ὄντος ἀναγκαίου, διὰ τούτων οὐκ ἔσται συλλογισμός. ὅροι τοῦ παντὶ ὑπάρχειν, ζῶον, ἄνθρωπος, ἵππος· τοῦ μηδενὶ ὑπάρχειν, ζῶον, ἄνθρωπος, λίθος.




a Omnis homo eſt animal:
i Nullus equus eſt homo:
a Omnis equus eſt animal.

a Omnis homo eſt animal:
e Nullus lapis eſt homo.
e Nullus lapis eſt animal.

e *Secundus modus inutilis* ex vtraque propoſitione vniuerſali negãte.

7 Neque[e] *tũc* erit ſyllogiſmus, cùm & primum nulli medio, & mediũ nulli extremo ineſt. Termini *concluſionis* affirmantis *ſint hi*, ſcientia, linea, medicina: negantis, ſcientia, linea, vnitas.

7 Οὐδ᾽ ὅταν μήτε τὸ πρῶτον τῷ μέσῳ, μήτε τὸ μέσον τῷ ἐσχάτῳ μηδενὶ ὑπάρχῃ, οὐδ᾽ οὕτως ἔσται συλλογισμός. ὅροι τοῦ ὑπάρχειν, ἐπιστήμη, γραμμή, ἰατρική· τοῦ μὴ ὑπάρχειν, ἐπιστήμη, γραμμή, μονάς.



e Nulla linea eſt ſcientia:
e Nulla medicina eſt linea:
a Omnis medicina eſt ſcientia.

e Nulla linea eſt ſcientia:
e Nulla vnitas eſt linea:
e Nulla vnitas eſt ſcientia.

d Id eſt, cùm minor propoſitio affirmat.
e Id eſt, cùm minor propoſitio negat.

8 Cùm igitur termini ſunt vniuerſales: manifeſtum *eſt*, in hac figura quando erit[d], & quando nõ erit[e] ſyllogiſmus. & ſi ſit ſyllogiſmus, neceſſe *eſſe* vt termini eo quo diximus modo *ſe* habeãt: conſtat etiam ſi ita *ſe* habeãt, fore ſyllogiſmum. 9 At ſi terminorum alius *ſit* vniuerſaliter, alius in parte erga alterũ *affectus*[f];

f Id eſt, cùm altera propoſitio eſt vniuerſalis, altera particularis.

8 Καλῶς μὲν οὖν ὄντων τῶν ὅρων, δῆλον, ἐν τούτῳ τῷ σχήματι πότε ἔσται καὶ πότε οὐκ ἔσται συλλογισμός· καὶ ὅτι ὄντος συλλογισμοῦ, τοὺς ὅρους ἀναγκαῖον οὕτως ἔχειν, ὡς εἴπομεν· ἄν τε οὕτως ἔχωσι, δῆλον ὅτι ἔσται συλλογισμός.

9 Εἰ δ᾽ ὁ μὲν, καθόλου, τῶν ὅρων, ὁ δ᾽, ἐν μέρει, πρὸς τὸν ἕτερον· ὅταν

ὅταν μὲν τὸ καθόλου τεθῇ πρὸς τὸ μεῖζον ἄκρον, ἢ κατηγορικὸν, ἢ στερητικόν· τὸ δὲ ἐν μέρει, πρὸς τὸ ἔλαττον, κατηγορικόν· ἀνάγκη συλλογισμὸν εἶναι τέλειον. ὅταν δὲ πρὸς τὸ ἔλαττον, ἢ καὶ ἄλλως πως ἔχωσιν οἱ ὅροι· ἀδύνατον. 10 Λέγω δὲ, μεῖζον μὲν ἄκρον, ἐν ᾧ τὸ μέσον ἐστίν· ἔλαττον δὲ, τὸ ὑπὸ τὸ μέσον ὄν.

11 Ὑπαρχέτω γὰρ τὸ μὲν α παντὶ τῷ β, τὸ δὲ β τινὶ τῷ γ· οὐκοῦν, εἰ ἔστι κατὰ παντὸς κατηγορεῖσθαι τὸ ἐν ἀρχῇ λεχθὲν, ἀνάγκη τὸ α τινὶ τῷ γ ὑπάρχειν.

cùm vniuerſale adiungitur maiori extremo, ſiue attributiuum, ſiue priuatiuum;[a] particulare autem, minori *extremo* attributiuum [b]; neceſſe *eſt*, ſyllogiſmum eſſe perfectum. cùm autem *vniuerſale adiungitur* minori *extremo* [c], aut quouis alio modo termini *ſe* habent [d]: impoſſibile *eſt*, *eſſe ſyllogiſmum*. 10 Maius extremũ appello [e], in quo mediũ eſt [f]: minus autem, quod eſt ſub medio [g]. 11 Inſit [h] enim τὸ α omni β, ac τὸ β alicui γ: igitur, ſi omni attribui, eſt id quod initio dictũ fuit, neceſſe *eſt*, τὸ α alicui γ ineſſe.

a Id eſt, cùm maior propoſitio eſt vniuerſalis affirmans vel negãs.
b Id eſt, minor ꝓpoſitio eſt particularis affirmans.
c Cùm minor propoſitio eſt vniuerſalis, maior autem particularis.
d Vt cùm minor ꝓpoſitio negat.
e Sub. in hac prima figura. nã aliter hęc accipiuntur in ſecunda & tertia figura.
f Cui ſubiicitur medium in maiori propoſitione.
g Quod ſubiicitur medio in minori ꝓpoſitione.
h *Tertius modus vtilis* ex maiore propoſitione vniuerſali, & minore particulari affirmãtibus: vulgò *Darii*.




Da Omne bonum eſt expetendum:
ri Aliqua voluptas eſt bona: Ergo
i Aliqua voluptas eſt expetenda.

12 Καὶ εἰ τὸ μὲν α μηδενὶ τῷ β ὑπάρχει, τὸ δὲ β τινὶ τῷ γ, ἀνάγκη τὸ α τινὶ τῷ γ μὴ ὑπάρχειν· ὥρισται γὰρ καὶ τὸ κατὰ μηδενὸς, πῶς λέγομεν· ὥστε ἔσται συλλογισμὸς τέλειος.

12 Et [i] ſi τὸ α nulli β ineſt, ac τὸ β alicui γ: neceſſe *eſt*, τὸ α alicui γ non ineſſe. nã & quomodo Nulli *attribui* dicamus, definitum eſt. quare erit ſyllogiſmus perfectus.

i *Quartus modus vtilis* ex maiore propoſitione vniuerſali negante, & minore particulari affirmãte: vulgò *Ferio*.



Fe Nullum malum eſt expetendum:
ri Aliqua voluptas eſt mala: Ergo
o Aliqua voluptas non eſt expetenda.

13 Ὁμοίως δὲ καὶ εἰ ἀδιόριστον εἴη τὸ β γ, κατηγορικὸν ὄν· ὁ γὰρ αὐτὸς ἔσται συλλογισμὸς, ἀδιορίστου τε, καὶ ἐν μέρει ληφθέντος.

14 Ἐὰν δὲ πρὸς τὸ ἔλαττον ἄκρον τὸ καθόλου τεθῇ, ἢ κατηγορικὸν, ἢ στερητικόν· οὐκ ἔσται συλλογισμὸς, οὔτε καταφατικοῦ, οὔτε ἀποφατικοῦ τοῦ


13 Similiter etiam *concludetur*, ſi *propoſitio* β γ, [k] ſit indefinita, cùm ſit attributiua [l]: nã idem erit ſyllogiſmus, ſiue indefinita, ſiue in parte ſumatur.[m] 14 Quòd ſi minori extremo vniuerſale adiiciatur vel attributiuum, vel priuatiuum [n]: nõ erit ſyllogiſmus: ſiue indefinita particularisve propo-

k Id eſt, minor propoſitio.
l Affirmans.
m In ſyllogiſmis ꝓpoſitiones indefinitæ comparantur particularibus.
n Si minor ſit vniuerſalis affirmans vel negãs, cùm maior propoſitio ſit particularis.

a Quæ eſt maior propoſitio.
b *Tertius modus inutilis* ex maiore propoſitione particulari, & minore vniuerſali affirmãtibus. Item *Quartus modus inutilis* ex maiore particulari negante, & minore vniuerſali affirmante.

ſitio[a] affirmet, ſiue neget. 15 Vt[b] ſi τὸ α alicui β ineſt, vel nõ ineſt, ac τὸ β omni γ ineſt. Termini *conclusionis* affirmantis *hi ſunto*, bonum, habitus, prudentia: negantis, bonum, habitus, inſcitia.

ἀδιορίστου ἢ τοῦ κατὰ μέρος, ὄντος.
15 Οἷον, εἰ τὸ μὲν α τινὶ τῷ β ὑπάρχει, ἢ μὴ ὑπάρχει· τὸ δὲ β παντὶ τῷ γ ὑπάρχει. ὅροι τοῦ ὑπάρχειν, ἀγαθὸν, ἕξις, φρόνησις· τοῦ μὴ ὑπάρχειν, ἀγαθὸν, ἕξις, ἀμαθία.




oi Aliquis habitus { eſt / non eſt } bonus.
a Omnis prudentia eſt habitus:
a Omnis prudentia eſt bona.

oi Aliquis habitus { eſt / non eſt } bonus:
a Omnis inſcitia eſt habitus.:
e Nulla Inſcitia eſt bona.

c *Quintus modus inutilis* ex maiore propoſitione particulari affirmante, & minore vniuerſali negante. Item *Sextus modus inutilis* ex maiore particulari, & minore vniuerſali negãtibus.

16 Rurſus[c] ſi τὸ β nulli γ *ineſt*; ac τὸ α alicui β ineſt, aut non ineſt, aut non omni ineſt: neque ita erit ſyllogiſmus. Termini *concluſionis* Omni ineſſe, albũ, equus, cygnus: nulli ineſſe, albũ, equus, coruus.

16 Πάλιν, εἰ τὸ μὲν β μηδενὶ τῷ γ, τὸ δὲ α τινὶ τῷ β ὑπάρχει, ἢ μὴ ὑπάρχει, ἢ μὴ παντὶ ὑπάρχει· οὐδ' οὕτως ἔσται συλλογισμός. ὅροι τοῦ μὴ παντὶ ὑπάρχειν, λευκὸν, ἵππος, κύκνος· τοῦ μηδενὶ ὑπάρχειν, λευκὸν, ἵππος, κόραξ.



oi Aliquis equus { eſt / non eſt } albus:
e Nullus cygnus eſt equus:
a Omnis cygnus eſt albus.

oi Aliquis equus { eſt / non eſt } albus
e Nullus coruus eſt equus:
e Nullus coruus eſt albus.

d Id eſt, maior propoſitio.

e Cùm maior eſt vniuerſalis affirmans vel negãs.


17 Iidem *termini ſumantur*, ſi *pronunciatum* α β [d] ſit indefinitum.
18 *Sed* neque tũc erit ſyllogiſm⁹, cùm maiori extremo vniuerſale adiicitur vel attributiuũ vel priuatiuum [e], minori autem *extremo* priuatiuum ſecundum partem, ſiue indefinitũ ſiue in par-

17 Οἱ αὐτοὶ δὲ, καὶ εἰ τὸ α β ἀδιόριστον εἴη.
18 Οὐδὲ ὅταν τὸ μὲν πρὸς τῷ μείζονι ἄκρῳ, καθόλου τεθῇ, ἢ κατηγορικὸν, ἢ στερητικόν· τὸ δὲ πρὸς τῷ ἐλάττονι, στερητικὸν κατὰ μέρος· οὐκ ἔσται συλλογισμὸς, ἀδιορίστου τε καὶ ἐν μέρει ληφθέντος

ρει ληφθέντος. 19 Οἷον, εἰ τὸ μὲν α παντὶ τῷ β ὑπάρχει, τὸ δὲ β τινὶ τῷ γ μὴ ὑπάρχει, ἢ μὴ παντὶ ὑπάρχει· ᾧ γὰρ αὖ τινὶ μὴ ὑπάρχῃ τὸ μέσον, τούτῳ καὶ παντὶ καὶ οὐδενὶ ἀκολουθήσει τὸ πρῶτον. ὑποκείσθωσαν γὰρ οἱ ὅροι, ζῷον, ἄνθρωπος, λευκόν· εἶτα καὶ ὧν μὴ κατηγορεῖται λευκῶν ὁ ἄνθρωπος, εἰλήφθω κύκνος καὶ χιών· οὐκοῦν τὸ ζῷον, τοῦ μὲν, παντὸς κατηγορεῖται· τοῦ δὲ, οὐδενός· ὥστε οὐκ ἔσται συλλογισμός.

te ſumatur [a]. 19 Vt [b] ſi τὸ α omni β ineſt; ac τὸ β alicui γ non ineſt, aut nõ omni ineſt. nam cui non ineſt mediũ, huic & omni & nulli conſequens erit [c] primũ [d]. ſupponantur enim termini, animal, homo, album: deinde ex iis albis, quibus homo non attribuitur, ſumatur cygnus & nix. igitur animal illi quidem omni, huic verò nulli attribuitur. quare non erit ſyllogiſmus.

a Cùm minor eſt negans particularis vel indefinita.
b *Septimus modus inutilis* ex maiore propoſitione vniuerſali affirmãte, & minore particulari negãte.
c Attribuetur.
d Id eſt, maius extremum.




- Omnis homo eſt animal:
- Aliquod album (i.cygnus) non eſt homo:
- Omnis cygnus eſt animal:

- Omnis homo eſt animal:
- Aliquod album(i.nix) non eſt homo:
- Nulla nix eſt animal.

20 Πάλιν, τὸ μὲν α μηδενὶ τῷ β ὑπαρχέτω, τὸ δὲ β τινὶ τῷ γ μὴ ὑπαρχέτω· καὶ οἱ ὅροι ἔστωσαν, ἄψυχον, ἄνθρωπος, λευκόν· εἶτα εἰλήφθωσαν, ὧν μὴ κατηγορεῖται λευκῶν ὁ ἄνθρωπος, κύκνος καὶ χιών· τὸ γὰρ ἄψυχον, τῆς μὲν, παντὸς κατηγορεῖται· τοῦ δὲ, οὐδενός.

20 Rurſus [e] τὸ α nulli β inſit, ac τὸ β alicui γ nõ inſit: ſintq; *hi* termini, inanimatum, homo, albũ: deinde accipiantur alba, quibus homo non attribuitur, cygnus & nix. inanimatum enim huic quidem omni attribuitur, illi verò nulli.

e *Octauus modus inutilis* ex maiore propoſitione vniuerſali, & minore particulari negantibus.



- Nullus homo eſt inanimatus:
- Aliquod album (i. nix) non eſt homo:
- Omnis nix eſt inanimata.

- Nullus homo eſt inanimatus:
- Aliquod album (i.cygnus) non eſt homo.
- Nullus cygnus eſt inanimatus.


21 Ἔτι, ἐπεὶ ἀδιόριστον τὸ τινὶ τῷ γ τὸ β μὴ ὑπάρχειν· (ἀληθεύεται δὲ, καὶ εἰ μηδενὶ ὑπάρχει, καὶ εἰ μὴ παντὶ, ὅτι τινὶ οὐχ ὑπάρχει) ληφθέντων δὲ τοιούτων ὅρων, ὥστε

21 Præterea [f] cùm hoc *ſit* indefinitum [g], τὸ β non ineſſe alicui γ· (ſiue enim nulli, ſiue non omni inſit: verè dicitur alicui non ineſſe) ſumptis autem huiuſmodi terminis ita vt

f Noua ratione oſtendit ſeptimũ & octauum eſſe modos inutiles: ac primùm loquitur de ſexto modo.
g Hęc propoſitio non eſt verè indefinita, ſed particularis: hoc autẽ loco vocatur indefinita, quia non explicat, vtrùm attributio ſit vera ſolùm in parte, an etiã in vniuerſum: itaque cõplectitur quodammodo & particularem, & vniuerſalẽ. exẽpli causâ, qui dicit quendam hominem non eſſe iuſtũ, non explicat vtrùm quidã ſit & quidam nõ ſit iuſtus, an nullus homo ſit iuſtus.

nulli inſit[a], nō fiat ſyllogiſmus: (hoc enim antea [b] dictum fuit) apparet igitur, ita poſitis terminis, *vt alicui non inſit*, [c] non fore ſyllogiſmum: alioqui *ſyllogiſmus* eſſet etiam in illis *terminis qui ita accipiebātur vt nulli ineſſet*. [d] Similiter autē oſtendetur[e], & ſi vniuerſale ponatur priuatiuum[f]. 22 Neque [g]tum vllo modo erit ſyllogiſmus; cūm ambo interualla[h] in parte affirmāt; aut negant; aut alterum affirmat, alterum negat; aut alterum *eſt* indefinitum, alterum definitum; aut ambo indefinita. Termini omniū communes *ſunto*, animal, album, homo: animal, album, lapis.

μηδενὶ ὑπάρχειν, οὐ γίνεται συλλογισμός· (τοῦτο γὰρ εἴρηται πρότερον) φανερὸν οὖν, ὅτι τῷ οὕτως ἔχειν τοὺς ὅρους, οὐκ ἔσται συλλογισμός· ἦν γὰρ ἂν καὶ ἐπὶ τούτων. ὁμοίως δὲ δειχθήσεται, καὶ εἰ τὸ καθόλου τεθείη στερητικόν. 22 Οὐδέ γε ἐὰν ἄμφω τὰ διαστήματα, κατὰ μέρος ἢ κατηγορικῶς ἢ στερητικῶς λέγηται· ἢ τὸ μὲν, κατηγορικῶς, τὸ δὲ, στερητικῶς· ἢ τὸ μὲν, ἀδιόριστον, τὸ δὲ, διωρισμένον· ἢ ἄμφω, ἀδιόριστα· οὐκ ἔσται συλλογισμὸς οὐδαμῶς. ὅροι δὲ κοινοὶ πάντων, ζῶον, λευκὸν, ἄνθρωπος· ζῶον, λευκὸν, λίθος.



oi [Aliquod] album { eſt / non eſt } animal:

oi [Aliquis] homo { eſt / non eſt } albus:

a Omnis homo eſt animal.

---

oi [Aliquod]album { eſt / non eſt } animal:

oi [Aliquis] lapis { eſt / non eſt } albus:

e Nullus lapis eſt animal.

23 Ex his igitur quę dicta ſūt, perſpicuū *eſt*, ſi ſit ſyllogiſmus particularis in hac figura, neceſſe eſſe vt termini ita *ſe* habeāt [i] vt diximus: & ſi termini ita *ſe* habeant, neceſſariò fieri ſyllogiſmū: aliter autē *poſitis* terminis, nequaquam ſyllogiſmū fore. 24 Conſtat etiā omnes ſyllogiſmos qui in hac *figura* fiūt, eſſe perfectos: quoniam omnes perficiuntur [k] per ea quæ ab initio ſumpta ſūt [l]. 25 Item, omnia problemata probari [m] p hanc figuram: quia & omni, & nulli, & cuidam, & nō cuidam [n] ineſſe *probatur*. 26 Huiuſcemodi verò figurā appello primā [o].

23 Φανερὸν οὖν ἐκ τῶν εἰρημένων, ὡς ἐὰν ᾖ συλλογισμὸς ἐν τούτῳ τῷ σχήματι κατὰ μέρος, ὅτι ἀνάγκη τοὺς ὅρους οὕτως ἔχειν ὡς εἴπομεν· καὶ ἐὰν οὕτως ἔχωσιν οἱ ὅροι, ἀνάγκη γίνεσθαι συλλογισμόν· ἄλλως δὲ ἐχόντων, οὐδαμῶς γίνεται. 24 Δῆλον δὲ, καὶ ὅτι πάντες οἱ ἐν αὐτῷ συλλογισμοὶ, τέλειοί εἰσι· πάντες γὰρ ἐπιτελοῦνται διὰ τῶν ἐξ ἀρχῆς ληφθέντων. 25 Καὶ ὅτι πάντα τὰ προβλήματα δείκνυται διὰ τούτου τοῦ σχήματος· καὶ γὰρ καὶ τὸ παντὶ, καὶ τὸ μηδενὶ, καὶ τὸ τινὶ, καὶ τὸ μὴ τινὶ ὑπάρχειν. 26 Καλῶ δὲ τὸ τοιοῦτον σχῆμα, πρῶτον.

a Id eſt, ita vt minor propoſitio ſit vniuerſalis negans. Supple, & maior ſit vniuerſalis affirmās, vt in primo modo inutili.
b Part. 6.
c Vt minor ſit particularis negans, & maior vniuerſalis affirmans, vt in ſeptimo modo inutili.
d Id eſt, in primo modo inutili.
e Id eſt, eadē ratione poteſt oſtendi octauum modum inutilē nihil cōcludere: quia ſi hic mod⁹ concluderet, etiā ſecundus inutilis cōcluderet. nam eandem rationē habent ſeptimus inutilis ad primū inutilem, & octauus inutilis ad ſecundum inutilem.
f Id eſt, ſi maior propoſitio ſit negans vniuerſalis, vt in octauo modo inutili.
g *Varii modi inutiles* ex vtriſque propoſitionibus particularib⁹; aut indefinitis; aut altera particulari, altera indefinita.
h Id eſt, propoſitiones.
i Id eſt, vt maior ſit vniuerſalis, & minor affirmans.
k Syllogiſmus perfici dicitur, cùm oſtenditur habere vim inferendi concluſionem.
l Id eſt, per propoſitiones initio acceptas. non eſt .n. opus nouis propoſitionibus, vt in ſecunda & tertia figur.
m Hoc eſt proprium huius figuræ: nam in ſecunda figura nō poteſt colligi cōcluſio affirmans: in tertia non poteſt colligi concluſio vniuerſalis.
n Id eſt, alicui non ineſſe, ſeu, nō omni ineſſe.
o Hæc figura dicitur prima multis de cauſis. nam ſola eſt perfecta, & ceteras figuras perficit: ſola probat omnia problemata: ſola habet medium terminū medio loco collocatū: cùm in ſecunda figura medius terminus collocetur primo loco: in tertia figura, poſtremo loco.

De ſyllogiſmis ex propoſitionibus puris in ſecunda figura [a]. Cap. V.

1 ¶ *Communia de ſyllogiſmis huius figuræ. Definitio figuræ ſumpta à modis vniuerſalibus.* 2 *Definitio medii, & extremorũ.* 3 *De loco medii termini.* 4 *De imperfectione ſyllogiſmorum huius figuræ.* 5 ¶ *Diuiſio horum ſyllogiſmorum in vniuerſales & particulares.* 6 ¶ *De modis vniuerſalibus.* 7 *Si maior neget, minor affirmet.* 8 *Si maior affirmet, minor neget.* 9 *Dictorum ſyllogiſmorum noua confirmatio.* 10 *De imperfectione eorundem ſyllogiſmorũ.* 11 *Si vtraque propoſitio affirmet,* 12 *vel neget.* 13 *Epilogus.* 14 ¶ *De modis particularibus. Si altera propoſitio ſit vniuerſalis, altera particularis, & figurâ differant:* 15 *veluti ſi maior vniuerſalis neget, minor particularis affirmet:* 16 *aut maior vniuerſalis affirmet, minor particularis neget:* 17 *aut maior particularis neget, minor vniuerſalis affirmet:* 18 *aut maior particularis affirmet, minor vniuerſalis neget.* 19 *Epilogus.* 20 *Si altera ſit vniuerſalis, altera particularis, & ſimili figura prædita:* 21 *veluti ſi maior vniuerſalis, & minor particularis negent,* 22 *aut affirment:* 23 *aut maior particularis, & minor vniuerſalis negent,* 24 *vel affirment.* 25 *Epilogus.* 26 *Si ambæ propoſitiones ſint particulares, vel indefinitæ: vel altera particularis, altera indefinita.* 27 ¶ *Epilogus.* 28 ¶ *Corollaria. De imperfectione ſyllogiſmorum huius figuræ.* 29 *De concluſione.*

ΟΤαι δὲ τὸ αὐτὸ, τῷ μὲν, παντὶ, τῷ δὲ, μηδενὶ ὑπάρχῃ· ἢ ἑκατέρῳ παντὶ, ἢ μηδενί· τὸ μὲν σχῆμα τὸ τοιοῦτον, καλῶ δεύτερον.
2 Μέσον δὲ ἐν αὐτῷ λέγω, τὸ κατηγορούμενον ἀμφοῖν. ἄκρα δὲ, καθ' ὧν λέγεται τοῦτο. μεῖζον δὲ ἄκρον, τὸ πρὸς τῷ μέσῳ κείμενον. ἔλαττον δὲ, τὸ πορρωτέρω τοῦ μέσου.
3 Τίθεται δὲ τὸ μέσον, ἔξω μὲν τῶν ἄκρων, πρῶτον δὲ τῇ θέσει.
4 Τέλειος μὲν οὖν οὐκ ἔσται συλλογισμὸς οὐδαμῶς ἐν τούτῳ τῷ σχήματι. 5 Δυνατὸς δ' ἔσται, καὶ καθόλου, καὶ μὴ καθόλου τῶν ὅρων ὄντων. 6 Καθόλου μὲν ὄντων τῶν ὅρων, ἔσται συλλογισμὸς, ὅταν τὸ μέσον τῷ μὲν, παντὶ, τῷ δὲ, οὐδενὶ ὑπάρχῃ· κἂν πρὸς ὁποτερονοῦν ᾖ τὸ στερητικόν. ἄλλως δὲ, οὐδαμῶς.
7 Κατηγορείσθω γὰρ τὸ μ, τοῦ μὲν ν μηδενὸς, τοῦ δὲ ξ παντός. ἐπεὶ οὖν ἀντιστρέφει τὸ στερητικὸν, οὐδενὶ τῷ μ ὑπάρξει τὸ ν· τὸ δέ γε μ, παντὶ τῷ ξ ὑπέκειτο· ὥστε τὸ ν, οὐδενὶ τῷ ξ· τοῦτο γὰρ δέδεικται πρότερον.

CVm [b] autem idem [c] partim omni, partim nulli ineſt; aut vtrique omni, aut *vtrique* nulli, huiuſcemodi figuram voco Secũdam [d]. 2 In qua medium appello, quod ambob⁹ *extremis* attribuitur. Extrema verò, *ea* de quibus hoc dicitur. maius extremũ, quod eſt ſitum prope mediũ. minus *extremum*, quod longiùs *abeſt* à medio. 3 Ponitur autem medium extra extrema, ac primũ ſitu. 4 Perfectus igitur ſyllogiſmus neutiquã erit in hac figura. 5 Eſſe autem *ſyllogiſmus* poterit, ſiue termini ſint vniuerſales, ſiue non vniuerſales. 6 Si vniuerſales ſint termini: *tunc* erit ſyllogiſmus, cùm mediũ partim omni, partim nulli inſit, vtrivis *extremo* adiiciatur negatio [e]. nullo autem alio modo *ſyllogiſmus* erit. 7 Attribuatur [f] enim τὸ μ nulli ν, & omni ξ. quoniam igitur *propoſitio* priuatiua conuertitur, τὸ ν inerit nulli μ. atqui τὸ μ ſupponebatur *ineſſe* omni ξ. quare τὸ ν *inerit* nulli ξ: hoc enim demonſtratum eſt antea.

a In hac figura vt fiat ſyllogiſmus vtilis, neceſſe eſt maiorẽ propoſitionem eſſe vniuerſalem, & minorem figurâ differre à maiori, (ideſt, vt minor affirmet, ſi maior neget: & retrò minor neget, ſi maior affirmet) & concluſionem eſſe negantem.


b Hæc definitio cõuenit tantùm modis vniuerſalibus tã vtilibus, quàm inutilibus. vtiles ſunt, cùm medius terminus de altero extremo affirmatur, de altero negatur: reliqui ſunt inutiles.

c Id eſt, medius terminus.

d Cùm medius terminus præcipuè ſpectetur in ſyllogiſmis, quoniam in eo tota vis probãdi conſiſtit, & attributum ſit prius ſubiecto: rectè ſecundam figuram vocat, in qua medius termin⁹ attribuitur vtrique extremo: tertiã, in qua ſubiicitur.

e Id eſt vtravis propoſitio neget, dummodò altera affirmet.

f *Primus modus vtilis* ex maiore propoſitione vniuerſali negante, & minore vniuerſali affirmãte, qui vulgò appellatur *Ceſare*, ac reducitur ad primam figuram, id eſt ad Celarent (vt oſtendit litera C) per ſimplicem conuerſionẽ maioris propoſitionis, vt indicat litera ſ.



μ, medius terminus.
ν, maius extremum.
ξ, minus extremum.
μν, maior propoſitio.
μξ, minor propoſitio.
νξ, concluſio.
Eodem modo hæc accipi debent in toto hoc capite.


Ceſ	Nullus lapis eſt animal:		*Ce*	Nullum animal eſt lapis:
a	Omnis homo eſt animal:		*la*	Omnis homo eſt animal: Ergo
re	Ergo Nullus homo eſt lapis.		*rent*	Nullus homo eſt lapis.

a *Secundus modus vtilis* ex maiore vniuerſali affirmãte, & minore vniuerſali negãte. vulgò vocatur *Cameſtres.* & reducitur ad primã figuram, id eſt ad Ceſare (vt oſtendit litera C) per ſimplicem conuerſioné minoris propoſitionis, & concluſionis, (vt oſtendunt literę ſſ) & *μετάθεσιν* id eſt tranſpoſitionem propoſitionũ, ita vt fiat ex maiore minor, & ex minore maior, vt indicat litera m.

b Id eſt eadem cõcluſio, nullum ξ eſt ν. ſyllogiſmus hic accipitur pro cõcluſione, vt & alibi.

8 Rurſus [a] ſi τὸ μ *inſit* omni ν, & nulli ξ: etiã τὸ ξ inerit nulli ν. nã ſi τὸ μ ineſt nulli ξ, etiam τὸ ξ inerit nulli μ: atqui τὸ μ inerat omni ν: ergo τὸ ξ nulli ν inerit. facta eſt enim iterum prima figura. quia verò *propoſitio* priuatiua cõuertitur, etiam τὸ ν inerit nulli ξ. quare erit idem ſyllogiſmus [b].

8 Πάλιν εἰ τὸ μ, τῷ μὲν ν παντὶ, τῷ δὲ ξ μηδενί· οὐδὲ τὸ ξ τῷ ν οὐδενὶ ὑπάρξει. εἰ γὰρ τὸ μ οὐδενὶ τῷ ξ, οὐδὲ τὸ ξ οὐδενὶ τῷ μ ὑπάρξει· τὸ δέ γε μ παντὶ τῷ ν ὑπῆρχε· τὸ ἄρα ξ οὐδενὶ τῷ ν ὑπάρξει. γεγένηται γὰρ πάλιν τὸ πρῶτον σχῆμα. ἐπεὶ δὲ ἀντιστρέφει τὸ στερητικὸν, οὐδὲ τὸ ν οὐδενὶ τῷ ξ ὑπάρξει. ὥστε ἔσται ὁ αὐτὸς συλλογισμός.




Cam	Omnis homo eſt animal:	X	*Ce*	Nullum animal eſt lapis:
eſ	Nullus lapis eſt animal:		*la*	Omnis homo eſt animal: Ergo
tres	Nullus lapis eſt homo.		*rent*	Nullus homo eſt lapis.

c Id eſt, hi ſyllogiſmi in duab. præcedẽtib. partic. expoſiti, confirmari poſſunt.

9 Hæc probare licet [c] etiam deductione ad impoſſibile.

9 Ἔστι δὲ δεικνύναι ταῦτα καὶ εἰς τὸ ἀδύνατον ἀπάγοντας.

Ceſ	Nullus lapis eſt animal:		*Fe*	Nullus lapis eſt animal:
a	Omnis homo eſt animal:		*ri*	Aliquis homo eſt lapis: Ergo
re	Ergo Nullus homo eſt lapis.		*o*	Aliquis homo non eſt animal.



Cam	Omnis homo eſt animal:		*Da*	Omnis homo eſt animal:
eſ	Nullus lapis eſt animal:		*ri*	Aliquis lapis eſt homo:
	Ergo			Ergo
tres	Nullus lapis eſt homo.		*i*	Aliquis lapis eſt animal.




10 Ὅτι μὲν οὖν γίνεται συλλογισμὸς οὕτως ἐχόντων τῶν ὅρων, φανερὸν, ἀλλ' οὐ τέλειος· οὐ γὰρ μόνον ἐκ τῶν ἐξ ἀρχῆς, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἄλλων ἐπιτελεῖται τὸ ἀναγκαῖον. 11 Ἐὰν δὲ τὸ μ παντὸς τοῦ ν, καὶ τοῦ ξ κατηγορῆται, οὐκ ἔσαι συλλογισμός. ὅροι τοῦ ὑπάρχειν, οὐσία, ζῶον, ἄνθρωπος· τοῦ μὴ ὑπάρχειν, οὐσία, ζῶον, λίθος· μέσον, οὐσία.

10 Perſpicuũ igitur *eſt*, terminis ita conſtitutis ſyllogiſmum fieri, non tamen perfectum: quia non ex iis [a] tantùm, quæ ab initio *ſumpta ſunt*, ſed ex aliis quoque perficitur *colligendi vis & ne*ceſſitas. 11 At [b] ſi τὸ μ attribuitur omni ν, & *omni* ξ: non erit ſyllogiſmus. Termini *concluſionis* affirmantis, ſubſtantia, animal, homo: negantis, ſubſtantia, animal, lapis. medium *eſt* Subſtãtia.

a Intelligit propoſitiones. cùm enim confirmãtur ſyllogiſmi ſuprà expoſiti: id fit ſumptis nouis propoſitionibus, aut ſaltem noua propoſitione, nõ tamen accepto nouo aliquo termino.

b *Primus modus inutilis* ex ambabus propoſitionibus vniuerſalibus affirmantibus.




a Omne animal eſt ſubſtantia:
a Omnis homo eſt ſubſtantia:
a Omnis homo eſt animal.

a Omne animal eſt ſubſtantia:
a Omnis lapis eſt ſubſtantia:
e Nullus lapis eſt animal.

12 Οὐδ' ὅταν μήτε τοῦ ν, μήτε τοῦ ξ μηδενὸς κατηγορῆται τὸ μ. ὅροι τοῦ ὑπάρχειν, γραμμὴ, ζῶον, ἄνθρωπος. τοῦ μὴ ὑπάρχειν, γραμμὴ, ζῶον, λίθος.

12 Neque [c] *tunc erit ſyllogiſmus*, cùm τὸ μ nulli ν, & nulli ξ attribuitur. Termini *concluſionis* affirmantis, linea, animal, homo: negantis, linea, animal, lapis.

c *Secundus modus inutilis* ex vtraque propoſitione vniuerſali negãte.



e Nullum animal eſt linea:
e Nullus homo eſt linea:
a Omnis homo eſt animal.

e Nullum animal eſt linea:
e Nullus lapis eſt linea:
e Nullus lapis eſt animal.

13 Φανερὸν οὖν, ὅτι ἂν ᾖ συλλογισμὸς, καθόλου τῶν ὅρων ὄντων, ἀνάγκη τοὺς ὅρους ἔχειν ὡς ἐν ἀρχῇ εἴπομεν· ἄλλως γὰρ ἐχόντων, οὐ γίνεται τὸ ἀναγκαῖον. 14 Ἐὰν δὲ πρὸς τὸν ἕτερον ᾖ καθόλου τὸ μέσον· ὅταν μὲν πρὸς τὸν μείζω γένηται καθόλου, ἢ κατηγορικῶς, ἢ στερητικῶς· πρὸς τὸν ἐλάττω δὲ, κατὰ μέρος τε, καὶ ἀντικειμένως τῷ καθόλου·

13 Perſpicuũ igitur *eſt*, ſi ſit ſyllogiſmus terminis vniuerſaliter poſitis, neceſſe *eſſe*, vt termini *ita ſe* habeant [d] vt initio [e] diximus. *his* enim aliter conſtitutis, nulla eſt *cõcludẽdi* neceſſitas. 14 Quòd ſi medium ad alterũ *dũtaxat extremum* vniuerſaliter *affectum* ſit: cùm maiori extremo adiicitur vniuerſale, ſiue attributiuè, ſiue priuatiuè [f]; minori autẽ *extremo* particulare oppoſitũ vniuerſali:

d Id eſt, vt altera propoſitio ſit affirmans, altera negans.
e Partic. 6.

f Id eſt, cùm maior propoſitio eſt vniuerſalis, ſiue affirmãs ſiue negans.


(oppoſitum appello, ſi vniuerſale *ſit* priuatiuum, particulare affirmatiuum. ſi verò vniuerſale *ſit* attributiuum, particulare priuatiuum) neceſſe *eſt*, fieri ſyllogiſmum priuatiuum in parte [a].

15 Nam[b] ſi τὸ μ ineſt nulli ν, & cuidam ξ: neceſſe *eſt*, τὸ ν alicui ξ non ineſſe. cùm enim *propoſitio* priuatiua conuertatur, τὸ ν inerit nulli μ: atqui τὸ μ ſupponebatur cuidam ξ ineſſe: quare τὸ ν cuidã ξ nõ inerit. fit enim ſyllogiſmus in prima figura.

(λέγω δὲ τὸ ἀντικειμένως· εἰ μὲν τὸ καθόλου, στερητικὸν, τὸ ἐν μέρει, καταφατικόν· εἰ δὲ κατηγορικὰ τὸ καθόλου, τὸ ἐν μέρει, στερητικὸν) ἀνάγκη γίνεσθαι συλλογισμὸν στερητικὸν κατὰ μέρος. 15 Εἰ γὰρ τὸ μ, τῷ μὲν ν μηδενὶ, τῷ δὲ ξ τινὶ ὑπάρχει· ἀνάγκη, τὸ ν τινὶ τῷ ξ μὴ ὑπάρχειν. ἐπειδὴ γὰρ ἀντιστρέφει τὸ στερητικὸν, οὐδενὶ τῷ μ ὑπάρξει τὸ ν· τὸ δέ γε μ ὑπέκειτο τινὶ τῷ ξ ὑπάρχειν· ὥστε τὸ ν τινὶ τῷ ξ οὐχ ὑπάρξει· γίνεται γὰρ συλλογισμὸς διὰ τοῦ πρώτου σχήματος.

a Id eſt, colligi cõcluſionem negantem particularem.

b *Tertius modus vtilis* ex maiore propoſitione vniuerſali negante, & minore particulari affirmãte. vulgò *Feſtino*. reducitur autem ad primam figuram, id eſt ad Ferio, (vt apparet ex litera F) per ſimplicem conuerſionem maioris propoſitionis, vt intelligitur ex litera ſ.




Feſ	Nullum expetendum eſt malum:	*Fe*	Nullum malum eſt expetendum:
ti	Aliqua voluptas eſt mala: Ergo	*ri*	Aliqua voluptas eſt mala: Ergo
no	Aliqua voluptas nõ eſt expetẽda.	*o*	Aliqua voluptas non eſt expetenda.

16 Rurſus[c] ſi τὸ μ omni ν *inſit*, & cuidam ξ nõ inſit: neceſſe *eſt*, τὸ ν cuidam ξ non ineſſe. nam ſi omni inſit, cùm τὸ μ attribuatur omni ν, neceſſe *eſt* τὸ μ ineſſe omni ξ. verùm ſupponebatur cuidã nõ ineſſe. Et ſi τὸ μ inſit omni ν, & nõ omni ξ: erit ſyllogiſmus, *quo colligetur* nõ omni ξ *ineſſe* τὸ ν. demonſtratio verò *eſt* eadem.

16 Πάλιν, εἰ τὸ μὲν μ, παντὶ τῷ ν, τῷ δὲ ξ τινὶ μὴ ὑπάρχει, ἀνάγκη τὸ ν τινὶ τῷ ξ μὴ ὑπάρχειν· εἰ γὰρ παντὶ ὑπάρχει, κατηγορεῖται δὲ καὶ τὸ μ παντὸς τοῦ ν, ἀνάγκη τὸ μ παντὶ τῷ ξ ὑπάρχειν· ὑπέκειτο δὲ τινὶ μὴ ὑπάρχειν. καὶ εἰ τὸ μ, τῷ μὲν ν παντὶ ὑπάρχει, τῷ δὲ ξ μὴ παντὶ ἔσται συλλογισμὸς, ὅτι οὐ παντὶ τῷ ξ τὸ ν. ἀπόδειξις δὲ ἡ αὐτή.

c *Quartus modus vtilis* ex maiore vniuerſali affirmante, & minore particulari negante. vulgò *Baroco* nuncupatur: & reducitur ad primã figurã, id eſt ad Barbara (vt indicat litera B) per deductionẽ ad incommodũ, (vt oſtendit litera C) quæ fit acceptis maiore propoſitione & contradictione cõcluſionis: vnde colligitur cõtradictio minoris iã conceſſæ.



Bar Omne bonum eſt expetendum:
oc Non omnis voluptas eſt expetenda:

Ergo

o Non omnis voluptas eſt bona.



Bar Omne bonum eſt expetendum:
ba Omnis voluptas eſt bona:


Ergo

ra Omnis voluptas eſt expetenda.

17 Ἐὰν δὲ τῷ μὲν ξ παντός, τῷ δὲ ν μὴ παντὸς κατηγορῆται τὸ μ, οὐκ ἔσται συλλογισμός. ὅροι τοῦ ὑπάρχειν, ζῷον, οὐσία, κόραξ· τοῦ μὴ ὑπάρχειν, ζῷον, λευκόν, κόραξ.

17 At[a] ſi τὸ μ attribuatur omni ξ, & non omni ν: non erit ſyllogiſmus. Termini *concluſionis* affirmantis, animal, ſubſtãtia, coruus: negantis, animal, album, coruus.

a *Tertius modus inutilis* ex maiore particulari negante, & minore vniuerſali affirmante.




o Non omnis ſubſtantia eſt animal:
a Omnis coruus eſt animal:
a Omnis coruus eſt ſubſtantia.

o Non omne album eſt animal:
a Omnis coruus eſt animal:
e Nullus coruus eſt albus.

18 Οὐδ' ὅταν τῷ μὲν ξ μηδενός, τῷ δὲ ν τινός. ὅροι τοῦ ὑπάρχειν, ζῷον, οὐσία, λίθος· τοῦ μὴ ὑπάρχειν, ζῷον, οὐσία, ἐπιστήμη.

18 Neque[b] *item erit ſyllogiſmus*, cùm *attribuitur* nulli ξ, & alicui ν. Termini *concluſionis* affirmantis, animal, ſubſtantia, lapis: negãtis, animal, ſubſtãtia, ſciẽtia.

b *Quartus modus inutilis* ex maiore particulari affirmante, & minore vniuerſali negante.




i Aliqua ſubſtantia eſt animal:
e Nullus lapis eſt animal:
a Omnis lapis eſt ſubſtantia.

i Aliqua ſubſtantia eſt animal:
e Nulla ſcientia eſt animal:
e Nulla ſcientia eſt ſubſtantia.

19 Ὅταν μὲν οὖν ἀντικείμενον ᾖ τὸ καθόλου τῷ κατὰ μέρος, εἴρηται πότ' ἔσται, καὶ πότ' οὐκ ἔσται συλλογισμός. 20 Ὅταν δὲ ὁμοιοσχήμονες ὦσιν αἱ προτάσεις, οἷον ἀμφότεραι στερητικαὶ ἢ καταφατικαί, οὐδαμῶς ἔσται συλλογισμός. 21 Ἔστωσαν γὰρ πρῶτον στερητικαί, καὶ τὸ καθόλου κείσθω πρὸς τὸ μεῖζον ἄκρον· οἷον, τὸ μ τῷ μὲν ν μηδενί, τῷ δὲ ξ τινὶ μὴ ὑπαρχέτω· ἐνδέχεται δὴ καὶ παντὶ καὶ μηδενὶ τῷ ξ τὸ ν ὑπάρχειν. ὅροι τοῦ μὲν μηδενὶ ὑπάρχειν, μέλαν, χιών, ζῷον.

19 Cùm igitur particulare *eſt* oppoſitu vniuerſali, dictũ eſt, quãdo erit, & quando non erit ſyllogiſmus. 20 Cùm autẽ figurâ ſimiles ſunt propoſitiones, vt ambæ priuatiuæ, aut affirmatiuæ: neutiquã erit ſyllogiſm⁹. 21 Primũ[c] .n. ſint priuatiuę, & vniuerſale adiũgatur maiori extremo: vt τὸ μ nulli ν *inſit*, & cuidã ξ nõ inſit: accidit ergo, vt τὸ ν & omni & nulli ξ inſit. Termini *cõcluſionis* nulli ineſſe, nigrũ, nix, animal.


c *Quintus modus inutilis* ex maiore vniuerſali & minore particulari negantibus.




e Nulla nix eſt nigra:
o Aliquod animal non eſt nigrum:
e Nullum animal eſt nix.

Termini autem *cõcluſionis* omni ineſſe, accipi nequeũt, ſi τὸ μ cuidam ξ ineſt, cuidam non *ineſt*. Nam ſi τὸ ν *ineſt* omni ξ, ac τὸ μ nulli ν: certè τὸ μ nulli ξ inerit. verùm ſupponebatur cuidam ineſſe. Sic igitur termini accipi non poſſunt.

Τοῦ δὲ παντὶ ὑπάρχειν, οὐκ ἔστι λαβεῖν ὅρους, εἰ τὸ μ τῷ ξ τινὶ μὲν ὑπάρχει, τινὶ δὲ μή. εἰ γὰρ παντὶ τῷ ξ τὸ ν, τὸ δὲ μ μηδενὶ τῷ ν, τὸ μ οὐδενὶ τῷ ξ ὑπάρξει. ἀλλ' ὑπέκειτο τινὶ ὑπάρχειν. οὕτω μὲν οὖν οὐκ ἐγχωρεῖ λαβεῖν ὅρους.



e Nullus cygnus eſt niger:
i Quædam auis eſt nigra:
a Omnis auis eſt cygnus.



Ce- Nullus cygnus eſt niger:
la- Omnis auis eſt cygnus:
Ergo
rent Nulla auis eſt nigra.

Sed ex indefinito [a] oſtendẽdum *eſt*. nã quia verè dicitur τὸ μ cuidam ξ non ineſſe, etiam ſi nulli inſit [b]: cùm autem nulli ineſt, nõ erat [c] ſyllogiſmus: perſpicuum *eſt*, etiam in præſentia non fore ſyllogiſmum. 22 Rurſus [d] ſint attributiuæ [e] *ambæ propoſitiones*, & vniuerſale ſimiliter ponatur, [f] vt τὸ μ inſit omni ν, & alicui ξ. accidit ergo, vt τὸ ν inſit & omni & nulli ξ. Termini *concluſionis* nulli ineſſe, album, cygnus, lapis.

a Vide quæ notaui ad part. 21. capitis præced.

b Simul enim veræ ſunt vniuerſalis propoſitio negans & particularis negans.


c Vide part. 12.

d *Sextus modus inutilis* ex maiore vniuerſali & minore particulari affirmantibus.

e Id eſt affirmãtes.

f Id eſt, maior propoſitio ſit vniuerſalis: minor, particularis.

Ἐκ δὲ τοῦ ἀδιορίστου δεικτέον. ἐπεὶ γὰρ ἀληθεύεται τὸ, τινὶ μὴ ὑπάρχειν τὸ μ τῷ ξ, καὶ εἰ μηδενὶ ὑπάρχει, μηδενὶ δὲ ὑπάρχοντος, οὐκ ἦν συλλογισμός· φανερὸν ὅτι οὐδὲ νῦν ἔσται. 22 Πάλιν ἔστωσαν κατηγορικαὶ, καὶ τὸ καθόλου κείσθω ὁμοίως· οἷον, τὸ μ τῷ μὲν ν παντὶ, τῷ δὲ ξ τινὶ ὑπαρχέτω. ἐνδέχεται δὴ τὸ ν τῷ ξ καὶ παντὶ καὶ μηδενὶ ὑπάρχειν. ὅροι τοῦ μηδενὶ ὑπάρχειν, λευκὸν, κύκνος, λίθος.




a Omnis cygnus eſt albus:
i Aliquis lapis eſt albus:
e Nullus lapis eſt cygnus.

Cõcluſionis omni *ineſſe* accipi nõ poſſunt ob eam ipſam cauſam, quam antea diximus.

Τοῦ δὲ παντὶ, οὐκ ἔσται λαβεῖν διὰ τὴν αἰτίαν, ἥνπερ πρότερον ἔφαμεν.

album



a Omnis cygnus eſt albus:. — *Bar* Omnis cygnus eſt albus:

o Quædam auis non eſt alba: — *ba* Omnis auis eſt cygnus:




Ergo

a Omnis auis eſt cygnus. — *ra* Omnis auis eſt alba.

Ἀλλ' ἐκ τοῦ ἀδιορίστου δεικτέον. 23 Εἰ δὲ τὸ καθόλου πρὸς τὸ ἔλαττον ἄκρον ἐστί, καὶ τὸ μ τῷ μὲν ξ μηδενὶ, τῷ δὲ ν τινὶ μὴ ὑπάρχει, ἐνδέχεται τὸν τῷ ξ καὶ παντὶ, καὶ μηδενὶ ὑπάρχειν. ὅροι τοῦ ὑπάρχειν, λευκὸν, ζῶον, κόραξ. τοῦ μὴ ὑπάρχειν, λευκὸν, λίθος, κόραξ.

Sed ex indefinito oſtendendum *eſt*[a]. 23 Quòd[b] ſi vniuerſale minori extremo *iunctũ* ſit[c], & τὸ μ nulli ξ *inſit*, & cuidã ν nõ inſit: accidit vt τὸ ν inſit & omni & nulli ξ. Termini *cõcluſionis omni* ineſſe, albũ, animal, coruus: *Concluſionis* non ineſſe, album, lapis, coruus.




o Aliquod animal non eſt album:
e Nullus coruus eſt albus:
a Omnis coruus eſt animal.

o Aliquis lapis non eſt albus:
e Nullus coruus eſt albus:
e Nullus coruus eſt lapis.

24 Εἰ δὲ κατηγορικαὶ αἱ προτάσεις, ὅροι τοῦ μὴ ὑπάρχειν, λευκὸν, ζῶον, χιών· τοῦ ὑπάρχειν, λευκὸν, ζῶον, κύκνος.

24 Si[d] verò attributiuæ *ſint* propoſitiones, termini *concluſionis* non ineſſe, *ſint hi*, album, animal, nix: *Concluſionis* ineſſe, album, animal, cygnus.



i Aliquod animal eſt album:
a Omnis nix eſt alba:
e Nulla nix eſt animal.

i Aliquod animal eſt album:
a Omnis cygnus eſt albus:
a Omnis cygnus eſt animal.

25 Φανερὸν οὖν ὅταν ὁμοιοσχήμονες ὦσιν αἱ προτάσεις καὶ ἡ μὲν, καθόλου, ἡ δὲ, ἐν μέρει· ὅτι οὐδαμῶς γίνεται συλλογισμός.

25 Perſpicuum igitur *eſt*, quãdo propoſitiones ſunt figurã ſimiles; & altera eſt vniuerſalis, altera particularis; nullo modo fieri ſyllogiſmum.

a Nam minoris propoſitionis particularis affirmãtis incerta eſt veritas: id eſt, incertum eſt, vtrùm ſit vera in parte tantũ, an etiã vniuerſaliter: at ſi ſumatur vniuerſalis, non eſt ſyllogiſmus, vt probatũ fuit in part. 11. ergo nec ſi ſumatur in parte, ſyllogiſmus vtilis eſt.

b *Septimus modus inutilis* ex maiore particulari & minore vniuerſali negantibus.


c Si minor propoſitio ſit vniuerſalis.

d *Octauus modus inutilis* ex maiore particulari & minore vniuerſali affirmantibus.

a *Varij modi inutiles ex vtraque propoſitione particulari, vel vtraque indefinita; vel altera particulari, altera indefinita.*

26 Neque [a] itē *erit ſyllogiſmus*, ſi vtrique alicui inſit, vel nō inſit: vel partim cuidam *inſit*, partim nō: vel neutri omni, vel indefinitè. Termini cōmunes omniū, album, animal, homo: album, animal, inanimatum.

26 Ἀλλ᾽ οὐδ᾽ εἴ τινι ἑκατέρῳ ὑπάρχει, ἢ μὴ ὑπάρχει, ἢ τῷ μὲν τινὶ, τῷ δὲ μὴ, ἢ μηδετέρῳ παντὶ, ἢ ἀδιορίστως. ὅροι δὲ κοινοὶ πάντων, λευκὸν, ζῷον, ἄνθρωπος· λευκὸν, ζῷον, ἄψυχον.



ei [Aliquod] animal {est / non est} album:

ei [Aliquis] homo {est / non est} albus:

a Omnis homo eſt animal.

ei [Aliquod] animal {est / non est} album:

ei [Aliquod] inanimatū {est / non est} album:

e Nullum inanimatum eſt animal.

b Id eſt, ſi maior propoſitio ſit vniuerſalis, & minor propoſitio figurā differat à maiori.

c Propoſitionibus.

d Reſpicit ad deductionē quæ fit ad primam figuram per conuerſionē terminorum: quæ conuerſio dicitur in terminis neceſſariò ineſſe: quia qui concedit aliquā propoſitionem, cogitur neceſſariò cōcedere alteram propoſitionem quæ fit per eius conuerſionem, vt ꝓbatū fuit cap. 2.

e In deductione ad impoſſibile ſumimus oppoſitam concluſioni, tamquàm hypotheſim, quam deſtruimus, dum ex ea oſtēdimus colligi aliquid impoſſibile.

f In hac figura vt ſyllogiſmus rectè extruatur, neceſſe eſt, vt minor affirmet, & vtraque vel alterutra propoſitio ſit vniuerſalis, concluſio autē particularis.

27 Ex dictis igitur perſpicuū *eſt*, ſi termini ita inter ſe affecti ſint [b] vt diximus, neceſſariò fieri ſyllogiſmum: & ſi ſit ſyllogiſmus, neceſſe *eſſe* vt termini ita affecti ſint.

28 Manifeſtum *eſt* etiā, omnes ſyllogiſmos, qui fiunt in hac figura, eſſe imperfectos: omnes enim perficiūtur adſumptis quibuſdā [c], quæ vel in terminis neceſſariò inſunt [d], vel ponuntur tamquā hypotheſes [e], vt cùm demonſtramus per impoſſibile.

29 Item non fieri ſyllogiſmum affirmatiuum in hac figura, ſed omnes *fieri* priuatiuos, tam vniuerſales, quàm particulares.

27 Φανερὸν οὖν ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι ἐάν τε οὕτως ἔχωσιν οἱ ὅροι πρὸς ἀλλήλοις ὡς ἐλέχθη, γίνεται συλλογισμὸς ἐξ ἀνάγκης· ἄν τε ᾖ συλλογισμὸς, ἀνάγκη τοὺς ὅρους οὕτως ἔχειν. 28 Δῆλον δὲ καὶ ὅτι πάντες ἀτελεῖς εἰσὶν οἱ ἐν τούτῳ τῷ σχήματι συλλογισμοί· πάντες γὰρ ἐπιτελειοῦνται προσλαμβανομένων τινῶν, ἃ ἢ ἐνυπάρχει τοῖς ὅροις ἐξ ἀνάγκης, ἢ τίθενται ὡς ὑποθέσεις, οἷον ὅταν διὰ τοῦ ἀδυνάτου δεικνύωμεν. 29 Καὶ ὅτι οὐ γίνεται καταφατικὸς συλλογισμὸς διὰ τούτου τοῦ σχήματος· ἀλλὰ πάντες στερητικοὶ, καὶ οἱ καθόλου, καὶ οἱ κατὰ μέρος.

De ſyllogiſmis ex puris propoſitionibus in tertia figura [f]. Cap. VI.

1 ¶ Cōmunia de ſyllogiſmis tertiæ figuræ. Definitio huius figuræ ſupta à modis vniuerſalibus. 2 Definitio mediū, & extremorū. 3 De loco medij termini. 4 De imperfectione horū ſyllogiſmorū. 5 ¶ Diuiſio in ſyllogiſmos vniuerſales & particulares. 6 ¶ De ſyllogiſmis ex ambabus propoſitionibus vniuerſalibus. Si ambæ affirmēt. 7 Si maior neget, minor affirmet. 8 Si maior affirmet, minor neget. 9 Si ambæ negēt. 10 Epilogus. 11 ¶ De ſyllogiſmis ex altera propoſitione vniuerſali, altera particulari. Si vtraque affirmet: 12 & maior ſit particularis, minor vniuerſalis: 13 vel maior vniuerſalis, minor particularis. 14 Cōfirmatio eorū quæ in proximis particulis dicta fuerūt. 15 Si maior neget in parte, minor affirmet vniuerſaliter. 16 Si maior affirmet vniuerſaliter, minor neget in parte. 17 Si maior vniuerſaliter neget, minor in parte affirmet. 18 Si maior in parte affirmet, minor vniuerſaliter neget. 19 Si vtraque propoſitio neget: & maior ſit particularis, minor vniuerſalis: 20 vel maior vniuerſalis, minor particularis. 21 ¶ De ſyllogiſmis inutilibus ex ambabus propoſitionibus particularibus, vel indefinitis, &c.

tis, vel altera particulari, altera indefinita. 22 ¶ *Epilogus.* 23 ¶ *Corollaria. De imperfectione horum ſyllogiſmorum.* 24 *De concluſione.*

Ὅταν δὲ τῷ αὐτῷ, τὸ μὲν, παντὶ τὸ δὲ, μηδενὶ ὑπάρχῃ· ἢ ἄμφω παντὶ, ἢ μηδενί· τὸ μὲν σχῆμα τὸ τοιοῦτον καλῶ τρίτον. 2 Μέσον δ' ἐν αὐτῷ λέγω, καθ' οὗ ἄμφω κατηγορούμενα· ἄκρα δὲ, τὰ κατηγορούμενα· μεῖζον δ' ἄκρον, τὸ πορρώτερον τοῦ μέσου· ἔλαττον δὲ, τὸ ἐγγύτερον. 3 Τίθεται δὲ τὸ μέσον, ἔξω μὲν τῶν ἄκρων, ἔσχατον δὲ τῇ θέσει. 4 Τέλειος μὲν οὖν οὐ γίνεται συλλογισμὸς οὐδὲ ἐν τούτῳ τῷ σχήματι. 5 Δυνατὸς δ' ἔσται, καὶ καθόλου καὶ μὴ καθόλου τῶν ὅρων ὄντων πρὸς τὸ μέσον. 6 Καθόλου μὲν οὖν ὄντων τῶν ὅρων, ὅταν καὶ τὸ π καὶ τὸ ρ παντὶ τὸ σ ὑπάρχει, ἔσται συλλογισμὸς ὅτι τινὶ τῷ ρ τὸ π ὑπάρξει ἐξ ἀνάγκης. ἐπεὶ γὰρ ἀντιστρέφει τὸ κατηγορικὸν, ὑπάρξει τὸ σ τινὶ τῷ ρ. ὥστ' ἐπεὶ τῷ μὲν σ παντὶ τὸ π, τῷ δὲ ρ τινὶ τὸ σ, ἀνάγκη τὸ π τινὶ τῷ ρ ὑπάρχειν· γίνεται γὰρ συλλογισμὸς διὰ τοῦ πρώτου σχήματος.

CVm autem eidē ineſt aliud quidē omni, aliud verò nulli, vel ambo omni, vel *ambo* nulli: huiuſcemodi figuram appello Tertiam. 2 In qua mediū voco *id* cui ambo attribuimus. extrema verò, quæ attribuuntur. maius autem extremum, quod longiùs *abeſt* à medio: minus, quod propiùs *accedit*. 3 Ac medium ponitur quidem extra extrema, vltimū autē poſitione *ſeu ſitu*. 4 Perfectus igitur ſyllogiſmus neque in hac figura fit [a]. 5 Eſſe autē *ſyllogiſmus* poterit terminis tā vniuerſaliter quā nō vniuerſaliter medio [b] iūctis. 6 Terminis igitur vniuerſaliter poſitis, cū [c] & τὸ π & τὸ ρ ineſt omni σ, ſyllogiſmus erit *quo* neceſſariò *colligetur* τὸ π ineſſe alicui ρ. cùm.n. *pronunciatū* attributiuū cōuertatur, inerit τὸ σ alicui ρ. quare cùm τὸ π inſit omni σ, & τὸ σ alicui ρ: neceſſe eſt, τὸ π ineſſe alicui ρ. fit enim ſyllogiſm⁹ in prima figura.

CAP. VI.


a Quoniam omnes perficiuntur adsūptis quibuſdam propoſitionibus, vt apparebit ex ſequētibus, & concludetur in part. 11.

b Medio termino.

c *Primus modus* 3 *tiiu* ex vtraque propoſitione vniuerſali affirmante colligit particularem affirmantem: vulgò vocatur *Darapti:* ac reducitur ad Darij (vt indicat litera D) per conuerſionē minoris propoſitionis in particularem, vt oſtēdit litera p.

d Quia accepta contradictione concluſionis, & altera propoſitione, colligetur cōcluſio contraria alteri propoſitioni iam conceſſæ. itaque ſi negemus hunc modum eſſe vtilem, incidim⁹ in hanc abſurditatem, vt concedamus effata contraria, eſſe ſimul vera.

e Hæc deductio fit in prima figura ex contradictione cōcluſionis, & ex minori propoſitione: vnde colligitur cōtraria maiori.



π, *maius extremum,*
ρ, *minus extremum.*
σ, *medius terminus.*
πσ, *maior propoſitio.*
ρσ, *minor propoſitio.*
πρ, *Concluſio.*
Hæc ita in toto hoc capite accipi debent.

Dar Omnis homo eſt rationalis:
ap Omnis homo eſt animal:
ti Ergo Aliquod animal eſt rationale.

Da Omnis homo eſt rationalis:
ri Aliquod animal eſt homo: Ergo
i Aliquod animal eſt rationale.

Ἔστι δὲ καὶ διὰ τοῦ ἀδυνάτου, καὶ τῷ ἐκθέσθαι, ποιεῖν τὴν ἀπόδειξιν.

Poteſt etiā demōſtratio fieri per impoſſibile [d], & p expoſitionē.

Deductio [e] *ad impoſſibile.*

Dar Omnis homo eſt rationalis:

ap Omnis homo eſt animal:

Ergo

ti Aliquod animal eſt rationale.



Ce Nullū animal eſt rationale.

la Omnis homo eſt animal:


Ergo

rent Nullus homo eſt rationalis.

Altera deductio[a] ad impoſsibile.

a Hæc deductio fit in ſecunda figura ex negatione concluſionis, & maiore propoſitione: vnde cõcluditur contraria minori.


Dar Omnis homo eſt rationalis:
ap Omnis homo eſt animal:
Ergo
ti Aliquod animal eſt rationale.



ceſ Nullũ animal eſt rationale:
a Omnis homo eſt rationalis:
Ergo
tre Nullus homo eſt animal.

Nam cùm vtraque inſint omni σ, ſi ſumatur aliquid τῶν σ, veluti τὸ ν: huic & τὸ π & τὸ ρ inerit. quare alicui ρ τὸ π inerit.


Εἰ γὰρ ἄμφω παντὶ τῷ σ ὑπάρχει, ἂν ληφθῇ τι τῶν σ, οἷον τὸ ν, τούτῳ καὶ τὸ π καὶ τὸ ρ ὑπάρξει· ὥστε τινὶ τῷ ρ τὸ π ὑπάρξει.



b *Secundus modus vtilis* ex maiori propoſitione vniuerſali negante, & minori vniuerſali affirmante: qui vulgò appellatur *Felapton*: & reducitur ad primam figuram (id eſt ad Ferio, vt apparet ex litera F) per conuerſionem minoris propoſitionis, ita vt euadat particularis, quemadmodum oſtẽdit litera p.

7 Et[b] ſi τὸ ρ omni σ, τὸ π nulli σ inſit: erit ſyllogiſmus, *quo* neceſſariò *colligetur* τὸ π cuidam ρ non ineſſe. idem enim erit demõſtrationis modus conuerſa propoſitione ρσ.

7 Καὶ ἂν τὸ μὲν ρ παντὶ τῷ σ, τὸ δὲ π μηδενὶ ὑπάρχει, ἔσται συλλογισμός, ὅτι τὸ π τινὶ τῷ ρ οὐχ ὑπάρξει, ἐξ ἀνάγκης. ὁ γὰρ αὐτὸς τρόπος ἔσται τῆς ἀποδείξεως, ἀντιστραφείσης τῆς ρσ προτάσεως.



Fel Nullus homo eſt equus: —— *Fe* Nullus homo eſt equus:
ap Omnis homo eſt animal: —— *ri* Aliquod animal eſt homo:
Ergo —— Ergo
ton Aliquod animal nõ eſt equ⁹. —— *o* Aliquod animal nõ eſt equus.


Probari etiam poteſt per impoſſibile, vt in prioribus *ſyllogiſmis factum eſt.*

Δειχθείη δ᾽ ἂν καὶ διὰ τοῦ ἀδυνάτου, καθάπερ ἐπὶ τῶν προτέρων.

Deductio[c] ad incommodum.

c Ex cõtradictione concluſionis, & minore propoſitione: vnde in prima figura colligitur cõtraria maiori.

Fel Nullus homo eſt equus:
ap Omnis homo eſt animal:
Ergo
ton Non omne aïal eſt equus.




Bar Omne animal eſt equus:
ba Omnis homo eſt animal:
Ergo
ra Omnis homo eſt equus.

Alter

Altera deductio[a].

Fel Nullus homo eſt equus:
ap Omnis homo eſt animal:
Ergo
ton Non omne animal eſt equus.




Cam Omne animal eſt equus:
eſ Nullus homo eſt equus:
Ergo
tres Nullus homo eſt animal.

a Ex contradictione concluſionis, & maiore propoſitione: vnde in ſecunda figura colligitur contraria minori.

8 Ἐὰν δὲ τὸ μὲν ρ μηδενὶ, τὸ δὲ π παντὶ ὑπάρχῃ τῷ σ, οὐκ ἔσται συλλογισμός. ὅροι τοῦ ὑπάρχειν, ζῶον, ἵππος, ἄνθρωπος· τοῦ μὴ ὑπάρχειν, ζῶον, ἄψυχον, ἄνθρωπος.

8 Si[b] verò τὸ ρ nulli, τὸ π omni σ inſit: non erit ſyllogiſmus. Termini *concluſionis* affirmantis, animal, equus, homo: negantis, animal, inanimum, homo.

b *Primus modus inutilis* ex maiore affirmante & minore negante vniuerſalibus.




a Omnis homo eſt animal:
e Nullus homo eſt equus:
a Omnis equus eſt animal.

a Omnis homo eſt animal:
e Nullus homo eſt inanimus:
e Nullum inanimum eſt equus.

9 Οὐδ᾽ ὅταν ἄμφω κατὰ μηδενὸς τοῦ σ λέγηται, οὐκ ἔσται συλλογισμός. ὅροι τοῦ ὑπάρχειν, ζῶον, ἵππος, ἄψυχον· τοῦ μὴ ὑπάρχειν, ἄνθρωπος, ἵππος, ἄψυχον· μέσον, ἄψυχον.

9 Neque[c] *tum* erit ſyllogiſmus, cùm ambo dicentur de nullo σ. Termini *concluſionis* affirmantis, animal, equus, inanimum: negantis, homo, equus, inanimum. medium *eſt* inanimum.

c *Secundus modus inutilis* ex vtraque propoſitione vniuerſali negante.



e Nullum inanimum eſt animal:
e Nullum inanimum eſt equus:
a Omnis equus eſt animal.

e Nullum inanimum eſt homo:
e Nullum inanimum eſt equus:
e Nullus equus eſt homo.

10 Φανερὸν οὖν καὶ ἐν τούτῳ τῷ σχήματι πότε ἔσται, καὶ πότε οὐκ ἔσται συλλογισμὸς, καθόλου τῶν ὅρων ὄντων. ὅταν μὲν γὰρ ἀμφότεροι οἱ ὅροι ὦσι κατηγορικοὶ, ἔσται συλλογισμὸς, ὅτι τινὶ ὑπάρχει τὸ ἄκρον τῷ ἄκρῳ. ὅταν δὲ στερητικοὶ, οὐκ ἔσται. ὅταν δ᾽ ὁ μὲν ᾖ στερητικὸς, ὁ δὲ, καταφατικός· ἐὰν μὲν ὁ μείζων γένηται στερητικὸς, ἅτερος δὲ

10 Perſpicuum igitur *eſt*, etiam in hac figura quando erit, & quando non erit ſyllogiſmus, ſi termini vniuerſaliter *poſiti* ſint. Nam cùm vtrique termini ſunt attributiui[d], erit ſyllogiſmus, *quo colligetur* alicui extremo extremum ineſſe[e]. cùm autem *ſunt* priuatiui, non erit *ſyllogiſmus*. ſed cùm alter eſt priuatiuus, alter affirmatiuus: ſi quidē maior *terminus* ſit priuatiuus, & alter

d Id eſt, cùm vtraque propoſitio eſt affirmās.
e Id eſt concluſio particularis affirmans.


affirmatiuus [a], erit ſyllogiſmus *quo colligetur* cuidam extremo extremum non ineſſe [b]. ſin contrà *fiat* [c], non erit *ſyllogiſmus*.

11 Quòd ſi alter *terminus* vniuerſaliter, alter particulariter medio adiũgatur [d], cùm ambo ſunt attributiui, neceſſe *eſt* fieri ſyllogiſmum, vtervis terminorum vniuerſaliter *acceptus* ſit. 12 Nã [e] ſi τὸ ρ inſit omni σ, & τὸ π alicui: neceſſe *eſt*, τὸ π alicui ρ ineſſe. Cũ enim *pronũciatum* affirmãs conuertatur, τὸ σ inerit alicui π. itaque cùm τὸ ρ omni σ, ac τὸ σ alicui π *inſit*: etiam τὸ ρ alicui π inerit: vnde etiã τὸ π *inerit* alicui ρ.

καταφατικὸς, ἔσται συλλογισμὸς, ὅτι τινὶ οὐχ ὑπάρχει τὸ ἄκρον τῷ ἄκρῳ. ἐὰν δὲ ἀνάπαλιν, οὐκ ἔσται.

11 Ἐὰν δὲ ὁ μὲν ᾖ καθόλου πρὸς τὸ μέσον, ὁ δ᾽, ἐν μέρει· κατηγορικῶν μὲν ὄντων ἀμφοῖν, ἀνάγκη γίνεσθαι συλλογισμὸν, ἂν ὁποτεροσοῦν ᾖ καθόλου τῶν ὅρων. 12 Εἰ γὰρ τὸ μὲν ρ παντὶ τῷ σ ὑπάρχει, τὸ δὲ π τινὶ, ἀνάγκη τὸ π τινὶ τῷ ρ ὑπάρχειν. ἐπεὶ γὰρ ἀντιστρέφει τὸ καταφατικὸν, ὑπάρξει τὸ σ τινὶ τῷ π. ὥστ᾽ ἐπεὶ τὸ μὲν ρ παντὶ τῷ σ, τὸ δὲ σ τινὶ τῷ π, καὶ τὸ ρ τινὶ τῷ π ὑπάρξει· ὥστε καὶ τὸ π τινὶ τῷ ρ.

a Id eſt, ſi maior ꝓpoſitio neget, & altera affirmet.
b Id eſt, concluſio particularis negans.
c Id eſt, ſi maior propoſitio affirmet, minor neget.
d Ita vt altera propoſitio ſit vniuerſalis, altera particularis.
e *Tertius modus vtilis* ex maiore propoſitione particulari & minore vniuerſali affirmantibus: vulgò *Diſamis* reducitur ad primam figuram, id eſt ad Darij, (vt indicat litera D) per ſimplicem conuerſionem maioris propoſitionis, & concluſionis, vt indicãt literę ſ ſ.




Diſ Aliquod expetendum eſt voluptas: — *Da* Omne expetendum eſt bonum:
am Omne expetendum eſt bonum: — *ri* Aliqua voluptas eſt expetenda:
is Ergo Aliquod bonum eſt voluptas. — *i* Ergo Aliqua voluptas eſt bona.

13 Rurſus [f] ſi τὸ ρ alicui σ, ac τὸ π omni σ inſit: neceſſe *eſt*, τὸ π alicui ρ ineſſe: idem enim *eſt* demonſtrandi modus.

13 Πάλιν, εἰ τὸ μὲν ρ τινὶ τῷ σ, τὸ π παντὶ ὑπάρχει τῷ σ, ἀνάγκη τὸ π τινὶ τῷ ρ ὑπάρχειν· ὁ γὰρ αὐτὸς τρόπος τῆς ἀποδείξεως.

f *Quartus modus vtilis* ex maiore propoſitione vniuerſali & minore particulari affirmãtibus: vulgò vocatur *Datiſi*: reducitúrq; ad primam figuram, id eſt ad Darij (vt indicat litera D) per ſimplicem conuerſionem minoris propoſitionis vt indicat litera ſ.



Dat Omne expetendum eſt bonum: — *Da* Omne expetendum eſt bonum:
i Aliquod expetendum eſt voluptas: — *ri* Aliqua voluptas eſt expetẽda: Ergo
ſi Ergo Aliqua voluptas eſt bona. — *i* Aliqua voluptas eſt bona.

14 Ἔστι δ᾽ ἀποδεῖξαι καὶ διὰ τοῦ ἀδυνάτου, καὶ τῇ ἐκθέσει, καθάπερ ἐπὶ τῶν προτέρων.

14 Licet autem *hæc* demõſtrare etiam per impoſſibile, & expoſitione, vt in priorib⁹ *ſyllogiſmis factum fuit.*


Confirmatio tertij modi vtilis per deductionem ad impoſſibile.

Diſ Aliquod expetendũ eſt voluptas:

am Omne expetendum eſt bonum:

Ergo

is Aliquod bonum eſt voluptas.



Ce Nullum bonum eſt voluptas:

la Omne expetendum eſt bonum:

Ergo

rent Nullum expetendum eſt voluptas.


Altera deductio.

Diſ Aliquod expetendũ eſt voluptas:

am Omne expetendum eſt bonum:

Ergo

is Aliquod bonum eſt voluptas.



Feſ Nullum bonum eſt voluptas:

ti Aliquod expetendum eſt voluptas:

Ergo

no Aliquod expetendum non eſt bonum.


Confirmatio quarti modi vtilis per deductionem ad impoſſibile.

Dat Omne expetendum eſt bonum:

iſ Aliquod expetẽdum eſt voluptas:

Ergo

i Aliqua voluptas eſt bona:



Ce Nulla voluptas eſt bona.

la Aliquod expetendum eſt voluptas:

Ergo

rent Aliquod expetendum non eſt bonum.


Altera deductio.

Dat Omne expetendum eſt bonum:

iſ Aliquod expetendũ eſt voluptas:

Ergo

i Aliqua voluptas eſt bona.



Ceſ Nulla voluptas eſt bona:

a Omne expetendum eſt bonum:

Ergo

re Nullum expetendum eſt voluptas.

Expoſitio.

voluptas bonum




expetendum

voluptas quæ ex philoſophia percipitur.


15 Ἐὰν δ᾽ ὁ μὲν ᾖ κατηγορικός, ὁ δὲ στερητικός, καθόλου δὲ ὁ κατηγορικός· ὅταν μὲν ὁ ἐλάττων ᾖ κατηγορικός, ἔσται συλλογισμός. εἰ γὰρ τὸ ρ παντὶ τῷ σ, τὸ δὲ π τινὶ μὴ ὑπάρχει, ἀνάγκη τὸ π τινὶ τῷ ρ μὴ ὑπάρχειν. εἰ γὰρ παντί, καὶ τὸ ρ παντὶ τῷ σ· καὶ τὸ π παντὶ τῷ σ ὑπάρξει· ἀλλ᾽ οὐχ ὑπῆρχε.

15 Si[a] verò alter *terminus* ſit attributiuus, alter priuatiuus, & vniuerſaliter *accipiatur* attributiu⁹: quãdo minor eſt attributiuus, erit ſyllogiſmus. Nam ſi τὸ ρ omni σ *ineſt*, ac τὸ π cuidam non ineſt: neceſſe *eſt*, τὸ π alicui ρ nõ ineſſe. Si enim omni[b] *inſit*[c], & τὸ ρ *inſit* omni σ: etiam τὸ π omni σ inerit. attamen non inerat.

a *Quintus modus vtilis:* ex maiore particulari negãte, & minore vniuerſali affirmãte: qui vulgò appellatur *Brocardo*: & reducitur ad primã figurã, i. ad Barbara, (vt indicat litera B) per deductionem ad impoſſibile, (vt ſignificatur literã C) ſumpta cõtradictione concluſionis, & minore propoſitione: vnde colligitur contradictio maioris.
b Sub. ρ.
c Sub. τὸ π.



Boc Quidam homo nõ eſt albus:
ar Omnis homo eſt animal:
Ergo
do Quoddã animal non eſt albũ.



Bar Omne animal eſt album:
ba Omnis homo eſt animal:
Ergo
ra Omnis homo eſt albus.

Confirmatur etiam abſque deductione *ad impoſſibile*, ſi accipiatur aliquid[a] τῶν σ, cui τὸ π non inſit.

a Vt Æthiops.


Δείκνυται δὲ καὶ ἄνευ τῆς ἀπαγωγῆς, ἐὰν ληφθῇ τι τῶν σ, ᾧ τὸ π μὴ ὑπάρχει.



16 Cùm [b] autem maior *terminus* eſt attributiuus, non erit ſyllogiſmus. vt ſi τὸ π omni σ *inſit*, ac τὸ ρ alicui σ non inſit. Termini *concluſionis* omni ineſſe, animatum, homo, animal.

b *Tertius modus inutilis* ex maiore propoſitione vniuerſali affirmante, & minore particulari negante.

16 Ὅταν δ᾽ ὁ μείζων ᾖ κατηγορικός, οὐκ ἔσται συλλογισμός· οἷον, εἰ τὸ μὲν π παντὶ τῷ σ, τὸ δὲ ρ τινὶ τῷ σ μὴ ὑπάρχει. ὅροι τοῦ παντὶ ὑπάρχειν, ἔμψυχον, ἄνθρωπος, ζῶον.



a Omne animal eſt animatum:
o Aliquod animal non eſt homo:
a Omnis homo eſt animatus.

Terminos *concluſionis* nulli ineſſe, accipere nõ licet, ſi τὸ ρ cuidam σ inſit, cuidã non *inſit*. nam ſi τὸ π omni σ ineſt, & τὸ ρ alicui σ: etiam τὸ π alicui ρ inerit. Verùm ſupponebatur nulli ineſſe. Sed, quemadmodum in prioribus, *hic quoque* accipiendum.

Τοῦ δὲ μηδενὶ, οὐκ ἔστι λαβεῖν ὅρους, εἰ τινὶ μὲν ὑπάρχει τῷ σ τὸ ρ, τινὶ δὲ μή· εἰ γὰρ παντὶ τὸ π τῷ σ ὑπάρχει, τὸ δὲ ρ τινὶ τῷ σ, καὶ τὸ π τινὶ τῷ ρ ὑπάρξει· ὑπέκειτο δὲ μηδενὶ ὑπάρχειν. ἀλλ᾽ ὥσπερ ἐν τοῖς πρότερον, ληπτέον


ἀδιορί-

ἀδιορίστου γὰρ ὄντος τοῦ τινὶ μὴ ὑπάρχειν· καὶ τὸ μηδενὶ ὑπάρχον, ἀληθὲς εἰπεῖν τινὶ μὴ ὑπάρχειν· μηδενὶ δὲ ὑπάρχοντος, οὐκ ἦν συλλογισμός. φανερὸν οὖν ὅτι οὐκ ἔσται συλλογισμός. 17 Ἐὰν δὲ ὁ στερητικὸς ᾖ καθόλου τῶν ὅρων, ὁ δὲ ἐν μέρει, κατηγορικός· ὅταν μὲν ὁ μείζων ᾖ στερητικός, ὁ δὲ ἐλάττων, κατηγορικός, ἔσται συλλογισμός. εἰ γὰρ τὸ π μηδενὶ τῷ σ, τὸ δὲ ρ τινὶ ὑπάρχει τῷ σ· τὸ π τινὶ τῷ ρ οὐχ ὑπάρξει. πάλιν γὰρ ἔσται τὸ πρῶτον σχῆμα, τῆς ρσ προτάσεως ἀντιστραφείσης.

cùm enim *hoc pronunciatum* ſit indefinitum, cuidam non ineſſe: etiam quod nulli ineſt, verè dicitur cuidam non ineſſe. atqui cùm nulli ineſt, non erat ſyllogiſmus. perſpicuum igitur *eſt*, *etiam cùm ſumitur cuidam non ineſſe*, non fore ſyllogiſmum.

17 At [a] ſi terminus priuatiuus ſit vniuerſalis, *terminus* autem particularis *ſit* attributiuus: cùm maior eſt priuatiuus, & minor attributiuus; erit ſyllogiſmus. Nam ſi τὸ π nulli σ, ac τὸ ρ cuidam σ inſit: *certè* τὸ π cuidam ρ nõ inerit: iterũ enim erit prima figura, cõuerſâ propoſitione ρ σ.

a *Sextus modus vtilis* ex maiore vniuerſali negãte, & minore particulari affirmãte: qui vulgò dicitur *Feriſon*: ac reducitur ad primam figuram, id eſt ad Ferio, (vt indicat litera F) per ſimplicem conuerſionẽ minoris propoſitionis, vt indicat litera ſ.




Fer Nullum expetendum eſt malum: —— Fe Nullum expetendum eſt malum:
iſ Aliquod expetendũ eſt voluptas: —— ri Aliqua voluptas eſt expetenda: Ergo
on Ergo Aliqua voluptas nõ eſt mala: —— o Aliqua voluptas non eſt mala.

18 Ὅταν δὲ ὁ ἐλάττων ᾖ στερητικός, οὐκ ἔσται συλλογισμός. ὅροι τοῦ ὑπάρχειν, ζῷον, ἄνθρωπος, ἄγριον· τοῦ μὴ ὑπάρχειν, ζῷον, ἐπιστήμη, ἄγριον. μέσον ἀμφοῖν, τὸ ἄγριον.

18 Cùm [b] autẽ minor *terminus* eſt priuatiuus, non erit ſyllogiſmus. Termini *concluſionis* affirmantis, animal, homo, ferũ: negantis, animal, ſcientia, ferum. vtrobique ferum, *eſt* medium.

b *Quartus modus inutilis* ex maiore particulari affirmante, & minore vniuerſali negante.




i Aliquod ferum eſt animal:
e Nullum ferum eſt homo:
a Omnis homo eſt animal.

i Aliquod ferum eſt animal:
e Nullum ferum eſt ſcientia:
e Nulla ſcientia eſt animal.

19 Neque *tum ſyllogiſmus erit*, cùm vtrique *termini* ponuntur priuatiui; & alter eſt vniuerſalis, alter in parte. Termini [a] *concluſionis* negãtis, quando minor eſt vniuerſaliter adiunctus medio, animal, ſcientia, ferum: affirmantis, animal, homo, ferum.

a *Quintus modus inutilis* ex minore particulari & maiore vniuerſali negantibus.

19 Οὐδ᾽ ὅταν ἀμφότεροι στερητικοὶ τεθῶσιν· ᾖ δ᾽ ὁ μὲν, καθόλου, ὁ δ᾽, ἐν μέρει. ὅροι τοῦ μὴ ὑπάρχειν, ὅταν ὁ ἐλάττων ᾖ καθόλου πρὸς τὸ μέσον, ζῶον, ἐπιστήμη, ἄγριον· τοῦ ὑπάρχειν, ζῶον, ἄνθρωπος ἄγριον.




- o Aliquod ferum non eſt animal:
- e Nullum ferum eſt ſcientia:
- e Nulla ſcientia eſt animal.

- o Aliquod ferum non eſt animal:
- e Nullum ferum eſt homo:
- a Omnis homo eſt animal.

b *Sextus modus inutilis* ex maiore vniuerſali & minore particulari negantibus.

20 Cùm [b] autem maior eſt vniuerſalis, & minor in parte: termini *concluſionis* negãtis *hi ſunto*, coruus, nix, album.

20 Ὅταν δὲ ὁ μείζων ᾖ καθόλου, ὁ δὲ ἐλάττων, ἐν μέρει· τοῦ μὲν μὴ ὑπάρχειν, κόραξ, χιών, λευκόν.




- e Nullum album eſt coruus:
- o Non omne album eſt nix:
- e . Nulla nix eſt coruus.

Termini cõcluſionis aſſirmantis accipi nõ poſſunt, ſi τὸ ρ cuidam σ ineſt, cuidã nõ ineſt. nã ſi τὸ π *ineſt* omni ρ, & τὸ ρ alicui σ: etiam τὸ π inerit alicui σ. verùm ſupponebatur nulli *ineſſe*. Sed ex indefinito [c] oſtendendũ *eſt*. 21 Itẽ [d] nullo modo erit ſyllogiſmus, ſi vterq; *terminus extremus* cuidam medio inſit: vel nõ inſit: vel alter inſit, alter nõ inſit: vel alter alicui, alter non omni *inſit*: vel indefinité. Termini omniũ cõmunes *ſunt*, animal, homo, albũ: animal, inanimatum, album.

c Quia incertũ eſt, vtrùm minor propoſitio ſit vera tantũ in parte, an etiam vniuerſaliter. quæ ſi accipiatur vniuerſaliter, nõ erit ſyllogiſmus, vt oſtenſum fuit partic. 9.

d *Reliqui modi inutiles*, quia neutra propoſitio eſt vniuerſalis.

Τοῦ δ᾽ ὑπάρχειν, οὐκ ἔστι λαβεῖν, εἰ τὸ ρ τινὶ μὲν ὑπάρχει τῷ σ, τινὶ δὲ μὴ ὑπάρχει. εἰ γὰρ τὸ π παντὶ τῷ ρ, τὸ δὲ ρ τινὶ τῷ σ, καὶ τὸ π τινὶ τῷ σ ὑπάρξει· ὑπέκειτο δὲ μηδενί. ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ ἀδιορίστου δεικτέον. 21 Οὐδ᾽ ἂν ἑκάτερος τινὶ τῷ μέσῳ ὑπάρχῃ, ἢ μὴ ὑπάρχῃ· ἢ ὁ μὲν ὑπάρχει, ὁ δὲ, μὴ ὑπάρχει· ἢ ὁ μὲν, τινὶ, ὁ δὲ, μὴ παντὶ ἢ ἀδιορίστως· οὐκ ἔσται συλλογισμὸς οὐδαμῶς. ὅροι δὲ κοινοὶ πάντων, ζῶον, ἄνθρωπος, λευκόν· ζῶον, ἄψυχον, λευκόν.



oi [Aliquod] album { eſt / non eſt } animal:
oi [Aliquod] album { eſt / non eſt } homo:
a Omnis homo eſt animal.

oi [Aliquod] album { eſt / non eſt } animal:
oi [Aliquod] album { eſt / non eſt } inanimatum:
e Nullum inanimatum eſt animal.

22 Φανερὸν οὖν, καὶ ἐν τούτῳ τῷ σχήματι πότε ἔσται, καὶ πότε οὐκ ἔσται συλλογισμός· καὶ ὅτι ἐχόντων τῶν ὅρων ὡς ἐλέχθη, γίνεται συλλογισμὸς ἐξ ἀνάγκης· ἄν τ' ᾖ συλλογισμός, ἀνάγκη τοὺς ὅρους οὕτως ἔχειν.

23 Φανερὸν δὲ καὶ ὅτι πάντες ἀτελεῖς εἰσιν, οἱ ἐν τούτῳ τῷ σχήματι συλλογισμοί. πάντες γὰρ τελειοῦνται προσλαμβανομένων τινῶν. 24 Καὶ ὅτι τὸ καθόλου συλλογίσασθαι διὰ τούτου τοῦ σχήματος οὐκ ἔσται, οὔτε στερητικόν, οὔτε καταφατικόν.

22 Perſpicuum igitur *eſt*, etiam in hac figura quando erit [a], & quãdo non erit ſyllogiſmus: &, ſi termini ita habeant, vt dictũ fuit, neceſſariò fieri ſyllogiſmũ: & ſi fiat ſyllogiſmus, neceſſe *eſſe* vt termini ita *ſe* habeãt. 23 Perſpicuum quoque *eſt*, omnes ſyllogiſmos, qui *fiunt* in hac figura eſſe imperfectos: quoniam omnes perficiuntur aſſumptis quibuſdam [b]. 24 Item non licere in hac figura colligere cõcluſionem vniuerſalem, nec priuantẽ nec affirmantem.

Communia de tribus figuris. Cap. VII.

1 ¶ *De modis inutilibus, qui nihil prorſus,* 2 *vel aliquid indirectè concludũt* 3 *in prima,* 4 *vel ſecunda, vel tertia figura.* 5 ¶ *Indefinitũ cõparari particulari.* 6 ¶ *Omnes ſyllogiſmos imperfectos perfici per primam figuram.* 7 ¶ *De reductione omnium aliorum ſyllogiſmorum ad ſyllogiſmos vniuerſales primæ figuræ.* 8 *De ſyllogiſmis ſecundæ figuræ.* 9 *De ſyllogiſmis particularibus primæ figuræ.* 10 *De ſyllogiſmis tertiæ figuræ ex propoſitionibus vniuerſalibus,* 11 *vel altera vniuerſali, altera particulari.* 12 *Epilogus.* 13 ¶ *Epilogus.*


Δῆλον δὲ καὶ ὅτι ἐν ἅπασι τοῖς σχήμασιν, ὅταν μὴ γίνηται συλλογισμός, κατηγορικῶν μὲν ἢ στερητικῶν ἀμφοτέρων, καὶ ἐπὶ μέρει ὄντων τῶν ὅρων, οὐδὲν ὅλως γίνεται ἀναγκαῖον. 2 Κατηγορικοῦ δὲ καὶ στερητικοῦ, καθόλου ληφθέντος τοῦ στερητικοῦ, ἀεὶ γίνεται συλλογισμὸς τοῦ ἐλάττονος ἄκρου πρὸς τὸ μεῖζον.

3 Οἷον, εἰ τὸ μὲν α παντὶ τῷ β, ἢ τινί, τὸ δὲ β μηδενὶ τῷ γ· ἀντιστρεφομένων γὰρ τῶν προτάσεων, ἀνάγκη τὸ γ τινὶ τῷ α μὴ ὑπάρχειν.

Illud quoque manifeſtum *eſt*, in omnibus figuris, quãdo nõ fit ſyllogiſmus, ſi attributiui vel priuatiui *ſint* vtrique termini [c], item *ſi vtrique* ſint in parte [d], nihil omnino colligi neceſſariò.

2 At ſi *alter ſit* attributiuus, *alter* priuatiuus, & vniuerſaliter accipiatur priuatiuus: ſemper fieri ſyllogiſmum minoris extremi de maiori [e].

3 Vt ſi τὸ α omni [f] aut alicui [g] β, ac τὸ β nulli γ *inſit*. cõuerſis enim propoſitionibus, neceſſe *eſt* τὸ γ alicui α non ineſſe.



a Ita demum erit ſyllogiſmus, ſi minor propoſitio affirmet, nec ſit vtraque propoſitio particularis.

b Propoſitionibus.

c Id eſt, ſi vtraque propoſitio affirmet, vel vtraque neget.

d Ita vt vtraque propoſitio ſit particularis.

e Ideóque vulgò appellantur modi indirecti. nam cõcluſio directa eſt, in qua maius extremũ minori attribuitur: & è contrario indirecta, in qua minus extremum dicitur de maiore.


f *Hic eſt primus modus indirectus in prima figura:* qui cõſtat ex maiore propoſitio-

ne affirmante & minore negante vniuerſalibus: ac vulgò vocatur *Fapeſmo*: reducitur autem ad Ferio per cõuerſionẽ maioris propoſitionis in parte, minoris ſimpliciter, & metatheſin id eſt trãſpoſitionem propoſitionum: vt indicant literæ, p, ſ, m.

g *Hic eſt ſecundus modus indirectus in prima figura,* ex maiore propoſitione particulari affirmante, & minore vniuerſali negante. hũc modum alii appellat *Friſeſomorũ*, ego voco *Friſeſmo*. reducitur autem ad Ferio per ſimplicem conuerſionem ambarũ propoſitionum, & earũdẽ tranſpoſitionẽ vt indicant literæ, ſ, ſ, m.

Fap Omnis homo eſt animal:
eſm Nullum brutum eſt homo:
o Ergo aliquod animal non eſt brutũ.

Fe Nullus homo eſt brutum:
ri Aliquod animal eſt homo: Ergo
o Aliquod animal non eſt brutum.



Friſ Aliquis homo eſt albus:
eſm Nullum brutum eſt homo:
Ergo
o Aliquod albũ non eſt brutũ.


Fe Nullus homo eſt brutum:
ri Aliquod album eſt homo:
Ergo
o Aliquod album non eſt brutũ:

4 Similiter *fit* etiam in aliis figuris: ſemper enim fit ſyllogiſmus per conuerſionem.

4 Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἑτέρων σχημάτων· ἀεὶ γὰρ γίνεται διὰ τῆς ἀντιστροφῆς συλλογισμός.

Modus[a] *indirectus in ſecunda figura.*

a *In ſecunda figura eſt unus hic modus indirectus* ex maiore particulari affirmante & minore vniuerſali negante.




Fir Aliquis homo eſt albus:
eſm Nullus Æthiops eſt albus: Ergo
o Aliquis homo non eſt Æthiops.

Fe Nullum album eſt Æthiops:
ri Aliquis homo eſt albus: Ergo
o Aliquis homo non eſt Æthiops.

Modus[b] *indirectus in tertia figura.*


b *Primus modus indirectus in tertia figura* ex maiore affirmãte & minore negante vniuerſalibus. hũc modum voco *Fapemo*: quia reducitur ad Ferio conuerſâ maiore in particularem, & trãſpoſitis propoſitionibus; vt indicãt literæ, p, m.



Fap Omnis homo eſt bipes:
em Nullus homo eſt auis:
o Ergo aliquod bipes non eſt auis.

Fe Nullus homo eſt auis:
ri Aliquod bipes eſt homo: Ergo
o Aliquod bipes non eſt auis.

Alter [a] *modus indirectus in tertia figura.*



Friſ Aliquis homo eſt albus:
em Nullus homo eſt lapis: Ergo
o Aliquod album non eſt lapis.

Fe Nullus homo eſt lapis:
ri Aliquod album eſt homo: Ergo
o Aliquod album non eſt lapis.


8 Cùm autem affirmatio *iungitur maiori extremo*, non reſoluetur: vt ſi τὸ α *inſit* omni β, & non omni γ: quia neque conuerſionem[a] admittit *propoſitio* α β[b]: neque *conuerſione* factâ erit ſyllogiſmus[c].


8 Ὅταν δὲ τὸ κατηγορικὸν, οὐκ ἀναλυθήσεται· οἷον, εἰ τὸ α τῷ μὲν β παντὶ, τῷ δὲ γ οὐ παντί· οὔτε γὰρ δέχεται ἀντιστροφὴν τὸ α β· οὔτε γενομένης, ἔσται συλλογισμός.



Bar Omne bonum eſt expetendum.
oc Quædam voluptas non eſt expetenda: Ergo.
o Quædam voluptas non eſt bona.

9 Rurſus *ſyllogiſmi* qui *ſunt* in tertia figura, non reſoluentur omnes[d] in primam. ſed qui ſunt in prima, *reſoluentur* omnes[e] in tertiã. 10 Inſit enim τὸ α omni β, ac τὸ β cuidam γ. cùm igitur conuertatur *pronũciatum* in parte attributiuum, inerit etiam τὸ γ cuidam β: verùm τὸ α inerat omni β. quare fit tertia figura.

9 Πάλιν, οἱ μὲν ἐν τῷ τρίτῳ σχήματι οὐκ ἀναλυθήσονται πάντες εἰς τὸ πρῶτον· οἱ δ᾽ ἐν τῷ πρώτῳ πάντες, εἰς τὸ τρίτον. 10 Ὑπαρχέτω γὰρ τὸ μὲν α παντὶ τῷ β, τὸ δὲ β τινὶ τῷ γ. οὐκοῦν, ἐπεὶ ἀντιστρέφει τὸ ἐν μέρει κατηγορικὸν, ὑπάρξει καὶ τὸ γ τινὶ τῷ β· τὸ δ᾽ α παντὶ ὑπῆρχε τῷ β. ὥστε γίνεται τὸ τρίτον σχῆμα.




Da Omne expetẽdũ eſt bonũ: —— Dar Omne expetẽdũ eſt bonũ
ri Aliqua voluptas eſt expetenda: Ergo —— iſ Aliquod expetẽdũ eſt voluptas: Ergo
i Aliqua voluptas eſt bona. —— i Aliqua voluptas eſt bona

11 Itidémque, ſi priuatiuus ſit ſyllogiſmus. conuertitur enim *propoſitũ* in parte attributiuum: quare nulli β τὸ α, cuidam verò[f] τὸ γ inerit.

f Repete β.

11 Καὶ εἰ στερητικὸς ὁ συλλογισμὸς, ὡσαύτως· ἀντιστρέφει γὰρ τὸ ἐν μέρει κατηγορικόν· ὥστε τὸ μὲν α οὐδενὶ τῷ β, τὸ δὲ γ τινὶ ὑπάρξει.



Fe Nihil expetendum eſt malum:	*Fe* Nihil expetendum eſt malum:
ri Aliqua voluptas eſt expetenda: Ergo	*riſ* Aliquod expetendum eſt voluptas Ergo
o Aliqua voluptas non eſt mala.	*on* Aliqua voluptas non eſt mala

12 Τῶν δὲ ἐν τῷ τελευταίῳ σχήματι συλλογισμῶν, εἷς μόνος οὐκ ἀναλύεται εἰς τὸ πρῶτον, ὅταν μὴ καθόλου τεθῇ τὸ στερητικόν· οἱ δὲ ἄλλοι πάντες ἀναλύονται. 13 Κατηγορείσθω γὰρ παντὸς τοῦ γ τὸ α, καὶ τὸ β· οὐκοῦν ἀντιστρέφει τὸ γ πρὸς ἑκάτερον ἐπὶ μέρους· ὑπάρξει ἄρα τινὶ τῷ β. ὥστ' ἔσται τὸ πρῶτον σχῆμα, εἰ τὸ μὲν α παντὶ τῷ γ, τὸ δὲ γ τινὶ τῷ β.


12 Ex ſyllogiſmis autem qui ſunt in tertia figura, vnus [a] tantùm non reſoluitur in primam, cùm priuatiuum *pronunciatum* non vniuerſale poſitum fuerit: reliqui autem omnes reſoluuntur.

13 Attribuatur enim omni γ τὸ α & τὸ β. ergo τὸ γ conuertitur in parte ad vtrumque [b] *extremum*. inerit igitur [c] alicui β. quocirca erit prima figura, ſi τὸ α *inſit* omni γ, ac τὸ γ alicui β.

a Brocardo.

b Id eſt, vtrauis propoſitio conuerti poterit in particularem affirmantem. non tamen vtraque ſimul conuertitur: ſed modò α γ, vt in Darapti: modò β γ, vt in Diſamis.


c Repete τὸ γ.



Dar Omnis homo eſt bipes:	*Da* Omnis homo eſt bipes:
ap Omnis homo eſt animal. Ergo	*ri* Aliquod animal eſt homo. Ergo
ti Quoddã animal eſt bipes:	*i* Aliquod animal eſt bipes.

14 Καὶ εἰ τὸ μὲν α παντὶ τῷ γ, τὸ δὲ β τινὶ τῷ γ· ὁ αὐτὸς λόγος· ἀντιστρέφει γὰρ πρὸς τὸ γ τὸ β.


14 Et ſi τὸ α *inſit* omni γ, ac τὸ β alicui γ: eadem *eſt* ratio: quia reciprocatur τὸ β cum γ.



Da Omne expetendũ eſt bonum:	*Da* Omne expetendum eſt bonum:
iſ Aliquod expetendũ eſt voluptas: Ergo	*ri* Aliqua voluptas eſt expetenda: Ergo
i Aliqua voluptas eſt bona.	*i* Aliqua voluptas eſt bona.

15 Ἐὰν δὲ τὸ μὲν β παντὶ τῷ γ, τὸ δὲ α τινὶ τῷ γ· πρῶτον ὅρον θετέον τὸ β· τὸ γὰρ β παντὶ τῷ γ· τὸ δὲ γ τινὶ τῷ α. ὥστε τὸ β τινὶ τῷ α. ἐπεὶ δ' ἀντιστρέφει τὸ ἐν μέρει, καὶ τὸ α τινὶ τῷ β ὑπάρξει.


15 Quod ſi τὸ β *inſit* omni γ, ac τὸ α cuidam γ: primus terminus poni debet τὸ β. nam τὸ β *ineſt* omni γ, ac τὸ γ cuidam α: ergo τὸ β cuidã α: & quia reciprocatur quod *eſt* in parte, etiã τὸ α inerit cuidã β.



Dis	Aliquod expetendum eſt voluptas.	*Da*	Omne expetendum eſt bonum.
am	Omne expetendum eſt bonum: Ergo	*ri*	Aliqua voluptas ex eſt expetenda: Ergo
is	Aliquod bonum eſt voluptas.	*i*	Aliqua voluptas eſt bona.

16 Et ſi priuatiuus *ſit* ſyllogiſmus, cùm termini ſunt vniuerſales, ſimiliter accipi debet. Inſit enim τὸ β omni γ, ac τὸ α nulli. ergo cuidam ϐ ineſt τὸ γ, ac τὸ α nulli γ, itaque medium erit γ.

16 Καὶ εἰ στερητικὸς ὁ συλλογισμὸς, καθόλου τῶν ὅρων ὄντων, ὁμοίως ληπτέον· ὑπαρχέτω γὰρ τὸ β παντὶ τῷ γ, τὸ δὲ α μηδενί. οὐκοῦν τινὶ τῷ β ὑπάρχει τὸ γ. τὸ δὲ α οὐδενὶ τῷ γ. ὥστε ἔσται μέσον τὸ γ.



Fel	Nullus homo eſt equus:	*Fe*	Nullus homo eſt equus
ap	Omnis homo eſt animal: Ergo	*ri*	Aliquod animal eſt homo: Ergo
ton	Aliquod animal non eſt equus.	*o*	Aliquod animal non eſt equus.

17 Similiter *fiet*, ſi priuatiuum *pronunciatum* ſit vniueſale, & attributiuum *ſit* parte. nam τὸ α nulli γ, ac τὸ γ cuidam β inerit.

17 Ὁμοίως δὲ καὶ, εἰ τὸ μὲν στερητικὸν, καθόλου· τὸ δὲ κατηγορικὸν, ἐν μέρει. τὸ μὲν γὰρ α οὐδενὶ τῷ γ· τὸ δὲ γ τινὶ τῷ β ὑπάρξει.




Fe	Nihil expetendum eſt malum:	*Fe*	Nihil expetendum eſt malum:
ris	Aliquod expetendum eſt voluptas Ergo	*ri*	Aliqua voluptas eſt expetenda: Ergo
on	Aliqua voluptas non eſt mala.	*o*	Aliqua voluptas non eſt mala.

18 Si vero in parte accipiatur *pronunciatum* priuatiuum, non fiet reſolutio. vt ſi τὸ β omni ſ, & τὸ α cuidam non ineſt. nam conuerſâ *propoſitione* ϐſ, ambæ propoſitiones erunt in parte.

18 Ἐὰν δὲ ἐν μέρει ληφθῇ τὸ στερητικὸν, οὐκ ἔσται ἀνάλυσις. οἷον, εἰ τὸ μὲν β παντὶ τῷ γ, τὸ δὲ α τινὶ μὴ ὑπάρχει· ἀντιστραφέντος γὰρ τοῦ β γ, ἀμφότεραι αἱ προτάσεις ἔσονται κατὰ μέρος.

album



Bro Quidã γ homo nõ eſt α albũ ——— Quidam γ homo non eſt α album:

ar Omnis γ homo eſt ϛ animal: ——— Aliquod ϛ animal eſt γ homo.

Ergo

do Quoddam β animal non eſt α album.

19 Φανερὸν δέ, ὅτι καὶ πρὸς τὸ ἀναλύειν εἰς ἄλληλα τὰ σχήματα, ἡ πρὸς τῷ ἐλάττονι ἄκρῳ πρότασις, ἀντιστρεπτέα ἐν ἀμφοτέροις τοῖς σχήμασι· ταύτης γὰρ μετατιθεμένης, ἡ μετάβασις γίνεται. 20 Τῶν δὲ ἐν τῷ μέσῳ σχήματι, ἅτερος μὲν ἀναλύεται, ἅτερος δὲ οὐκ ἀναλύεται εἰς τὸ τρίτον. 21 Ὅταν μὲν γὰρ ᾖ τὸ καθόλου στερητικόν, ἀναλύεται. εἰ γὰρ τὸ α μηδενὶ μὲν τῷ β, τῷ δὲ γ τινί, ἀμφότερα ὁμοίως ἀντιστρέφει πρὸς τὸ α. ὥστε τὸ μὲν β, οὐδενὶ τῷ α· τὸ δὲ γ, τινί. μέσον ἄρα τὸ α.

19 Perſpicuum autem *eſt*, vt *hæ* figuræ [a] in ſe inuicem reſoluantur, eam propoſitionem, in qua *eſt* minus extremum, conuertẽdam eſſe in vtraque figura. hac enim tranſpoſitâ [b] tranſitus [c] fit. 20 Ex *ſyllogiſmis* [d] autem qui *ſunt* in media figura, alter [e] reſoluitur, alter [f] non reſoluitur in tertiam. 21 Cùm enim *propoſitio* vniuerſalis eſt priuatiua, reſoluitur. Nam ſi τὸ α nulli β, & cuidam ſ *ineſt*: ãbo *extrema* ſimiliter reciprocãtur cum α. quapropter τὸ ϛ nulli α, ac τὸ ſ cuidam [g] *ineſt*. medium igitur *eſt* τὸ α

a Prima ſcilicet ac tertia. ſi verò cõferatur prima cum ſecunda, reſolutio fit per conuerſionẽ maioris propoſitionis. ſi ſecunda cũ tertia, per conuerſionem ambarum propoſitionum.

b Aut verbum *tranſpoſita* accipiendum eſt pro inuerſa: aut ſenſus eſt: Etſi interdum videtur reciprocari maior propoſitio, vt fit in Diſamis: nihilominùs rectè diximus reciprocari minorem, quia maior illa tranſponitur, adeò vt euadat minor in Darii.

c Reſolutio.

d Subaudi particularibus: quia vniuerſale nunquàm concluditur in tertia figura.

e Feſtino.

f Baroco.


g Repete α.



Feſ Nihil ϛ expetendum eſt α malum: ——— *Fer* Nullum α malum eſt ϛ expetendum.


ti Quædam γ voluptas eſt α mala: Ergo ——— *iſ* Quoddam α malum eſt γ voluptas: Ergo

no Quædam γ voluptas non eſt ϛ expetenda. ——— *on* Quædam γ voluptas non eſt ϛ expetenda.



22 Ὅταν δὲ τὸ α παντὶ τῷ β, τῷ δὲ γ τινὶ μὴ ὑπάρχῃ, οὐ γίνεται ἀνάλυσις· οὐδετέρα γὰρ τῶν προτάσεων ἐκ τῆς ἀντιστροφῆς, καθόλου.

22 Cùm autem τὸ α omni ϛ *ineſt*, cuidam verò ſ non ineſt: non fit reſolutio. neutra enim propoſitio, cùm fuerit conuerſa, *erit* vniuerſalis.



Bar Omne ϛ bonum eſt α expetendum: ——— Quoddam α expetendum, eſt ϛ bonum:


oc Quædam γ voluptas nõ eſt α expetenda: Ergo ——— Quoddam α expetendum, non eſt γ voluptas.

o Quædam γ voluptas non eſt ϛ bona


23 Ex tertia quoque figura *ſyllogiſmi*[a] reſoluuntur in ſecundam, cùm priuatiuum *pronunciatum* eſt vniuerſale. vt ſi τὸ α *ineſt* nulli γ, & τὸ β *ineſt* alicui vel omni[b]. etenim τὸ γ nulli α, & cuidam β inerit.

a Negantes, quia in ſecunda figura nō concluditur affirmatio.
b Repete γ.

23 Καὶ οἱ ἐν τοῦ τρίτου δὲ σχήματος, ἀναλυθήσονται εἰς τὸ μέσον, ὅταν ᾖ καθόλου τὸ στερητικόν. οἷον, εἰ τὸ α μηδενὶ τῷ γ· τὸ δὲ β, τινὶ, ἢ παντί. καὶ γὰρ τὸ γ τῷ μὲν α οὐδενὶ, τῷ δὲ β τινὶ ὑπάρξει.




Fel Nullus homo eſt equus: —— *Feſ* Nullus equus eſt homo:
ap Omnis homo eſt animal. —— *ti* Quoddam animal eſt homo:
Ergo —— Ergo
ton Quoddam animal non eſt equus —— *no* Quoddam animal non eſt equus.



Fer Nullus homo eſt nix: —— *Feſ* Nulla nix eſt homo:
iſ Quidam homo eſt albus: —— *ti* Quoddam album eſt homo:
Ergo —— Ergo
on Quoddam album non eſt nix —— *no* Quoddam album non eſt nix

24 Si vero *propoſitum* priuatiuū ſit in parte, non reſoluetur: quia negatiuum in parte, non admittit conuerſionem.

24 Ἐὰν δὲ ἐπὶ μέρους ᾖ τὸ στερητικὸν, οὐκ ἀναλυθήσεται· οὐ γὰρ δέχεται ἀντιστροφὴν τὸ ἐν μέρει ἀποφατικόν.



Broc Quidam homo non eſt albus:
ar Omnis homo eſt animal: —— *Non conuertitur.*
Ergo
do Quoddam animal non eſt album.

25 Perſpicuum igitur *eſt*, eoſdem ſyllogiſmos[c] non reſolui in his figuris[d], qui nec in primam

c Baroco, & Brocardo.
d Secunda, & tertia.

25 Φανερὸν οὖν, ὅτι οἱ αὐτοὶ συλλογισμοὶ οὐκ ἀναλύονται ἐν τούτοις τοῖς σχήμασιν, οἵπερ οὐδ᾽ εἰς τὸ πρῶτον ἀνελύοντο

ἀνελύοντο· καὶ ὅτι εἰς τὸ πρῶτον σχῆμα τῶν συλλογισμῶν ἀναγομένων, οὗτοι μόνοι διὰ τοῦ ἀδυνάτου περαίνονται. 26 Πῶς μὲν οὖν δεῖ τοὺς συλλογισμοὺς ἀνάγειν, καὶ ὅτι ἀναλύεται τὰ σχήματα εἰς ἄλληλα, φανερὸν ἐκ τῶν εἰρημένων.

reſoluebantur: & cùm in primã figuram ſyllogiſmi referantur, hos ſolùm confirmari per *deductionẽ ad* impoſſibile. 26 Quomodo igitur ſyllogiſmos reducere oporteat, & figuras in ſe inuicem reſolui, perſpicuum eſt ex his quæ dicta ſunt.

De attributis finitis, vel infinitis: & de habitibus, vel priuationibus. CAP. XLVI.

1 ¶ De collatione attributi negati, & attributi infiniti. Quæſtionem an hæc attributa differant, pertinere ad reſolutionem ſyllogiſmorum. 2 Duplex inter ea diſcrimen: 3 quod tribus argumentis probatur: primùm quia alterum poteſt eſſe verum vnà cum affirmatione, alterũ minimè: 4 deinde quia alteri ſubijcitur aliquid. alteri nihil: 5 poſtremo quia fieri poteſt, vt alterum ſit verum, alterum falſum. 6 ¶ Collatio attributionis & negationis attributi infiniti de eodem ſubiecto. 7 ¶ Collatio ſeu diſpoſitio quatuor attributionum, finitæ affirmantis, finitæ negantis, infinitæ affirmantis, & infinitæ negantis. 8 Eadem diſpoſitio attributionum & priuationum. 9 ¶ De pronunciatis definitis. 10 ¶ Expoſitio reſolutionis.
11 ¶ Hypothecoria. Generalis confirmatio diſpoſitionis ſuprà explicatæ. 12 Dubitatio. 13 Solutio.

Διαφέρει δέ τι ἐν τῷ κατασκευάζειν, ἢ ἀνασκευάζειν, τὸ ὑπολαμβάνειν, ἢ ταὐτὸν, ἢ ἕτερον σημαίνειν, τὸ μὴ εἶναι τόδε, καὶ εἶναι μὴ τόδε· οἷον, τὸ μὴ εἶναι λευκὸν τῷ εἶναι μὴ λευκόν.

2 Οὐ γὰρ ταὐτὸν σημαίνει. οὐδ᾽ ἔστιν ἀπόφασις τοῦ εἶναι λευκὸν, τὸ εἶναι μὴ λευκὸν, ἀλλὰ τὸ μὴ εἶναι λευκόν.

3 Λόγος δὲ τούτου, ὅδε. ὁμοίως γὰρ ἔχει τὸ δύναται βαδίζειν, πρὸς τὸ δύναται οὐ βαδίζειν, τῷ ἔστι λευκὸν, πρὸς τὸ ἔστιν οὐ λευκόν· καὶ τὸ ἐπίσταται τἀγαθὸν, πρὸς τὸ ἐπίσταται τὸ οὐκ ἀγαθόν. (τὸ γὰρ ἐπίσταται τὸ ἀγαθὸν, ἢ ἔστιν ἐπιστάμενος τὸ ἀγαθὸν, οὐδὲν διαφέρει· οὐδὲ τὸ δύναται βαδίζειν, ἢ ἔστι δυνάμενος βαδίζειν· ὥστε καὶ τὰ ἀντικείμενα, οὐ δύναται βαδίζειν, οὐκ ἔστι δυνάμενος βαδίζειν) εἰ οὖν τὸ οὐκ ἔστι δυνάμενος βαδίζειν,

Refert autem, in *problemate* confirmando vel euertendo, vtrùm quis hæc exiſtimet eandem, an diuerſam rem ſignificare, non eſſe hoc, &, eſſe non hoc: vt, non eſſe album, &, eſſe non album. 2 Neque enim idem ſignificãt. nec *eius dicti*, eſſe album, negatio eſt hoc, eſſe nõ album, ſed hoc, non eſſe album. 3 Cuius *rei* ratio hæc *eſt*: qua ſimiliter[a] *ſe* habet hoc, poteſt ambulare, ad illud, poteſt nõ ambulare: vt hoc, eſt albũ, ad illud, eſt non albũ. *ſed* & hoc, ſcit bonũ *ſimiliter ſe habet* ad illud, ſcit non bonũ. (quoniã[b] hæc nihil differunt, ſcit bonũ, aut, eſt ſciens bonũ. neque itẽ hæc, poteſt ambulare, &, eſt potens ambulare. quapropter etiã oppoſita[c] *nihil differũt, nẽpe*, nõ poteſt ambulare, &, nõ eſt potens ambulare) ſi[d] igitur [e]hoc, nõ eſt potẽs ambulare,

*a Oſtenſurus hæc pronunciata, eſſe non album, & non eſſe album, & omnino negationem finitam infinitã differre inter ſe, ſumit exempla quædam, in quibus hoc apertius intelligi poteſt: nempe, poteſt non ambulare, non poteſt ambulare: & nouit non bonum, non nouit bonum In primiſque accipit hoc principium, eandem eſſe rationem horum pronũciatorum, & ceterorum, vt ex his colligere poſsi*t idem dicendũ eſſe de ceteris.

b *Probat non tãdem eſſe rationem dictorum pronunciatorum, i. non eſſe conſtituendã differẽtiã in hoc tractatu inter hæc verbu, poſſe, ſcire, eſſe* quia reliqua verba, vt poſſe, & ſcire, poſſunt reſolui in participiũ & verbum Eſſe.

c Id eſt negationes oppoſitæ dictis affirmationibus.

d *Differentiam inter affirmationẽ infinitam & negationem finitam, in dictis exẽplis probat ſyllogiſmo hypothetico ducente ad incommodum* Nam ſi hęc idem ſignificãt, poteſt non ambulare, &, non poteſt ãbulare: item, nouit non bonum, &, non nouit bonum: ſimul veræ erunt affirmatio & negatio oppoſitæ: atqui conſequens eſt falſum & impoſſibile: ergo & id ex quo ſequitur.

e *Hypotheſis*

idem ſignificat quod, eſt potens non ambulare: hæc [a] ſimul inerunt in eodem [b]. (quoniam [c] idem poteſt & ambulare, & non ambulare: necnon ſcit bonũ, & non bonũ) affirmatio verò & negatio oppoſitæ, non ſunt ſimul in eodẽ. Quemadmodũ [d] igitur non idem eſt, nõ noſſe bonũ, &, noſſe non bonum: ita non idem *eſt*, eſſe non bonum, &, non eſſe bonum. nam ſi ex analogis [e] altera ſint diuerſa, etiam altera *ita ſe habent*. 4 Neque *idem eſt*, eſſe [f] non æquale, &, nõ eſſe æquale. alteri namque, *id eſt* ei quod eſt non æquale, ſubiicitur aliquid, *nempe* quod eſt inæquale: alteri verò nihil ſubiicitur. Idcirco non omne [g] eſt æquale aut inæquale: omne autẽ *eſt* æquale aut nõ æquale. 5 Præterea hæc, eſt [h] non album lignũ, &, non eſt album lignum, non ſimul ſunt. nã ſi eſt lignum non album, erit lignum: quod autem non eſt album lignum, non neceſſe *eſt* eſſe lignum. 6 Quare perſpicuũ *eſt*, *huius dicti*, eſt bonum, non eſſe negationem hoc, eſt nõ bonum. Si igitur de vnoquoque aut affirmatio aut negatio vera *eſt*, cùm negatio non ſit, conſtat affirmationem quodammodo [i] eſſe. Omnis [k] autem affirmationis eſt negatio. ergo huius [l] quoque *negatio eſt*, non eſt non bonum. 7 Habent autem hunc ordinem inter ſe. Eſto, eſſe bonũ vbi α: non eſſe bonum, vbi β: eſſe non bonum, vbi γ, ſub β: non eſſe non bonum, vbi δ, ſub α.

ταὐτὸ σημαίνει, καὶ ἔστι δυνάμενος οὐ βαδίζειν, ἢ μὴ βαδίζειν· ταῦτα γὰρ ἅμα ὑπάρξει τῷ αὐτῷ. (ὁ γὰρ αὐτὸς δύναται καὶ βαδίζειν καὶ μὴ βαδίζειν· καὶ ἐπιστήμων τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τοῦ μὴ ἀγαθοῦ ἐστι) φάσις δὲ καὶ ἀπόφασις οὐχ ὑπάρχουσιν αἱ ἀντικείμεναι ἅμα τῷ αὐτῷ. ὥσπερ οὖν οὐ ταὐτόν ἐστι τὸ μὴ ἐπίστασθαι τὸ ἀγαθὸν, καὶ ἐπίστασθαι τὸ μὴ ἀγαθόν· οὐδὲ εἶναι μὴ ἀγαθὸν, καὶ μὴ εἶναι ἀγαθὸν, ταὐτόν. τῶν γὰρ ἀνάλογον, ἐὰν θάτερα ᾖ ἕτερα, καὶ θάτερα. 4 Οὐδὲ τὸ εἶναι μὴ ἴσον, καὶ τὸ μὴ εἶναι ἴσον· τῷ μὲν γὰρ ὑπόκειταί τι, τῷ ὄντι μὴ ἴσῳ, καὶ τοῦτ' ἔστι τὸ ἄνισον· τῷ δὲ, οὐδέν. διόπερ, ἴσον μὲν ἢ ἄνισον, οὐ πᾶν ὑπάρχει· ἴσον δὲ ἢ οὐκ ἴσον, πᾶν. 5 Ἔτι, τὸ ἔστιν οὐ λευκὸν ξύλον, καὶ τὸ οὐκ ἔστι λευκὸν ξύλον, οὐχ ἅμα ὑπάρχει. εἰ γάρ ἐστι ξύλον οὐ λευκὸν, ἔσται ξύλον· τὸ δὲ μὴ ὂν λευκὸν ξύλον, οὐκ ἀνάγκη εἶναι ξύλον. 6 Ὥστε φανερὸν, ὅτι οὐκ ἔστι τοῦ ἔστιν ἀγαθὸν, τὸ ἔστιν οὐκ ἀγαθὸν, ἀπόφασις. Εἰ οὖν κατὰ παντὸς ἑνὸς, ἢ ἡ φάσις ἢ ἡ ἀπόφασις ἀληθής· εἰ μή ἐστιν ἀπόφασις, δῆλον ὡς κατάφασις ἄν πως εἴη. καταφάσεως δὲ πάσης ἀπόφασίς ἐστι· καὶ ταύτης ἄρα, τὸ οὐκ ἔστιν οὐκ ἀγαθόν.

7 Ἔχει δὲ τάξιν τήνδε πρὸς ἄλληλα. ἔστω τὸ μὲν εἶναι ἀγαθὸν, ἐφ' οὗ α· τὸ δὲ μὴ εἶναι ἀγαθὸν, ἐφ' οὗ τὸ β· τὸ δὲ εἶναι μὴ ἀγαθὸν, ἐφ' οὗ γ, ὑπὸ τὸ β· τὸ δὲ μὴ εἶναι μὴ ἀγαθὸν, ἐφ' οὗ δ, ὑπὸ τὸ α.

a Poteſt ambulare, & non poteſt ambulare. quę contradictio n s modo ſi i iudicemopponun tur.


b Simul erunt vera.

c *Probat conſecutionem poſitam in hypotheſi.* quoniã idem poteſt cognoſcere bonũ & cognoſcere nõ bonum: ergo poteſt cognoſcere bonum, & non poteſt cognoſcere bonum: ſi hæc idem valent, nõ cognoſcere bonum, &, cognoſcere non bonũ. eadem eſt aliarũ propoſitionum ratio.

d *Ex eo quod probauit de his pronunciatis nõ nouit bonum, &, nouit non bonum colligit idem eſſe dicendũ de his, non eſt bonũ, eſt non bonum.*

e Analogia, id eſt proportio, eſt rationum ſimilitudo. Sunt igitur analoga hæc quatuor, non nouit bonum, nouit nõ bonum, non eſt bonum, eſt non bonum: quoniã eadem eſt ratio inter duo priora & inter duo poſteriora. itaque cùm duo priora inter ſe differãt neceſſe eſt vt etiam poſteriora differant eodem modo.

f Afferens nouum argumentum, vtitur nouo exemplo, vt certior res fiat, non ſolùm ob multas rationes, ſed etiam ob multa exempla. g Quia quod non eſt, vt chimæra, neque eſt æquale, neque inæquale quinimmo non omnia entia ſunt æqualia aut inæqualia, ſed ſola quanta. h Non ſolùm vtitur noua ratione ſed etiam nouis exemplis. hæc autem differunt à ſuperioribus: quia ſuprà erat attributum omnino infinitũ, eſt non bonum, ſcit non bonum: hic verò attributum eſt partim finitum, partim infinitum. ſic enim intelligendũ eſt hoc pronunciatum, eſt non album lignum, id eſt, eſt lignum non album. i Id eſt, infinitam. k Vide c. 6. de interpr. part. 3. l Huius affirmationis, eſt non bonum.



Παντὶ δὴ ὑπάρξει ἢ τὸ α ἢ τὸ β, καὶ οὐδενὶ τῷ αὐτῷ· καὶ ἢ τὸ γ ἢ τὸ δ, καὶ οὐδενὶ τῷ αὐτῷ. καὶ ᾧ τὸ γ, ἀνάγκη τὸ β παντὶ ὑπάρχειν. εἰ γὰρ ἀληθὲς εἰπεῖν ὅτι ἐστὶν οὐ λευκόν· καὶ ὅτι οὐκ ἔστι λευκόν, ἀληθές. ἀδύνατον γὰρ, ἅμα εἶναι λευκὸν καὶ εἶναι μὴ λευκόν· ἢ εἶναι ξύλον οὐ λευκὸν, καὶ εἶναι ξύλον λευκόν. ὥστ' εἰ μὴ ἡ κατάφασις, ἡ ἀπόφασις ὑπάρξει. τῷ δὲ β τὸ Γ οὐκ ἀεί. ὃ γὰρ ὅλως μὴ ξύλον ἐστὶν, οὐδὲ ξύλον ἔσται οὐ λευκόν. ἀνάπαλιν τοίνυν ᾧ τὸ α, τὸ δ παντί. ἢ γὰρ τὸ Γ, ἢ τὸ δ. ἐπεὶ δ' οὐχ οἷόν τε ἅμα εἶναι μὴ λευκὸν καὶ εἶναι λευκόν, τὸ δ ὑπάρξει. κατὰ γὰρ τοῦ ὄντος λευκοῦ, ἀληθὲς εἰπεῖν, ὅτι οὐκ ἔστιν οὐ λευκόν· κατὰ δὲ τοῦ δ, οὐ παντὸς τὸ α. κατὰ γὰρ τοῦ ὅλως μὴ ὄντος ξύλου, οὐκ ἀληθὲς τὸ α εἰπεῖν, ὡς ἔστι ξύλον λευκόν. ὥστε τὸ δ, ἀληθές· τὸ α, οὐκ ἀληθὲς, ὅτι ξύλον λευκόν. δῆλον δ' ὅτι καὶ τὸ α γ οὐδενὶ τῷ αὐτῷ ὑπάρχει, εἰ καὶ τὸ β καὶ τὸ δ ἐνδέχεται τινὶ τῷ αὐτῷ ὑπάρξαι.

Cuiuis[a] igitur inerit aut τὸ α, aut τὸ β, & nulli eidem *vtrumque*. item[b] aut τὸ Γ, aut τὸ δ, & nulli eidem *vtrumque*. &[c] cuicumque τὸ Γ *ineſt*, neceſſe *eſt etiam* τὸ β ineſſe. nam ſi verè dicitur eſſe non album, etiã verè *dicetur* non eſſe album. impoſſibile[d].n. *eſt*, ſimul eſſe albũ, & non eſſe album: aut eſſe lignum non album, & eſſe lignum album. quare niſi affirmatio *inſit*, negatio inerit. Verũ τῷ β τὸ γ nõ ſemper *conſequẽs eſt*. quod.n. omnino nõ lignum eſt, ne lignũ *quidẽ* erit non albũ. Cõtrà[e], cuicũque *ineſt* τὸ α, *ineſt* etiã τὸ Γ. aut enim *ineſt* τὸ Γ aut τὸ δ. ſed quia nõ poteſt ſimul eſſe nõ album[f] & eſſe albũ [g], τὸ δ inerit. nã de eo quod eſt albũ, verè dicitur nõ eſſe non albũ. Non tamẽ de omni δ *dicitur* τὸ α: quia de eo quod omnino non eſt lignum, non verè dicitur τὸ α, nempe eſſe lignum albũ. quare τὸ δ erit verum: τὸ α, non verum, *id eſt* eſſe lignũ album. Manifeſtũ[h] quoque *eſt*, τὸ α Γ nulli eidem ineſſe, etſi[i] τὸ β & τὸ δ poſſint eidem alicui ſimul ineſſe.

a Collatio τῶν α β.

b Collatio τῶν γ δ.

c Collatio τῶν β γ.

d Ex eo quòd τῷ γ non eſt conſequẽs τὸ α, probat cõſequẽs eſſe τὸ β: quia α & β ſibi contradicũt, proinde neceſſe eſt aut eſſe α aut β.

e Collatio τῶν α δ.

f Hoc eſt γ.

g Hoc eſt α.


h Collatio τῶν α γ.

i Collatio τῶν β δ.

8 Huic collocationi ſimilis eſt collocatio priuationum *relatarũ* ad attributiones[a]. Sit.n.æquale, vbi α:non æquale, vbi β:inæquale, vbi γ:non inæquale, vbi δ.

a Id eſt, habitus. Sed hoc verbũ, habitus, ita accipe, vt opponitur priuationi, non pro ſpecie quadam qualitatis, vt accipiebatur cap.8. Categor.

8 Ὁμοίως δ᾽ ἔχουσι καὶ αἱ στερήσεις πρὸς τὰς κατηγορίας ταύτῃ τῇ θέσει. ἔστω γὰρ ἴσον, ἐφ᾽ οὗ τὸ α· οὐκ ἴσον ἐφ᾽ οὗ τὸ β· ἄνισον, ἐφ᾽ οὗ τὸ γ· οὐκ ἄνισον, ἐφ᾽ οὗ τὸ δ.



9 Quinetiam in multis, quorũ aliis ineſt, aliis non ineſt eadem res, negatio[b] ſimiliter vera eſſe poteſt, *veluti*, non ſunt alba omnia, aut, non eſt album vnum quodq;: cùm falſa *ſit affirmatio*[c], eſt non albũ vnumquodque, vel, omnia ſũt nõ alba. Similiter huius *affirmationis*, eſt omne animal albũ, non *eſt* negatio hęc, eſt non album omne aimal, (ambæ enim ſunt falſæ) ſed hæc, nõ eſt omne animal albũ. 10 Cùm autem conſtet diuerſam eſſe *horum pronunciatorum* ſignificationẽ, eſt non album, &, nõ eſt albũ: & alterum eſſe affirmationẽ, alterum negationẽ: perſpicuum *eſt*, nõ eodẽ modo vtrũque probari. Exẽpli cauſâ, *non eodẽ modo hæc probatur:* Quodcũque[d] eſt animal, nõ eſt albũ, aut, cõtingit[e] nõ eſſe albũ: &, verè[f] dicitur nõ album, hoc enim eſt eſſe nõ albũ. Sed hæc, verè[g] dicitur eſſe albũ, ſiue nõ[h] albũ, *probandi* modus idẽ *eſt*. ambo enim adſtruendo probantur per primam figuram. nam *ar-*

b Finita.

c Infinita.

d Negatio finita pura.

e Negatio finita contingens.

f Affirmatio infinita.

g Affirmatio finita.

h Affirmatio infinita.


9 Καὶ ἐπὶ πολλῶν δέ, ὧν τοῖς μὲν ὑπάρχει, τοῖς δ᾽ οὐχ ὑπάρχει τὸ αὐτό, ἡ μὲν ἀπόφασις ὁμοίως ἀληθεύοιτ᾽ ἄν, ὅτι οὐκ ἔστι λευκὰ πάντα, ἢ ὅτι οὐκ ἔστι λευκὸν ἕκαστον· ὅτι δ᾽ ἐστὶν οὐ λευκὸν ἕκαστον, ἢ ὅτι πάντα ἐστὶν οὐ λευκά, ψεῦδος. ὁμοίως δὲ καὶ τοῦ ἔστι πᾶν ζῷον λευκόν, οὐ τὸ, ἔστιν οὐ λευκὸν ἅπαν ζῷον, ἀπόφασις· ἄμφω γὰρ ψευδεῖς· ἀλλὰ τὸ, οὐκ ἔστι πᾶν ζῷον λευκόν. 10 Ἐπεὶ δὲ δῆλον, ὅτι ἕτερον σημαίνει τὸ ἔστιν οὐ λευκόν, καὶ τὸ οὐκ ἔστι λευκόν· καὶ τὸ μὲν, κατάφασις, τὸ δὲ ἀπόφασις· φανερὸν ὡς οὐχ ὁ αὐτὸς τρόπος τοῦ δεικνύναι ἑκάτερον. οἷον ὅτι ὃ ἂν ᾖ ζῷον, οὐκ ἔστι λευκόν, ἢ ἐνδέχεται μὴ εἶναι λευκόν· καὶ ὅτι ἀληθὲς εἰπεῖν μὴ λευκόν· τοῦτο γάρ ἐστιν εἶναι μὴ λευκόν. ἀλλὰ τοῦ μὲν, ἀληθὲς εἰπεῖν, ἔστι λευκόν, εἴτε μὴ λευκόν, ὁ αὐτὸς τρόπος· κατασκευαστικῶς γὰρ ἄμφω διὰ τοῦ πρώτου δείκνυται σχήματος· τὸ γὰρ

ἀληθὲς, τοῦ ἔστιν, ὁμοίως τάττεται· τοῦ γὰρ ἀληθὲς εἰπεῖν λευκόν, οὐ τὸ ἀληθὲς εἰπεῖν μὴ λευκόν, ἀπόφασις, ἀλλὰ τὸ μὴ ἀληθὲς εἰπεῖν λευκόν. εἰ δὴ ἔστιν ἀληθὲς εἰπεῖν, ὃ ἂν ᾖ ἄνθρωπος, μουσικὸν εἶναι, ἢ μὴ μουσικὸν εἶναι· ὃ ἂν ᾖ ζῶον, ληπτέον ἢ εἶναι μουσικὸν, ἢ μὴ μουσικὸν εἶναι. καὶ δέδεικται. τὸ δὲ μὴ εἶναι μουσικὸν ὃ ἂν ᾖ ἄνθρωπος, ἀνασκευαστικῶς δείκνυται κατὰ τοὺς εἰρημένους τρεῖς τρόπους.

II Ἁπλῶς δὲ, ὅταν οὕτως ἔχῃ τὸ α καὶ τὸ β, ὥστε ἅμα μὲν τῷ αὐτῷ μὴ ἐνδέχεσθαι, παντὶ δὲ ἐξ ἀνάγκης θάτερον· καὶ πάλιν τὸ γ καὶ τὸ δ ὡσαύτως· ἕπηται δὲ τῷ γ τὸ α, καὶ μὴ ἀντιστρέφῃ καὶ οὐκ ἀντιστρέφει καὶ τὸ μὲν α καὶ τὸ δ ἐνδέχεται τῷ αὐτῷ, τὸ δὲ β καὶ τὸ γ οὐκ ἐνδέχεται.

ticulus ille, Verè *dicitur*, ſimiliter collocatur vt *verbum* Eſt. huius enim *pronunciati*, verè dicitur album, non eſt negatio, verè dicitur non album, ſed, non verè dicitur album. Quod ſi *hoc probandum ſit*, verè[a] dicitur, quodcumque eſt homo, eſſe muſicum aut eſſe[b] non muſicum: accipiendum *eſt*, quodcumque[c] eſt animal, eſſe muſicum, aut eſſe non muſicum: ac demonſtratũ erit[d]. At verò quodcumque[e] eſt homo, non eſſe muſicum, refutando probatur in dictis tribus modis[f]. II Simpliciter[g] autem cùm ita *ſe* habent τὸ α ac τὸ β, vt ſimul eidem ineſſe nequeant, cuiuis autem neceſſariò alterum *inſit*, itidémque rurſus *ſe habent* τὸ γ & τὸ δ, conſequens autem eſt τῷ γ τὸ α, nec reciprocatur: *tunc* etiam τῷ β τὸ δ conſequens erit, nec reciprocabitur: & τὸ α ac τὸ δ poterunt eidem ineſſe, τὸ β autem & τὸ γ non poterunt.

a Hæc eſt affirmatio vniuerſalis finita.
b Hæc eſt affirmatio vniuerſalis infinita.
c Hæc eſt maior propoſitio, cui ſi adiungatur minor, omnis homo eſt animal: erit ſyllogiſmus in Barbara.
d In Barbara.
e Negatio vniuerſalis finita.
f Celarent, Ceſare, Cameſtres.
g Id eſt, generaliter.



In hoc typo Romanis Characteribus notantur ea quæ Ariſtoteles ſupponit: Italicis ea quæ probat.

Πρῶτον μὲν οὖν, ὅτι τῷ β ἕπεται τὸ δ, ἐνθένδε φανερόν. ἐπεὶ γὰρ παντὶ τῶν γ δ θάτερον ἐξ ἀνάγκης· ᾧ δὲ

Primum[h] igitur τῷ β conſequẽs eſſe τὸ δ, hinc apparet. Cùm enim cuiuis ex neceſſitate *inſit* alterum τῶν γ δ, *ei* verò cui

h Collatis τῷ β δ


τὸ β *ineſt*, non poſſit *ineſſe* τὸ γ, quia ſecum infert α, τὸ α verò & τὸ β non poſſunt eidem *ineſſe*: perſpicuum *eſt*, conſequens eſſe τὸ δ. Rurſus[a] quia τὸ γ non reciprocatur cum α: cuiuis autem ineſt aut τὸ γ: vt τὸ δ: accidit vt τὸ α & τὸ δ eidem inſint. Verùm[b] τὸ β & τὸ γ nō poſſunt *eidem ineſſe*: quia ſtatim ad γ conſequitur τὸ α, atque ita euenit quiddam impoſſibile[c] perſpicuum[d] igitur *eſt* τὸ β cum δ nō reciprocari: quia vnà cum δ contigit etiam τὸ α[e] ineſſe. 12 Interdū verò etiam in huiuſcemodi terminorum diſpoſitione falli cō tingit; quia non rectè accipiuntur oppoſita, quorum alterum cuiuis ineſſe neceſſe *eſt*. Vt ſi τὸ α & τὸ β non accidant ſimul eidem, neceſſe autem *ſit*, cui alterum non *ineſt*, alterum ineſſe: rurſus eodem modo *ſe habeant* τὸ γ & τὸ δ: omni autem γ conſequens ſit τὸ α. concludetur enim, cui τὸ δ *ineſt*, ei τὸ β neceſſariò ineſſe: quod quidem eſt[f] falſum. Sumatur enim negatio τῶν α β, quę *ſit* vbi ζ: rurſúſque *negatio* τῶν γ δ, quæ *ſit* vbi θ. neceſſe igitur *eſt*, cuiuis *ineſſe* aut τὸ α aut τὸ ζ[g], nimirum aut affirmationem aut negationem: rurſus aut τὸ γ aut τὸ θ[h] quia *ſunt* affirmatio & negatio: & cuicunque τὸ γ *ineſt*, *etiam* τὸ α *ineſſe* ſuppoſitū fuit. itaque cuicumque τὸ ζ *ineſt*, *etiam* τὸ θ *inerit*. Rurſus quia τῶν ζ β alterum cuiuis *ineſt*[i], & τῶν θ δ itidem[k] *alterum*, conſequens autem eſt τῷ ζ τὸ θ: etiā τῷ δ cōſequens erit τὸ β: hoc enim ſcimus[l]. Si igitur τῷ γ *conſequens eſt* τὸ α, etiam τῷ δ *conſequēs erit* τὸ β. quod tamē falſum *eſt*: quia vice verſa erat cōſecutio in iis quæ ita *ſe* habent[m].

τὸ β, οὐκ ἐνδέχεται τὸ γ, ἀλλὰ τὸ συνεπιφέρειν τὸ α, τὸ δὲ α καὶ β μὴ ἐνδέχεσθαι τῷ αὐτῷ· φανερὸν, ὅτι τὸ δ ἀκολουθήσει. πάλιν, ἐπεὶ τῷ α τὸ γ οὐκ ἀντιστρέφει, παντὶ δὲ ἢ τὸ γ ἢ τὸ δ, ἐνδέχεται τὸ α καὶ τὸ δ τῷ αὐτῷ ὑπάρχειν. τὸ δέ γε β καὶ τὸ γ οὐκ ἐνδέχεται, διὰ τὸ συνακολουθεῖν τῷ γ τὸ α· συμβαίνει γάρ τι ἀδύνατον. φανερὸν οὖν, ὅτι οὐδὲ τὸ β τῷ δ ἀντιστρέφει· ἐπείπερ ἐγχωρεῖ, ἅμα τῷ δ καὶ τὸ α ὑπάρχειν.

12 Συμβαίνει δὲ ἐνίοτε καὶ ἐν τῇ τοιαύτῃ τάξει τῶν ὅρων ἀπατᾶσθαι, διὰ τὸ μὴ τὰ ἀντικείμενα λαμβάνεσθαι ὀρθῶς, ὧν ἀνάγκη παντὶ θάτερον ὑπάρχειν. οἷον, εἰ τὸ α καὶ τὸ β μὴ ἐνδέχεται ἅμα τῷ αὐτῷ, ἀνάγκη δὲ ὑπάρχειν, ᾧ μὴ θάτερον, θάτερον· καὶ πάλιν τὸ γ καὶ τὸ δ, ὡσαύτως· ᾧ δὲ τὸ γ, παντὶ ἕπεται τὸ α. συμβήσεται γὰρ ᾧ τὸ δ, τὸ β ὑπάρχειν ἐξ ἀνάγκης, ὅπερ ἐστὶ ψεῦδος. Εἰλήφθω γὰρ ἡ ἀπόφασις τῶν α β, ἡ ἐφ᾽ ὧν ζ· καὶ πάλιν τῶν γ δ, ἡ ἐφ᾽ ὧν θ. ἀνάγκη δὴ παντὶ ἢ τὸ α ἢ τὸ ζ· ἢ γὰρ τὴν φάσιν, ἢ τὴν ἀπόφασιν. καὶ πάλιν, ἢ τὸ γ, ἢ τὸ θ· φάσις γὰρ καὶ ἀπόφασις. καὶ ᾧ τὸ γ, παντὶ τὸ α ὑπόκειται. ὥστε ᾧ τὸ ζ, παντὶ τὸ θ. πάλιν, ἐπεὶ τῶν ζ β, παντὶ θάτερον· καὶ τῶν θ δ, ὡσαύτως· ἀκολουθεῖ δὲ τῷ ζ τὸ θ· καὶ τῷ δ ἀκολουθήσει τὸ β· τοῦτο γὰρ ἴσμεν. εἰ ἄρα τῷ Γ τὸ α, καὶ τῷ δ τὸ β. τοῦτο δὲ ψεῦδος· ἀνάπαλιν γὰρ ἦν ἐν τοῖς οὕτως ἔχουσιν ἡ ἀκολούθησις.

a *Collatio* τῶν α δ.
b *Collatio* τῶν β γ.
c Nempe α & β ſimul eſſe.
d *Collatio* τῶν β δ.
e Quod α non poteſt eſſe vnà cum β.
f Id eſt videtur eſſe falſum propter ſequentem obiectionem.
g Hoc videtur eſſe verum, quia τὸ ζ videtur eſſe negatio τοῦ α: ſed falſum eſt: quia poteſt eſſe β, quod neque ſit α neque ζ: & vt in ſolutione huius obiectionis dicetur, τὸ ζ non eſt negatio τοῦ α per ſe accepti, ſed τῶν α β.
h Idem dicendum eſt de γ θ. quod diximus de α ζ.
i Hoc quoque falſum eſt ob rationē nuper expoſitam de τοῖς α ζ. Ceterùm ſi eſſet aut α aut ζ, & ζ aut β aut ζ: quotieſcumque nōn eſſet ζ, eſſet ſimul α & β: cùm tamen ſuppoſitū fuerit, α & β nō poſſe eſſe ſimul.
k Hoc falſum eſt, vt ſuperiora.
l Ex proportione ſuprà declarata. quatuor enim terminis collocatis in quatuor angulis, antecedēs & cōſequens ſcribi debent in angulis oppoſitis.
m Id eſt, quia repugnat proportioni modò expoſitæ.

non eſt



13 Οὐ γὰρ ἴσως ἀνάγκη παντὶ τὸ α ἢ τὸ ζ, οὐδὲ τὸ ζ ἢ τὸ β· οὐ γάρ ἐστιν ἀπόφασις τοῦ α τὸ ζ. τοῦ γὰρ ἀγαθοῦ, τὸ οὐκ ἀγαθὸν, ἀπόφασις· οὐ ταὐτὸ δέ ἐστι τὸ οὐκ ἔστιν ἀγαθὸν, τῷ οὔτε ἀγαθὸν οὔτε οὐκ ἀγαθόν. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν γ δ. αἱ γὰρ ἀποφάσεις αἱ εἰλημμέναι, δύο εἰσίν.

13 Nõ enim fortaſſe neceſſe *eſt*, cuiuis ineſſe aut τὸ α aut τὸ ζ nec *aut* τὸ ζ aut τὸ ε: quia τοῦ α non eſt negatio τὸ ε. nam boni negatio eſt non bonum: hæc autem non idem valent, nõ eſt bonum, &, neque *eſt* bonũ, neque non bonum. Similis eſt ratio τῶν γ δ: quoniam negationes[a], quæ ſumptæ[b] fuerunt, duæ[c] ſunt[d].

a Τοῦ α, & τοῦ γ.
b In dubitatione ſuprà dicta.
c Nempe τοῦ α τὸ ε, & τὸ ζ: τοῦ γ verò τὸ δ, & τὸ β.
d Nõ poſſũt autem eſſe duę negationes vnius affirmationis, vt probatum fuit cap. 7. de Interpr. part. 11.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΑΝΑΛΥΤΙΚΩΝ
ΠΡΟΤΕΡΟΝ ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

ARISTOTELIS
ANALYTICORVM
PRIORVM *LIBER II.*

IVLIO PACIO
interprete.

SYNOPSIS SEV METHODVS LIBRI II. PRIORVM ANALYTICORVM.

In hoc libro explicantur ſyllogiſmorum

- **Poteſtates**

  ## Tractatvs I.

  - Plura concludere. *Cap.*1.
  - Ex veris falſum non probare, ex falſis autem verum probare in figura
    - Prima. *Cap.*2.
    - Secunda. *Cap.*3.
    - Tertia. *Cap.*4.
  - Circulus in figura
    - Prima. *Cap.*5.
    - Secunda. *Cap.*6.
    - Tertia. *Cap.*7.
  - Conuerſio in figura
    - Prima. *Cap.*8.
    - Secunda. *Cap.*9.
    - Tertia. *Cap.*10.
  - Deductio ad incommodum quomodo
    - Fiat in figura
      - Prima. *Cap.*11.
      - Secunda. *Cap.*12.
      - Tertia. *Cap.*13.
    - Diſtinguatur à ratiocinatione oſtenſiua. *Cap.*14.
  - Ratiocinatio ex oppoſitis. *Cap.*15.

- **Imbecillitates**

  ## Tractatvs II.

  - Petitio quæſiti. *Cap.*16.
  - Non propter hoc ſequi falſum. *Cap.*17.
  - Falſa ratio. *Cap.*18.
  - Cataſyllogiſmus, & crypſis. *Cap.*19.
  - Elenchus. *Cap.*20.
  - Deceptio. *Cap.*21.

- **Affinia**

  ## Tractatvs III.

  - Conſecutionum regulæ. *Cap.*22.
  - Inductio. *Cap.*23.
  - Exemplum. *Cap.*24.
  - Abductio. *Cap.*25.
  - Obiectio, ſiue Inſtantia. *Cap.*26.
  - Enthymema. *Cap.*27.

ΑΡΙΣΤΟ-

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ

ἈΝΑΛΥΤΙΚΩ͂Ν ΠΡΟΤΕ-ρων τὸ δεύτερον.

ARISTOTELIS

ANALYTICORVM

PRIORVM *Liber* II.

DE POTESTATIBVS SYLLOGISMORVM.

TRACTATVS I.

De poteſtate plura concludendi. CAP. I.

1 ¶ Anacephalæoſis. 2 ¶ De conuerſione concluſionis. 3 ¶ De iis quæ continentur ſub medio termino, aut ſub minori extremo. 4 De ſyllogiſmis vniuerſalibus in prima figura affirmãtibus, 5 vel negantibus. 6 De ſyllogiſmis vniuerſalibus in ſecunda figura. 7 De particularibus in prima figura, 8 & in aliis figuris.

Ἐν πόσοις μὲν οὖν σχήμασι, καὶ διὰ ποίων καὶ πόσων προτάσεων, καὶ πότε, καὶ πῶς γίνεται συλλογισμός· ἔτι δὲ, εἰς ποῖα βλεπτέον ἀνασκευάζοντι, καὶ κατασκευάζοντι, καὶ πῶς δεῖ ζητεῖν περὶ τοῦ προκειμένου καθ' ὁποιανοῦν μέθοδον· ἔτι δὲ καὶ διὰ ποίας ὁδοῦ ληψόμεθα τὰς περὶ ἕκαστον ἀρχὰς, ἤδη διεληλύθαμεν. 2 Ἐπεὶ δὲ οἱ μὲν, καθόλου, τῶν συλλογισμῶν εἰσὶν, οἱ δὲ, ἐπὶ μέρους· οἱ μὲν καθόλου πάντες, ἀεὶ πλείω συλλογίζονται· τῶν δὲ ἐν μέρει, οἱ μὲν κατηγορικοὶ, πλείω· οἱ δὲ ἀποφατικοὶ, τὸ συμπέρασμα μόνον. αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι προτάσεις ἀντιστρέφουσιν· ἡ δὲ ἐν μέρει στερητικὴ, οὐκ ἀντιστρέφει· τὸ δὲ συμπέρασμα, τὶ κατά τινός ἐστιν. ὥστ' οἱ μὲν ἄλλοι συλλογισμοὶ

In[a] quot igitur figuris, & per quales, ac quot propoſitiones, & quãdo, & quomodo fiat ſyllogiſmus: ampliùs[b], ad quæ reſpiciendum *ſit* euertenti vel adſtruenti, & quomodo quęri debeat de re propoſita ſecundum quamuis methodum: præterea[c] qua via ſumemus cuiuſque *quæſtionis* principia, iam expoſuimus. 2 Cùm autem ſyllogiſmorum alii ſint vniuerſales[d], alii particulares: vniuerſales omnes ſemper plura concludunt: ex particularibus, attributiui plura *concludunt*, negatiui vnam concluſionem *colligunt*. nam aliç propoſitiones conuertuntur. particularis autem priuatiua nõ conuertitur. concluſio verò eſt *oratio ſignificans* aliquid de aliquo. quaproter alii ſyllogiſmi

CAP. I.

a Hæc expoſita fuerunt lib. ſuperioris tract. 1.

b Hæc ſũt enarrata tract. 2. lib. preced.


c Hæc Ariſt. docuit tract. 3 ſuperioris libri.

d Vniuerſales, vel particulares intellige ratione concluſionis: ideo vt Darapti & Felapton, qui cõſtant ex propoſitionibus vniuerſalibus, dicãtur particulares quia vim particularem habent, id eſt probant concluſionẽ particularem, nõ vniuerſalem.

a Cur plures concluſiones colligantur.
b Aliam rationẽ plura concludẽdi afferre.
c Id eſt, ſubiiciuntur minori extremo. nam minus eſt ſub maiori: quod igitur eſt ſub minori, eſt ſub tota concluſione.

plura concludunt. Vt ſi oſtẽſum fuerit τὸ α *ineſſe* omni aut alicui β: neceſſe *eſt*, etiam τὸ ϛ ineſſe alicui α. quòd ſi *oſtenſum ſit* nulli β *ineſſe* τὸ α, etiam nulli α *inerit* τὸ β hæc autem *concluſio* eſt diuerſa à ſuperiori. At ſi α cuidam β non inſit: non *eſt* neceſſe, etiam τὸ ϛ cuidam α non ineſſe. poteſt enim omni ineſſe.


πλείω συλλογίζονται. οἷον, εἰ τὸ α δέδεικται παντὶ τῷ β, ἢ τινί· καὶ τὸ β τινὶ τοῦ α, ἀναγκαῖον ὑπάρχειν· καὶ εἰ μηδενὶ τῷ β τὸ α, οὐδὲ τὸ β οὐδενὶ τῷ α. τοῦτο δ᾽ ἕτερον τοῦ ἔμπροσθεν· εἰ δὲ τὸ α τινὶ μὴ ὑπάρχει τῷ β, οὐκ ἀνάγκη καὶ τὸ β τινὶ τῷ α μὴ ὑπάρχειν· ἐνδέχεται γὰρ παντὶ ὑπάρχειν.



d Sententia Ariſtotelis eſt, ex eodem ſyllogiſmo colligi tres concluſiones, vnam de minori extremo, alteram de eo quod eſt ſub minore, tertiam de eo quod ſubiicitur medio termino. Subſiſto: quia ſicut tres ſunt cõcluſiones, ita etiã ſunt tres ſyllogiſmi, vt in ſubiectis exempl is videre licet: exẽpli cauſâ, qui probauit omne animal eſſe ſubſtantiam nõ probauit omnẽ hominem eſſe ſubſtantiam, antequàm eam concluſionẽ ſumat pro maiore propoſitione, & adiungat minorẽ, quæ aſſerat omnẽ hominẽ eſſe animal. Sed ſcire oportet ex c. 22. hui⁹ libri, & cap. 2. lib 1, Poſter. Analyt. & cap. 2. lib. 7. Ethic. Nicomach. aliã eſſe ſcientiam generalem, aliã ſpecialẽ & propriã. ergo qui ſcit omne animal eſſe ſubſtantiam ſcit etiam generali

Hæc igitur *eſt* cauſa [a] omnium *ſyllogiſmorum* communis, tam vniuerſalium, quàm particulariũ. 3 Licet autem de vniuerſalibus etiam aliter dicere [b]. nã quæ ſub medio aut ſub concluſione [c] ſũt, *eorum* omnium erit idem [d] ſyllogiſmus, ſi illa in medio, hæc in concluſione ponantur [e]: 4 Vtputà ſi τὸ α ϛ concludatur per γ: neceſſe *eſt*, τὸ α dici de *iis* omnibus, quæ ſunt ſub ϛ, aut *ſub* γ: nam ſi τὸ δ eſt in toto β, ac τὸ ϛ in toto α: etiam τὸ δ erit in toto α. Rurſus ſi τὸ ε *eſt* in toto γ, ac τὸ ſ in *ipſo* α: etiã τὸ ε erit in toto α

Αὕτη μὲν οὖν κοινὴ πάντων αἰτία, τῶν τε καθόλου, καὶ τῶν κατὰ μέρος. 3 Ἔστι δὲ περὶ τῶν καθόλου καὶ ἄλλως εἰπεῖν. ὅσα γὰρ ἢ ὑπὸ τὸ μέσον, ἢ ὑπὸ τὸ συμπέρασμά ἐστιν, ἁπάντων ἔσται ὁ αὐτὸς συλλογισμός· ἐὰν τὰ μὲν, ἐν τῷ μέσῳ· τὰ δὲ, ἐν τῷ συμπεράσματι τεθῇ. 4 Οἷον, εἰ τὸ α β συμπέρασμα διὰ τοῦ γ· ὅσα ὑπὸ τὸ β ἢ τὸ γ ἐστὶν, ἀνάγκη κατὰ πάντων λέγεσθαι τὸ α. εἰ γὰρ τὸ δ ἐν ὅλῳ τῷ β, τὸ δὲ β ἐν ὅλῳ τῷ α· καὶ τὸ δ ἔσται ἐν ὅλῳ τῷ α. πάλιν, εἰ τὸ ε ἐν ὅλῳ τῷ γ, τὸ δὲ γ ἐν τῷ α· καὶ τὸ ε ἐν ὅλῳ τῷ α ἔσται.



quadam cognitione omnem hominem eſſe ſubſtantiã, quatenus homo cõtinetur ſub animali. Similiter qui probauit omne animal eſſe ſubſtantiam, probauit etiam omnem hominem eſſe ſubſtantiam: probauit, inquam, generaliter, non ſpecialiter. ſed ſpecialiter probat altero ſyllogiſmo. Eſt hoc loco & altera grauior dubitatio. nam Ariſtoteles ait eundem eſſe ſyllogiſmum eius quod eſt ſub concluſione, & eius quod eſt ſub medio termino, cùm ſyllogiſmus extructus eſt in Barbara vel Celarent, In aliis modis docebit non eſſe eundem ſyllogiſmum eius quod ſubiicitur medio termino: rationẽ̃ q̃ue afferet, quæ non minùs locũ habet in Barbara & Celarẽt: quia maius de medio non fuit probatũ ſyllogiſmo, ſicut probatũ eſt maius de minori, ſed fuit ſine probatione poſitum, dum accipiatur maior propoſitio. quocirca non poteſt dici ſyllogiſmus de eo quod eſt ſub medio, cùm non ſit ſyllogiſmus de medio: poteſt autem dici ſyllogiſmus de eo quod ſubiicitur minori extremo, quia vniuerſaliter eſt de minori extremo. Ego exiſtimo Ariſtotelem, quod nunc dicit, emendare in fine capitis, vbi docebit eandem eſſe rationem omnium ſyllogiſmorum quod ad ea quæ continentur ſub medio termino. e Id eſt, ſi illa medio termino, hæc minori extremo ſubiiciantur: atque ita fiant minores propoſitiones poſteriorum ſyllogiſmorum.

Bar. Omne

γ α
Bar Omne viuens eſt ſubſtantia:
β γ
ba Omne animal eſt viuens: Ergo
β α
ra Omne animal eſt ſubſtantia.

γ α
Bar Omne viuens eſt ſubſtantia:
ε γ
ba Omnis planta eſt viuens: Ergo
ε α
ra Omnis planta eſt ſubſtantia.

β α
Bar Omne animal eſt ſubſtantia:
δ β
ba Omnis homo eſt animal: Ergo
δ α
ra Omnis homo eſt ſubſtantia.

5 Ὁμοίως δὲ, καὶ ςερητικὸς εἴη ὁ συλλογισμός.

5 Simi'is ratio *eſt*, ſi priuatiuus [a] ſit ſyllogiſmus.

a Celarent



γ α
Ce Nullum viuens eſt lapis:
β γ
la Omne animal eſt viuẽs:
β α
rent Nullum animal eſt lapis:

γ α
Ce Nulum viuens eſt lapis:
ε γ
la Omnis planta eſt viuens:
ε α
rent Nulla planta eſt lapis.


β α
Ce Nullũ animal eſt lapis:
δ β
la Omnis homo eſt animal: Ergo
δ α
rent Nullus homo eſt lapis.

6 Ἐπὶ δὲ τοῦ δευτέρου σχήματος, τὸ ὑπὸ τὸ συμπέρασμα, μόνον ἔσαι συλλογίσασθαι. οἷον, εἰ τὸ α τῷ β μηδενὶ, τῷ δὲ γ παντί· συμπέρασμα, ὅτι οὐδενὶ τῷ γ τὸ β. εἰ δὴ τὸ δ ὑπὸ τὸ γ ἐςὶ, φανερὸν ὅτι οὐχ ὑπάρχει αὐτῷ τὸ β. τοῖς δὲ ὑπὸ τὸ α, ὅτι οὐχ ὑπάρχει, οὐ δῆλον διὰ τοῦ συλλογισμοῦ. καί τοι οὐχ ὑπάρχει τῷ ε, εἰ ἔςιν ὑπὸ τὸ α. ἀλλὰ τὸ μὲν, τῷ γ μηδενὶ ὑπάρχειν τὸ β, διὰ τοῦ συλλογισμοῦ δέδεικται· τὸ δὲ, τῷ α μὴ ὑπάρχειν, ἀναπόδεικτον εἴληπται. ὥςτε οὐ διὰ τὸν συλλογισμὸν συμβαίνει, τὸ β τῷ ε μὴ ὑπάρχειν.

6 In ſecunda autem figura ſyllogiſmus erit eius dũtaxat quod *eſt* ſub concluſione: Vt ſi τὸ α *inſit* nulli β, & omni γ: cõcludetur, nulli γ *ineſſe* τὸ β. Si igitur τὸ δ eſt ſub γ: perſpicuum *eſt*, ei non ineſſe τὸ β. Iis verò quæ *ſunt* ſub α, non ineſſe, non *eſt* manifeſtũ per ſyllogiſmum. atqui non inerit τῷ ε, ſi eſt ſub α. ſed nulli quidẽ γ ineſſe τὸ β, ſyllogiſmo probatum fuit: τῷ α verò non ineſſe, ſine demonſtratione acceptum fuit [b]. quare nõ colligitur *eo* ſyllogiſmo [c], τὸ β τῷ ε non ineſſe.

b Dum acceptũ fuit τὸ α de nullo β, quodammodo acceptũ fuit τὸ β de nullo α: quia propoſitio vniuerſalis negans reciprocatur.

c Id eſt, eodem ſyllogiſmo, quo probatum fuit β de nullo γ, non probatur β de nullo ε.



ζ α β α

Ceſ Nullus lapis eſt viuens. ——— *Ce* Nullũ viuens eſt lapis:

γ α ε α

a Omne animal eſt viuens. ——— *la* Omnis plãta eſt viuẽs,

Ergo ——— Ergo

γ ζ γ ζ ε ζ

re Nullum animal eſt lapis: ——— *Ce* Nullum animal eſt lapis: *rent* Nulla planta eſt lapis.

δ γ

la Omnis homo eſt animal:


δ

rent Ergo Nullus homo eſt

ζ

lapis.

Adde exemplum τοῦ Cameſtres.



ζ α β α

Cam Omne animal eſt viuens. ——— Omne animal eſt viuens.

γ α ε α

eſ Nullus lapis eſt viuens: ——— Omnis planta eſt viuens

Ergo ——— *Nihil concluditur.*

γ ζ γ ζ

tres Nullus lapis eſt animal. ——— *Ce* Nullus lapis eſt animal:

δ γ


la Omnis adamas eſt lapis: Ergo

δ ζ

rent Nullus adamas eſt animal.

7 In particularibus autem *ſyllogiſmis*, eorum quæ *ſunt* ſub cõcluſione *concludendorum* non erit *vlla* neceſſitas: quia non fit ſyllogiſmus [a], cùm hæc [b] *propoſitio* accipitur in parte. eorũ autem omnium quæ *ſunt* ſub medio erit quidem, non tamen per eũ ſyllogiſmum. 8 Vt ſi τὸ *a ineſt* omni β, ac τὸ β cuidam γ. quod enim poſitum eſt ſub γ, non cõcludetur. quod verò *eſt* ſub β, cõcludetur, non tamen per ſyllogiſmum [c] antecedentem.

7 Ἐπὶ δὲ τῶν ἐν μέρει, τῶν μὲν ὑπὸ τὸ συμπέρασμα, οὐκ ἔσται τὸ ἀναγκαῖον· οὐ γὰρ γίνεται συλλογισμὸς, ὅταν αὕτη ληφθῇ ἐν μέρει· τῶν δὲ ὑπὸ τὸ μέσον, ἔσται πάντων, πλὴν οὐ διὰ τὸν συλλογισμόν. 8 Οἷον, εἰ τὸ α παντὶ τῷ β, τὸ δὲ β τινὶ τῷ γ· τῶ μὲν γὰρ ὑπὸ τὸ γ τεθέντος, οὐκ ἔσται συλλογισμός· τῶ δὲ ὑπὸ τὸ β, ἔσται, ἀλλ' οὐ διὰ τὸν προγεγενημένον συλλογισμόν.



Da Omnis homo eſt bipes ——— { *Bar* — *Da* } Omnis homo eſt bipes.

ri Aliquod animal eſt homo: Ergo

i Aliquod animal eſt bipes. ——— Aliquod animal eſt bipes:

ba ——— Omnis / *ri* Aliquis } Æthiops eſt homo: Ergo

Omnis equus eſt animal.

ra ——— Omnis / *i* Aliquis } Æthiops eſt bipes.

Nihil concluditur. a.

Adde exemplum τῶ Ferio.



Fe Nullũ animal eſt inanimũ: ——— *Ce* Nullũ animal eſt inanimũ:

ri Aliquod album eſt animal: Ergo — *la* Omnis homo eſt animal:

o Aliquod album non eſt inanimũ. — Aliquod album non eſt inanimum.

rent Ergo Nullus homo eſt inanimus

Omnis nix eſt alba.


Nihil concluditur. e.

a Quia maior propoſitio eſt particularis, in prima figura.
b Hæc minor propoſitio ſi accipiatur particularis, erit ſyllogiſmus in Ferio.
c Quia maior propoſitio eſt particularis in prima figura.
d Extrue ſyllogiſmum diſiunctiuum à deſtructione vnius ad poſitionem alterius: Aut neque in ſyllogiſmis vniuerſalibus, neque in particularibus concluditur, quod eſt ſub medio: aut concluditur in vtriſque. atqui nõ concluditur in vtriſque, quia nõ cõcluditur in particularibus. ergo in neutris.
e In ſyllogiſmis vniuerſalibus.
f Particularibus. Eſt igitur par ratio vniuerſalium & particularium. vnde cùm in particularibus non cõcludatur quod eſt ſub medio, conſtat etiam in vniuerſalibus nõ concludi.

9 Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων σχημάτων· τὸ μὲν γὰρ ὑπὸ τὸ συμπέρασμα, οὐκ ἔσται· θάτερον δὲ ἔσται πλὴν οὐ διὰ τὸν συλλογισμόν, ᾗ καὶ ἐν τοῖς καθόλου ἐξ ἀναποδείκτου τῆς προτάσεως τὰ ὑπὸ τὸ μέσον ἐδείκνυτο· ὥστε ἢ οὐδ' ἐκεῖ ἔσται, ἢ καὶ ἐπὶ τούτων.

9 Similis *eſt* ratio aliarum figurarum. quod enim *eſt* ſub concluſione, non concludetur alterum concludetur, non tamen per *eum* ſyllogiſmum: quà etiam in *ſyllogiſmis* vniuerſalibus ex nõ demonſtrata propoſitione probabantur, quæ *ſunt* ſub medio. quare [d] aut ibi [e] quoque non cõcludetur, aut *concludetur* etiam in his [f].


Exempla ſyllogiſmorum particularium in ſecunda figura.



a Si hæc propoſitio ſit particularis, fiet ſyllogiſmus in Feſtino.

b Quia maior propoſitio eſt particularis in prima figura.

Feſ Nullus coruus eſt albus:		*Ceſ* Nullus coruus eſt albus:
ti Aliquod animal eſt album:		*a* Omnis nix eſt alba:
Ergo		Ergo
no Aliquod animal nõ eſt coruus.	Aliquod animal nõ eſt coruus:	*re* Nulla nix eſt coruus.
	Omnis homo eſt animal.	
	Nihil concluditur b.	




c Quia ambæ propoſitiones ſunt affirmantes in ſecunda figura.

d Quia maior propoſitio eſt particularis in prima figura.

Bar Omnis cygnus eſt albus:		Omni cygnus eſt albus:
oc Quoddam animal non eſt album:		Omnis nix eſt alba.
Ergo		*Nihil concluditur*. c
o Quoddam animal non eſt cygnus.	Quoddam animal non eſt cygnus:	
	Omnis homo eſt animal.	
	Nihil concluditur. d	

Exempla

Exempla ſyllogiſmorum particularium in tertia figura.




Dar Omnis auis eſt bipes:
ap Omnis auis eſt animal:
Ergo
ti Quoddã animal eſt bipes:

Quoddã animal eſt bipes.
Omnis equus eſt animal.
Nihil concluditur. b

Bar Omnis auis eſt bipes:
ba Omnis cygnus eſt auis:
Ergo
ra Omnis cygnus eſt bipes.

a Si hæc propoſitio accipiatur in parte, erit ſyllogiſmus in Darij.
b Quia maior propoſitio eſt particularis in prima figura. Eadémque eſt ratio ſequentiũ modorum inutilium.




Fe Nulla auis eſt quadrupes:
lap Omnis auis eſt animal:
Ergo
ton Aliquod animal non eſt quadrupes.


Aliquod animal non eſt quadrupes:
Omnis equus eſt animal.
Nihil concluditur.

Ce Nulla auis eſt quadrupes:
la Omnis cygnus eſt auis:
Ergo
rẽt Nullus cygnus eſt quadrupes.


e Si hæc propoſitio ſumatur in parte, erit ſyllogiſmus in Ferio.



Diſ Quædam auis eſt alba: —— Quædam auis eſt alba:
am Omnis auis eſt animal: Omnis coruus eſt auis.
Ergo *Nihil colligitur.*
is Quoddam animal eſt albū. —— Quoddam animal eſt album:
Omnis equus eſt animal.
Nihil colligitur.




Dat Omnis auis eſt bipes: —— *Bar* Omnis auis eſt bipes:
iſ Quædam auis eſt alba: *ba* Omnis aquila eſt auis:
Ergo Ergo
i Quoddam albū eſt bipes. —— Quoddam album eſt bipes: *ra* Omnis aquila eſt bipes
Omnis nix eſt alba.
Nihil concluditur.



Bro Quædā auis nō eſt alba: —— Quædā auis non eſt alba:
ar Omnis auis eſt animal: Omnis aquila eſt auis:
Ergo *Nihil concluditur.*
do Quoddam animal non eſt album: —— Quoddam animal nō eſt album:
Omnis equus eſt animal.
Nihil efficitur.

quadrupes



Fer Nulla auis eſt quadrupes: (γ, α) — Ce Nulla auis eſt quadrupes: (γ, α)

iſ Quædam auis eſt alba: (γ, ϛ) — la Omnis cygnus eſt auis: (δ, γ)

Ergo — Ergo

on Quoddam album non eſt quadrupes. (β, α) — Quoddã albũ nõ eſt quadrupes: (β, α) — rent Nullus cygnus eſt quadrupes. (δ, α)

Omnis nix eſt alba. (ε, ϛ)

Nihil colligitur.

De concluſione falſa ex veris propoſitionibus non colligenda, & vera ex falſis colligenda, in prima figura. CAP II.

1 ¶ Protheoria. 2 ¶ Summa huius tractatus. 3 ¶ Non cõcludi falſum ex veris. 4 ¶ Cõcludi verum ex falſis in prima figura. 5 De ſyllogiſmis vniuerſalibus. ſi ambæ propoſitiones ſint omnino falſæ, in Barbara, 6 vel Celarent. 7 ſi ambæ ſint falſæ ex parte. 8 ſi altera ſit falſa, altera vera. 9 ſi maior ſit tota falſa, & minor vera, in Barbara, 10 vel Celarent. 11 epilogus. 12 ſi maior ſit falſa ex parte, & minor vera, in Barbara, 13 vel Celarent. 14 ſi maior ſit vera, & minor tota falſa, in Barbara, 15 vel Celarent. 16 ſi maior ſit vera, & minor falſa ex parte, in Barbara, 17 vel Celarent. 18 De ſyllogiſmis particularibus. 19 ſi maior ſit tota falſa, & minor vera, in Darii, 20 vel Ferio. 21 ſi maior ſit falſa ex parte, & minor vera, in Darii, 22 vel Ferio. 23 ſi maior ſit vera, & minor tota falſa, in Darii, 24 vel Ferio. 25 ſi maior ſit falſa ex parte & minor tota falſa, in Darii, 26 vel Ferio. 27 ſi ambæ propoſitiones ſint in totum falſæ, in Darii, 28 vel Ferio.

ΕΣτι μὲν οὖν οὕτως ἔχειν, ὥστ' ἀληθεῖς εἶναι τὰς προτάσεις δι' ὧν ὁ συλλογισμὸς ἐστι δ', ὥστε ψευδεῖς· ἐστι δ', ὥστε τὴν μὲν, ἀληθῆ, τὴν δὲ, ψευδῆ. τὸ δὲ συμπέρασμα, ἢ ἀληθὲς ἢ ψεῦδος ἐξ ἀνάγκης. 2 Ἐξ ἀληθῶν μὲν οὖν οὐκ ἔστι ψεῦδος συλλογίσασθαι. ἐκ ψευδῶν δ' ἔστιν ἀληθές, πλὴν οὐ διότι, ἀλλ' ὅτι.

POteſt igitur fieri, vt veræ ſint propoſitiones, ex quibus *cõſtat* ſyllogiſmus: poteſt etiam fieri, vt ſint falſæ: & vt altera ſit vera, altera falſa. Concluſio autem neceſſariò *eſt* aut vera aut falſa. 2 Ex veris igitur non poteſt falſum concludi. ex falſis verum poteſt: non *ita* tamen *vt probetur* cur *ſit* [a], ſed *tantùm* quod *ſit* [b]

CAP. II.

a Id eſt, non ita vt demonſtretur per cauſam.

b Immò quòd ſit, non probatur ſimpliciter, ſed ei tantùm qui conceſſit propoſitiones falſas. nã qui propoſitiones conceſſit, nõ poteſt negare concluſionem.

nam cur *res ſit*, non poteſt ſyllogiſmo ex falſis probari: cuius *rei* cauſa in ſequentibus [a] dicetur.


3 Primùm igitur ex veris non poſſe falſum colligi, hinc manifeſtum *eſt*. Nam ſi cùm τὸ α eſt, neceſſe *eſt* τὸ β eſſe: certè cùm τὸ β non eſt, neceſſe *eſt* τὸ α non eſſe. Si igitur verum eſt τὸ α, neceſſe *eſt* etiam τὸ β verum eſſe: alioqui accidet vt idem [b] ſimul ſit [c] & nõ ſit [d]: quod *eſt* impoſſibile. Neque verò quia poſitum eſt τὸ α vnus terminus, ſuſpicetur aliquis accidere, vt, cùm vnum quidpiam ſit, neceſſariò aliquid colligatur. *hoc* enim fieri nequit. quod enim neceſſariò colligitur, eſt cõcluſio. ex quibus autẽ pauciſſimis [e] hæc colligitur, *ſunt* tres termini, duo autem interualla & propoſitiones. Ergo ſi verum eſt, cuicumque τὸ β ineſt, etiam τὸ α *ineſſe*: & *cuicumque ineſt* τὸ γ, *ineſſe etiam* τὸ β: *profectò* cui τὸ γ *ineſt*, neceſſe *eſt* τὸ α ineſſe, neque poteſt hoc eſſe falſum: quia ſimul idem ineſſet & non ineſſet. Itaque τὸ α quaſi vnum poſitũ eſt, *cum eo ſignificentur* duæ propoſitiones ſimul acceptæ. In priuatiuis quoque *res* ſimiliter *ſe* habet. non licet enim ex veris falſum oſtendere. 4 Ex [f] falſis autem verũ colligi poteſt, & cùm ambæ propoſitiones ſunt falſæ, & cùm vna. hęc autem non vtrauis: ſed ſecunda [g], ſi totã [h] falſã accipiamus. quòd ſi nõ tota *falſa* accipiatur, *verum colligi* poteſt, vtrauis *falſa ſumpta fuerit*. 5 Inſit enim τὸ α toti γ, & nulli β: neque τὸ β τῷ γ *inſit*. accidit autem hoc: vt nulli lapidi animal, & lapis nulli homini. Si igitur accipiatur τὸ α *ineſſe* omni β, ac τὸ β omni γ: τὸ α omni γ inerit.

a Lib. 1. Poſter. Analyt. cap. 2.
b Τὸ α.
c Quia ſuppoſitũ fuit eſſe verũ
d Quia negatur verum eſſe τὸ β quod niſi verum ſit, nõ eſt verum τὸ α.
e Minimùm.
f Proponit rei ſummam, quam deinceps explicabit diligenter per partes. Senſus autẽ eſt, concluſionem verã ſemper colligi poſſe in prima figura, niſi maior propoſitio ſit in totum falſa, & minor vera.
g Id eſt, minor propoſitio.
h Tota falſa (vt Ariſt. explicabit partic. 7.) eſt propoſitio vniuerſalis contraria veræ, vt nullus homo eſt animal. ſcimus enim omnem hominem eſſe animal. Falſa ex parte dicitur propoſitio vniuerſalis, quæ contradicit verę. Exempli cauſã, hæc eſt propoſitio vera, quidam homo eſt iuſtus: hæc autẽ eſt falſa ex parte, nullus homo eſt iuſtus: item hæc eſt vera, quidã homo non eſt iuſtus: hæc autem falſa ex parte, omnis homo eſt iuſtus. In ſumma dicitur propoſitio falſa ex parte, cùm id quod eſt verũ in parte, & falſũ in parte, affirmatur vel negatur vniuerſaliter. Hæc ita tractantur in propoſitionibus vniuerſalibus. in particularibus non vtimur hac diſtinctione: quoniã hæ vel ſunt omnino veræ, vel omnino falſæ.

IN tertia verò figura, quando contrariè conuertitur concluſio, neutra cuiuſuis ſyllogiſmi propoſitio euertitur. quãdo oppoſitè, ambæ *euertuntur*, & in omnibus *ſyllogiſmis.* 2 Oſtenſum enim ſit[a] τὸ α cuidam ϛ ineſſe: & medium ſumptum ſit τὸ ſ: ſintq́; propoſitiones vniuerſales. Ergo ſi ſumptum fuerit, τὸ α cuidam ϛ non ineſſe, τὸ β autem omni γ *ineſſe*: non fit[b] ſyllogiſmus τοῦ α de ſ. Item ſi τὸ α cuidam ϛ non inſit, omni autem γ inſit: non erit[c] ſyllogiſmus τοῦ ϛ de γ.

a In Darapti.

b Quia maior propoſitio eſt particularis in prima figura.

c Quia maior propoſitio eſt particularis in ſecunda figura.

Ἐπὶ δὲ τοῦ τρίτου σχήματος, ὅταν μὲν ἐναντίως ἀντιστρέφηται τὸ συμπέρασμα, οὐδετέρα τῶν προτάσεων ἀναιρεῖται, κατ' οὐδένα τῶν συλλογισμῶν. ὅταν δὲ ἀντικειμένως, ἀμφότεραι, καὶ ἐν ἅπασι. 2 Δεδείχθω γὰρ τὸ α τινὶ τῷ ϛ ὑπάρχειν. μέσον δὲ εἰλήφθω τὸ γ· ἔστωσαν δὲ καθόλου αἱ προτάσεις. οὐκοῦν ἐὰν ληφθῇ τὸ α τινὶ τῷ β μὴ ὑπάρχειν, τὸ δὲ ϛ παντὶ τῷ γ· οὐ γίνεται συλλογισμὸς τοῦ α κατὰ τοῦ Γ. οὐδ' εἰ τὸ α τῷ μὲν β τινὶ μὴ ὑπάρχει, τῷ δὲ γ παντί, οὐκ ἔσται τοῦ β καὶ τοῦ Γ συλλογισμός.



Non euertur minor propoſitio.

ϛ o Aliquod expetẽdũ α nõ eſt vtile.
γ a Omnis voluptas α eſt vtilis.
Nihil concluditur.

Syllogiſmus primus.

γ *Dar* omnis voluptas α eſt vtilis:
γ ap Omnis voluptas ϛ eſt expetenda. Ergo
ϛ ti Aliquod expetẽdum α eſt vtile.

X

Non euertitur maior propoſitio

ϛ o Aliquod expetendũ nõ eſt α vtile.
γ a Omnis voluptas eſt exϛpetenda:
Nihil concluditur.

Ὁμοίως

3 Ὁμοίως δὲ δειχθήσεται, καὶ εἰ μὴ καθόλου αἱ προτάσεις. ἢ γὰρ ἀμφοτέρας ἀνάγκη κατὰ μέρος εἶναι διὰ τῆς ἀντιστροφῆς, ἢ τὸ καθόλου πρὸς τῷ ἐλάττονι ἄκρῳ γίνεσθαι· οὕτω δ' οὐκ ἦν συλλογισμός, οὔτ' ἐν τῷ πρώτῳ σχήματι, οὔτ' ἐν τῷ μέσῳ.

3 Similiter oſtendetur, & ſi propoſitiones non vniuerſales *ſint*. aut enim neceſſe *eſt* ambas eſſe particulares per conuerſionem, aut vniuerſale iungi minori extremo[a]: ſic verò non erat ſyllogiſmus, nec in prima figura, nec in media.

a Vide exempla, quæ contextui ſubieci.



Non euertitur minor.

o Quoddam expetendum nõ eſt vtile:

i Quædã voluptas eſt vtilis.

Nihil concluditur.

Primus ſyllogiſmus.

Diſ Quædam voluptas eſt vtilis:

am Omnis voluptas eſt expetenda:

Ergo

is Quoddam expetendum eſt vtile.

Non euertitur maior.

o Quoddã expetẽdum non eſt vtile:

a Omnis voluptas eſt expetenda.

Nihil concluditur.



Non euertitur minor.

o Quodam expetendum nõ eſt vtile:

a Omnis voluptas eſt vtilis.

Nihil cõcluditur.

Primus ſyllogiſmus.

Dat Omnis voluptas eſt vtilis:

iſ Quædã voluptas eſt expetẽda:

Ergo

i Quoddã expetẽdum eſt vtile.

Non euertitur maior.

o Quoddam expetendum nõ eſt vtile:

i Quædam voluptas eſt expetenda.

Nihil cõcluditur.

4 Ἐὰν δ' ἀντικειμένως ἀντιστρέφωνται αἱ προτάσεις, ἀναιροῦνται ἀμφότεραι. 5 Εἰ γὰρ τὸ α μηδενὶ τῷ β, τὸ δὲ β παντὶ τῷ γ, τὸ α οὐδενὶ τῷ γ. πάλιν, εἰ τὸ α τῷ μὲν β οὐδενί, τῷ δὲ γ παντί, τὸ β οὐδενὶ τῷ γ.

4 Quòd ſi oppoſitè conuertantur propoſitiones, euertuntur ambæ. 5 Nam[b] ſi τὸ α *inſit* nulli β, & τὸ β omni γ, τὸ α *inerit* nulli γ. Rurſus[c] ſi τὸ α *inſit* nulli β, & omni γ, τὸ β *inerit* nulli γ.

b Celarent.

c Ceſare.



Euerſio minoris.

Ceſ Nihil expetendum eſt vtile:

a Omnis voluptas eſt vtilis:

Ergo

re Nulla voluptas eſt expetenda.

Primus ſyllogiſmus.

Dar Omnis voluptas eſt vtilis:

ap Omnis voluptas eſt expetenda:

Ergo

ti Aliquod expetẽdum eſt vtile.

Euerſio maioris.

Ce Nihil expetẽdũ eſt vtile.

la Omnis voluptas eſt expetenda:


Ergo

rent Nulla voluptas eſt vtilis.

a Vt in Datiſi.
b Ferio.
c Ceſare.

6 Itidem *ſit*, & ſi altera propoſitio non vniuerſalis[a] *ſit*. Nam[b] ſi τὸ α nulli ζ, & τὸ β cuidam γ *inſit*: τὸ α cuidam γ non inerit. Si[c] verò τὸ α nulli β, & omni γ *inſit*: nulli γ τὸ ζ *inerit*.

6 Καὶ εἰ ἡ ἑτέρα μὴ καθόλου, ὡσαύτως. εἰ γὰρ τὸ α μηδενὶ τῷ β, τὸ δὲ β τινὶ τῷ γ· τὸ α τινὶ τῷ γ οὐχ ὑπάρξει. εἰ δὲ τὸ α τῷ μὲν β μηδενί, τῷ δὲ γ παντί· οὐδενὶ τῷ γ τὸ β.



Euerſio minoris.

Ceſ Nihil expetendum eſt vtile:
a Omnis voluptas eſt vtilis: Ergo
re Nulla voluptas eſt expetenda.

Primus ſyllogiſmus.

Dat Omnis voluptas eſt vtilis:
iſ Quædã voluptas eſt expetenda: Ergo
i Quoddã expetendum eſt vtile.

Euerſio maioris.

Fe Nihil expetẽdũ eſt vtile.
ri Quædã voluptas eſt expetenda: Ergo
o Quædã voluptas non eſt vtilis.

Eadem eſt ratio conuerſionis τοῦ Diſamis, vt in ſequenti exemplo.



Euerſio minoris.

Feſ Nihil expetendũ eſt vtile:
ti Aliqua voluptas eſt vtilis: Ergo
no Aliqua voluptas non eſt expetenda.

Primus ſyllogiſmus

Diſ Aliqua voluptas eſt vtilis:
am Omnis voluptas eſt expetenda: Ergo
is Aliquod expetẽdum eſt vtile.

Euerſio maioris.

Ce Nihil expetẽdũ eſt vtile:
la Omnis voluptas eſt expetẽda. Ergo
rent Nulla voluptas eſt vtilis.

d Felapton.
e Non eſſe, probatum fuit lib. 1. cap. 4. partic. 15. Ideo autem nõ eſt ſyllogiſmus, quia maior propoſitio eſt particularis in prima figura.
f Non eſſe, probatum fuit lib. 1. cap. 5. partic. 18. & ideo non eſt ſyllogiſmus, quia habet maiorem propoſitionẽ vniuerſalẽ in ſecunda figura.

7 Similiter fiet, ſi ſyllogiſmus ſit priuatiuus. Oſtenſum enim ſit τὸ α cuidam β non ineſſe: ſitque attributiuum *pronunciatum* ζ γ: negatiuum, α γ. ſic enim efficiebatur ſyllogiſmus[d]. cùm igitur *pronunciatum* concluſioni contrarium ſumptum fuerit, non erit ſyllogiſmus. Nam ſi τὸ α *inſit* alicui ζ, τὸ ζ autẽ omni γ: non erat[e] ſyllogiſmus τοῦ α de γ. Itẽ ſi τὸ α *inſit* alicui ζ, nulli autẽ γ: non erat[f] ſyllogiſmus τοῦ ζ de γ. Quare non euertuntur propoſitiones.

7 Ὁμοίως δὲ καί, εἰ στερητικὸς ὁ συλλογισμός. δεδείχθω γὰρ τὸ α τινὶ τῷ β μὴ ὑπάρχον· ἔστω δὲ κατηγορικὸν μὲν τὸ β γ, ἀποφατικὸν δὲ τὸ α γ. οὕτω γὰρ ἐγίνετο ὁ συλλογισμός. ὅταν μὲν οὖν τὸ ἐναντίον ληφθῇ τῷ συμπεράσματι, οὐκ ἔσται συλλογισμός. εἰ γὰρ τὸ α τινὶ τῷ β, τὸ δὲ β παντὶ τῷ γ, οὐκ ἦν συλλογισμὸς τοῦ α καὶ τοῦ γ. οὐδ᾽ εἰ τὸ α τινὶ τῷ β, τῷ δὲ γ μηδενί, οὐκ ἦν τοῦ β καὶ τοῦ γ συλλογισμός. ὥστε οὐκ ἀναιροῦνται αἱ προτάσεις.

Non euertitur



Non euertitur minor.	*Primus ſyllogiſmus.*	*Non euertitur maior.*
i Aliquod expetẽdum eſt vtile.	Fel Nulla voluptas eſt vtilis:	i Aliquod expetẽdum eſt vtile:
e Nulla voluptas eſt vtilis.	ap Omnis voluptas eſt expetenda: Ergo	a Omnis voluptas eſt expetenda.
Nihil colligitur.	ton Aliquod expetẽdũ nõ eſt vtile.	*Nihil concluditur.*

8 Ὅταν δὲ τὸ ἀντικείμενον, ἀναιρεῖται. εἰ γὰρ τὸ α παντὶ τῷ β, καὶ τὸ β παντὶ τῷ γ· τὸ α τῷ γ παντί· ἀλλ' οὐδενὶ ὑπῆρχε. πάλιν. εἰ τὸ α παντὶ τῷ β, τῷ δὲ γ μηδενί· τὸ β οὐδενὶ τῷ γ· ἀλλὰ παντὶ ὑπῆρχεν.

8 Cùm autem oppoſitum[a] *ſumptum fuerit, propoſitiones* euertuntur. Nam[b] ſi τὸ α omni β, & τὸ β omni γ *inſit;* τὸ α omni γ *inerit.* ſed nulli inerat[c]. Rurſus[d] ſi τὸ α omni ϛ, nulli autem ſ *inſit:* τὸ β nulli γ inerit. ſed omni inerat[e].

a Cũ mutata fuerit concluſio τῦ Felapton in pronunciatum contradicens.
b *Barbara.*
c Id eſt, ineſſe, poſitũ fuerat in maiore propoſitione τῦ Felaptõ.
d *Cameſtres.* e In minore Propoſitione τῦ Felaptõ.




Euerſio minoris.	*Primus ſyllogiſmus.*	*Euerſio maioris.*
Cam Omne expetẽdum eſt vtile:	Fel Nulla voluptas eſt vtilis:	Bar Omne expetẽdum eſt vtile:
eſ Nulla voluptas eſt vtilis: Ergo	ap Omnis voluptas eſt expetanda: Ergo	ba Omnis voluptas eſt expetenda: Ergo
tres Nulla voluptas eſt expetenda.	ton Aliquod expetẽdũ nõ eſt vtile.	ra Omnis voluptas eſt vtilis.

9 Ὁμοίως δὲ δείκνυται, καὶ εἰ μὴ καθόλου εἰσὶν αἱ προτάσεις. γίνεται γὰρ τὸ α γ, καθόλου τε καὶ στερητικόν· θάτερον δὲ, ἐπὶ μέρους καὶ κατηγορικόν. εἰ μὲν οὖν τὸ α παντὶ τῷ β, τὸ δὲ β τινὶ τῷ γ· τὸ α τινὶ τῷ γ συμβαίνει. ἀλλ' οὐδενὶ ὑπῆρχε. πάλιν, εἰ τὸ α παντὶ τῷ β, τῷ δὲ γ μηδενί· τὸ β οὐδενὶ τῷ γ. ἔκειτο δὲ τινί.

9 Similiter oſtenditur, & ſi non vniuerſales ſint propoſitiones[f]: quia τὸ α ſ[g] fit vniuerſale, & priuatiuũ: alterũ[h] verò *pronunciatiũ,* in parte, & attributiuũ. Si[i] igitur τὸ α omni ϛ, τὸ ϛ autẽ alicui γ: τὸ α alicui γ accidit. ſed nulli inerat[k]. Rurſus[l] ſi τὸ α omni ϛ, nulli autẽ γ *inſit:* τὸ ϛ nulli ſ *inerit*-poſitum autem fuerat[m] *ineſſe* alicui.

f In Feriſon.
g Id eſt, maior propoſitio τῦ Feriſon.
h Minor τῦ Feriſon.
i *Darii.*
k In maiore propoſitione τῦ Feriſon.
l *Cameſtres.*
m In minore propoſitione τῦ Feriſon.



Euerſio minoris.	*Primus ſyllogiſmus.*	*Euerſio maioris.*
Cam Omne expetẽdum eſt vtile:	Fer Nulla voluptas eſt vtilis:	Da Omne expetẽdum eſt vtile:
eſ Nulla voluptas eſt vtilis: Ergo	iſ Quædã voluptas eſt expetenda: Ergo	ri Quædã voluptas eſt expetenda: Ergo
tres Nulla voluptas eſt expetenda.	on Quoddã expetendũ nõ eſt vtile.	i Quædã voluptas eſt vtilis.

Eadem eſt ratio conuerſionis τῷ Brocardo, vt in ſequenti exemplo.



Euerſio minoris.
β
Bar Omne expetẽ-
α
dum eſt vtile:
γ
ro Quædam voluptas
α
non eſt vtilis:
Ergo
γ
co Quædã voluptas
non eſt expe-
β
tenda.


Primus ſyllogiſmus
γ
Bro Quædam volu-
ptas non eſt v-
α
tilis:
γ
ar Omnis voluptas
β
eſt expetenda:
Ergo
β
do Quoddã expetẽ-
dum non eſt v-
α
tile.

Euerſio maioris.
β
Bar Omne expetẽdũ
α
eſt vtile:
γ
ba Omnis voluptas
β
eſt expetenda:
Ergo
γ
ra Omnis voluptas
α
eſt vtilis.

a *Modus in prima figura inutilis:* quia ſunt ambæ propoſitiones particulares.
b *Modus in ſecunda figura inutilis:* quia maior propoſitio eſt particularis.

10 Si [a] verò τὸ *α inſit* alicui β, & τὸ β alicui γ: non fit ſyllogiſmus. Quòd [b] ſi τὸ *α inſit* alicui β, nulli autem γ: ne ſic quidem *erit ſyllogiſmus*. Quocirca illo modo euertuntur, hoc non euertuntur propoſitiones.

10 Εἰ δὲ τὸ α τινὶ τῷ β, καὶ τὸ β τινὶ τῷ γ· οὐ γίνεται συλλογισμός. οὐδ᾽ εἰ τὸ α τινὶ τῷ β, τῷ δὲ γ μηδενί· οὐδ᾽ οὕτως. ὥστε ἐκείνως μὲν ἀναιρεῖται, οὕτω δ᾽ οὐκ ἀναιροῦνται αἱ προτάσεις.




Non euertitur minor.
β
i Aliquod expetẽ-
α
dum eſt vtile.
γ
e Nulla voluptas
α
eſt vtilis.
Nihil concluditur.

Primus ſyllogiſmus.
γ
Fer Nulla voluptas
α
eſt vtilis:
γ
iſ Aliqua voluptas
β
eſt expetenda:
Ergo
β
on Aliquod expetẽ-
dum non eſt v-
α
tile

Non euertitur maior.
β
i Aliquod expeten-
α
dum eſt vtile:
γ
i Aliqua voluptas
β
eſt expetenda:
Nihil concluditur.

Eadem eſt ratio τῷ Brocardo, vt in ſequenti exemplo.



Non euertitur minor.
β
i Aliquod expetẽ-
α
dum eſt vtile:
γ
o Aliqua voluptas
α
non eſt vtilis:
Nihil concluditur.

Primus ſyllogiſmus.
γ
Bro Aliqua volu-
ptas non eſt v-
α
tilis:
γ
ar Omnis voluptas
β
eſt expetenda:
Ergo
β
do Aliquod expetẽ-
dum non eſt v-
α
tile.

Non euertitur maior.
β
i Aliquod expetẽ-
α
dum eſt vtile:
γ
a Omnis voluptas
β
eſt expeten-
da.
Nihil concluditur.

c Id eſt, contrario, aut contradictorio modo.

11 Ex dictis igitur conſtat, quomodo [c] conuerſâ concluſio-

11 Φανερὸν οὖν διὰ τῶν εἰρημένων, πῶς ἀντιστρεφομένου τοῦ συμπεράσματος,

σματος, ἐν ἑκάστῳ σχήματι γίνεται συλλογισμός. 12 Καὶ πότε ἐναντίως τῇ προτάσει, καὶ πότε ἀντικειμένως. 13 Καὶ ὅτι ἐν μὲν τῷ πρώτῳ σχήματι, διὰ τοῦ μέσου, καὶ τοῦ ἐσχάτου, γίνονται οἱ συλλογισμοί. καὶ ἡ μὲν πρὸς τῷ ἐλάττονι ἄκρῳ, ἀεὶ διὰ τοῦ μέσου ἀναιρεῖται· ἡ δὲ πρὸς τῷ μείζονι, διὰ τοῦ ἐσχάτου. ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ σχήματι, διὰ τοῦ πρώτου, καὶ τοῦ ἐσχάτου. καὶ ἡ μὲν πρὸς τῷ ἐλάττονι ἄκρῳ, ἀεὶ διὰ τοῦ πρώτου σχήματος· ἡ δὲ πρὸς τῷ μείζονι, διὰ τοῦ ἐσχάτου. ἐν δὲ τῷ τρίτῳ, διὰ τοῦ πρώτου, καὶ τοῦ μέσου. καὶ ἡ μὲν πρὸς τῷ μείζονι, ἀεὶ διὰ τοῦ πρώτου· ἡ δὲ πρὸς τῷ ἐλάττονι, ἀεὶ διὰ τοῦ μέσου.

ne in ſingulis figuris fiat ſyllogiſmus. 12 Et quando *probetur* contrariũ propoſitioni, quãdo oppoſitum [a]. 13 *Apparet* etiam, in prima figura per mediã & *per* poſtremam effici ſyllogiſmos [b]. & *propoſitionem* quidem minori extremo iunctam, ſemper euerti per mediam [c] *figuram*: eam verò, quæ maiori *extremo* iuncta eſt, per poſtremam [d]. In ſecunda autem figura, per primam & *per* poſtremam. & *propoſitionem* quidem iunctam minori extremo, ſemper *euerti* per primam figurã [e]: iunctam verò maiori extremo, per vltimã [f]. In tertia verò *figura*, per primam & *per* mediũm. & iunctam quidem maiori extremo, ſemper *euerti* per primam [g]: iunctam autem minori, ſemper per mediam [h].

a Contradictoriè.

b Euertentes.

c Quia euertitur per cõcluſionem conuerſam & maiorẽ propoſitionẽ habẽtes idẽ attributũ & diuerſa ſubiecta: vnde fit ſecunda figura.

d Quia ſumitur cõcluſio cõuerſa & minor propoſitio: quæ habent idem ſubiectũ, & diuerſa attributa: vt fit in tertia figura.

e Quia ſumitur concluſio cõuerſa, & maior propoſitio: quæ ita ſe habent, vt in hac ſit ſubiectũ, quod in illa eſt attributum.

f Quia ſumitur concluſio conuerſa, & minor ꝓpoſitio, in quibus ſubiectam idem eſt, attributa diuerſa.

g Quoniam euertitur acceptis cõcluſione conuerſa & minore ꝓpoſitione, quæ ita ſe habent, vt in hac ſit attributum, quod in illa eſt ſubiectũ.

h Quia ſumitur concluſio conuerſa, & maior propoſitio: quæ habent idem attributum, & diuerſa ſubiecta, vt fit in ſecunda figura.



14 Τί μὲν οὖν ἐστὶ τὸ ἀντιστρέφειν, καὶ πῶς ἐν ἑκάστῳ σχήματι, καὶ τίς γίνεται συλλογισμός, φανερόν.

14 Quid igitur ſit conuertere, & quomodo in ſingulis figuris, & quis efficiatur ſyllogiſmus, perſpicuum *eſt*.

De deductione ad impoſſibile in prima figura.

Cap. XI.

1 ¶ Quomodo probetur per impoſſibile. 2 ¶ Quæ problemata ita probentur in ſingulis figuris. 3 ¶ De prima figura: & primùm De problemate vniuerſali affirmante, ſi eius contradictio ſupponatur. 4 ſi ei contraria ſit maior, 5 vel minor propoſitio. 6 Concluſio. 7 De reliquis problematis. 8 & primùm De problemate particulari affirmãte. ſi ei cõtradicat maior, 9 vel minor propoſitio, 10 ſi ei contraria ſit minor vel maior propoſitio 11 De problemate vniuerſali negante ſi ei contradicat minor propoſitio in Darii, 12 vel Ferio. 13 ſi ei contradicat maior. 14 ſi ei contraria ſit 15 minor, 15 vel maior. 17 De problemate particulari negante, Nõ omni ineſſe ſi ei cõtradicat minor in Barbara. 18 vel maior in Barbara 19 vel minor in Celarent, 20 vel maior in modo negatiuo inutili. 21 ſi ei contraria ſit minor 22 De problemate particulari negante. Alicui non ineſſe. 23 ¶ Communia de ſyllogiſmis primæ figuræ. De hypotheſi. 24 De problemate.


CAP. XI.

PEr impoſſibile autem fit ſyllogiſmus, cùm ponitur contradictio concluſionis, & aſſumitur alia propoſitio. Fit autem in omnibus figuris. ſimilis enim eſt conuerſioni: ſed eo differt: quòd conuertitur facto ſyllogiſmo, & ſumptis ambabus propoſitionibus: deducitur autem ad impoſſibile, cùm oppoſitum eſſe verum, non antè conceſſum, ſed *ex ſe* manifeſtum eſt. Termini autem ſimiliter habent in ambobus [a], eadémque eſt amborum ſumptio [b]. Vt putà cùm τὸ α omni ϛ ineſt, medium autem *eſt* τὸ γ: ſi ſuppoſitum fuerit τὸ α aut non omni, aut nulli β ineſſe: omni autem γ ineſſe, quod quidem erat verum: neceſſe *eſt*, τὸ γ aut nulli, aut non omni ϛ ineſſe. hoc verò *eſt* impoſſibile. quare falſum *eſt*, quod ſuppoſitum fuit. oppoſitum [c] igitur *eſt* verum.

a In ſyllogiſmo conuerſiuo, & in deductiõe ad impoſſibile.
b In ambobus eodẽ modo accipiuntur pronunciata.
c Id eſt, contradicens.

Ὁ δὲ διὰ τοῦ ἀδυνάτου συλλογισμὸς, δείκνυται μὲν ὅταν ἡ ἀντίφασις τεθῇ τοῦ συμπεράσματος, καὶ προσληφθῇ ἄλλη πρότασις. γίνεται δ' ἐν ἅπασι τοῖς σχήμασι. ὅμοιον γάρ ἐστι τῇ ἀντιστροφῇ· πλὴν διαφέρει τοσοῦτον· ὅτι ἀντιστρέφεται μὲν γεγενημένου τοῦ συλλογισμοῦ, καὶ εἰλημμένων ἀμφοῖν τῶν προτάσεων. ἀπάγεται δὲ εἰς τὸ ἀδύνατον, οὐ προομολογηθέντος τοῦ ἀντικειμένου πρότερον, ἀλλὰ φανεροῦ ὄντος ὅτι ἀληθές. οἱ δὲ ὅροι ὁμοίως ἔχουσιν ἐν ἀμφοῖν, καὶ ἡ αὐτὴ λῆψις ἀμφοτέρων, οἷον, εἰ τὸ α παντὶ τῷ β ὑπάρχει, μέσον δὲ τὸ γ· ἐὰν ὑποτεθῇ τὸ α ἢ μὴ παντὶ, ἢ μηδενὶ τῷ β ὑπάρχειν, τῷ δὲ γ παντὶ, ὅπερ ἦν ἀληθές· ἀνάγκη τὸ γ τῷ β ἢ μηδενὶ, ἢ μὴ παντὶ ὑπάρχειν. τοῦτο δὲ ἀδύνατον. ὥστε ψεῦδος τὸ ὑποτεθέν. ἀληθὲς ἄρα, τὸ ἀντικείμενον.

In ſequentibus omnibus typis deductionum ad impoſſibile, falſas hypotheſes, ex quibus impoſſibile colligitur, notaui maſculis vocalibus.



Cam | *Bar* | Omne animal eſt viuens: —— *Perſpicuè verum.*

eſ | Nullus / Non omnis } homo eſt viuens: { *Cõtrarium* / *Cõtradicens* } *problematis.*

ec | Ergo

Nullus / Non omnis } homo eſt animal —— *Perſpicuè falſum.*

tres | *o*

Similiter *fit* etiã in aliis figuris. quæcumque enim conuerſionẽ recipiũt, etiã ſyllogiſmũ qui per impoſſibile *extruitur*, *recipiunt*. 2 Omnia igitur alia problemata probantur per impoſſibile in omnibus figuris. vniuerſale autem attributiuum in media quidẽ & *in* tertia *figura* probatur: in

Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων σχημάτων. ὅσα γὰρ ἀντιστροφὴν δέχεται, καὶ τὸν διὰ τοῦ ἀδυνάτου συλλογισμόν. 2 Τὰ μὲν οὖν ἄλλα προβλήματα πάντα δείκνυται διὰ τοῦ ἀδυνάτου ἐν πᾶσι τοῖς σχήμασι. τὸ δὲ καθόλου κατηγορικὸν, ἐν μὲν τῷ μέσῳ, καὶ τῷ τρίτῳ δείκνυται· ἐν

δὲ τῷ


δὲ τῷ πρώτῳ οὐ δείκνυται. 3 Ὑποκείσθω γὰρ τὸ α τῷ β μὴ παντὶ ἢ μηδενὶ ὑπάρχειν, καὶ προσειλήφθω ἄλλη πρότασις ὁποτερωθενοῦν, εἴτε τῷ α παντὶ ὑπάρχειν τὸ γ, εἴτε τὸ β παντὶ τῷ δ· οὕτω γὰρ ἂν εἴη τὸ πρῶτον σχῆμα. εἰ μὲν οὖν ὑπόκειται μὴ παντὶ ὑπάρχειν τὸ α τῷ β, οὐ γίνεται συλλογισμός, ὁποτερωθενοῦν τῆς προτάσεως λαμβανομένης.

prima verò non probatur [a].
3 Supponatur enim τὸ α non omni aut nulli β ineſſe, & ab vtrauis parte aſſumatur altera propoſitio: *id eſt*, ſiue omni α ineſſe τὸ γ, ſiue τὸ β omni δ. ſic enim fuerit prima figura. Si igitur ſupponatur non omni β ineſſe τὸ α: non fit [b] ſyllogiſmus, ab vtrauis parte accipiatur propoſitio [c].

a Quia probari debet ſũpta hypotheſi cõtradicẽte.i.particulari negante: quod quidẽ nõ poteſt fieri propoſito à prima figura. non quia negat, non poteſt eſſe minor, quia eſt particularis, nõ poteſt eſſe maior.
b Quia propoſitio particularis negans non habet locũ in prima figura
c Aſſumitur altera propoſitio, quę iungitur hypotheſi.




α γ
α Omne viuens eſt ſubſtãtia: ——— *Perſpicuè verum.*
β α
O Non omne animal eſt viuens. ——— *Contradicens Problemati.*
Nihil cõcluditur: quia maior eſt particularis in prima figura



β α
O Nõ omne animal eſt viuens: ——— *Contradicens problemati.*
δ β
a Omnis homo eſt animal ——— *Perſpicuè verum.*
Nihil cõcluditur: quia maior eſt particularis in prima figura.

4 Εἰ δὲ μηδενί· ὅταν μὲν ἡ β δ προσληφθῇ, συλλογισμὸς μὲν ἔσται τοῦ ψεύδους, οὐ δείκνυται δὲ τὸ προκείμενον. εἰ γὰρ τὸ α μηδενὶ τῷ β, τὸ δὲ β παντὶ τῷ δ, τὸ α οὐδενὶ τῷ δ. τοῦτο δὲ ἔστω ἀδύνατον. ψεῦδος ἄρα τὸ μηδενὶ τῷ β τὸ α ὑπάρχειν. ἀλλ' οὐχ εἰ τὸ μηδενὶ ψεῦδος, τὸ παντὶ ἀληθές.

4 Sin nulli: ſanè cùm *propoſitio* β δ aſſumpta fuerit, concludetur falſum, non tamen probabitur propoſitum. Nam ſi τὸ α nulli β, τὸ β autem omni δ *inſit*: τὸ α nulli δ *inerit*. hoc autem ſit impoſſibile. falſum igitur *eſt* illud, nulli β τὸ α ineſſe. Sed ſi, nulli *ineſſe*, *eſt* falſum: non *continuo*, omni *ineſſe*, *eſt* verum.



β α
CE Nullum animal eſt viuens. ——— *Contrarium problemati.*
δ β
Ia Omnis homo eſt animal: ——— *Perſpicuè verum.*
Ergo
δ α
rent Nullus homo eſt viuens. ——— *Perſpicuè falſum.*

5 Ἐὰν δὲ ἡ γ α προσληφθῇ, οὐ γίνεται συλλογισμός.

5 Si verò aſſumatur *propoſitio* γα, non fit [d] ſyllogiſmus.

d Quia cùm hypotheſis neget non poteſt eſſe, minor in prima figura.




α γ
a Omne viuens eſt ſubſtantia: ——— *Perſpicuè verum.*
β α
E Nullum animal eſt viuens. ——— *Contrarium problemati.*
Nihil concluditur: quia minor negat in prima figura.

Vt neque tunc[a], cùm ſuppoſitum fuerit, non omni β ineſſe τὸ α. 6 Quare perſpicuum *eſt*, omni ineſſe, non probari in prima figura per impoſſibile. 7 Alicui verò, & nulli, & nõ omni *ineſſe* probatur. 8 Supponatur enim τὸ α nulli β ineſſe: τὸ β autem ſumatur omni, aut alicui γ ineſſe. ergo neceſſe *eſt* τὸ α non omni aut nulli γ ineſſe. hoc autem *eſt* impoſſibile. ſit enim hoc verum & manifeſtum, omni γ ineſſe τὸ α. quare ſi hoc *eſt* falſum: neceſſe *eſt*, τὸ α alicui β ineſſe.

a Repete, ſit ſyllogiſmus.

Οὐδ᾽ ὅταν ὑποτεθῇ μὴ παντὶ τῷ β ὑπάρχειν τὸ α. 6 Ὥστε φανερόν, ὅτι τὸ παντὶ ὑπάρχειν, οὐ δείκνυται ἐν τῷ πρώτῳ σχήματι διὰ τοῦ ἀδυνάτου. 7 Τὸ δὲ τινί, καὶ τὸ μηδενί, καὶ τὸ μὴ παντί, δείκνυται. 8 Ὑποκείσθω γὰρ τὸ α μηδενὶ τῷ β ὑπάρχειν· τὸ δὲ β εἰλήφθω παντί, ἢ τινὶ τῷ γ ὑπάρχειν. οὐκοῦν ἀνάγκη τὸ α μὴ παντί, ἢ μηδενὶ τῷ γ ὑπάρχειν. τοῦτο δ᾽, ἀδύνατον. ἔστω γὰρ τοῦτο ἀληθές, καὶ φανερόν, ὅτι παντὶ ὑπάρχει τὸ α τῷ γ. ὥστ᾽ εἰ τοῦτο, ψεῦδος· ἀνάγκη τὸ α τινὶ τῷ β ὑπάρχειν.



Ce Fe — β Nihil iucundum eſt bonum α: ——— *Cõtradicens problemati.*

la ri — Omnis / Aliqua } cõtẽplatio eſt iucunda: ——— *Perſpicuè verum.*


Ergo

rent o — Nulla / Non omnis } contemplatio γ eſt bona α. ——— *Perſpicuè falſum.*

9 Quòd ſi iuxta α[b] ſumpta fuerit altera propoſitio, non erit[c] ſyllogiſmus.

b Ita vt fiat maior.
c Quia hypotheſis negãs erit minor cõtra regulam ſecundę figurę.

9 Ἐὰν δὲ πρὸς τὸ α ληφθῇ ἡ ἑτέρα πρότασις, οὐκ ἔσται συλλογισμός.



a Omne bonum α eſt expetendum γ: ——— *Perſpicuè verum.*


e Nihil iucundum β eſt bonũ α. ——— *Contradicens problemati*

Nihil concluditur: quia minor negat in prima figura.

10 Neque cùm ſuppoſitum fuerit contrarium[d] concluſioni, vt, alicui nõ ineſſe. Apparet igitur, oppoſitum ſupponendum *eſſe*.

d Id eſt, ſubcõtrarium, vt ſuprà notaui.

10 Οὐδ᾽ ὅταν τὸ ἐναντίον τῷ συμπεράσματι ὑποτεθῇ, οἷον τὸ τινὶ μὴ ὑπάρχειν. φανερὸν οὖν, ὅτι τὸ ἀντικείμενον, ὑποθετέον.



o Aliquod iucundum β non eſt bonum α: ——— *Contrarium problemati.*

a Omnis luſus γ eſt iucundus β. ——— *Perſpicuè verum.*

Nihil concluditur: quia maior eſt particularis in prima figura.

expetendum




a Omne bonum eſt expetendum: ——— *Perſpicuè verum:*

o Aliquod iucundum non eſt bonum. ——— *Contrarium problemati.*

Nihil concluditur: quia minor negat in prima figura.

11 Πάλιν ὑποκείσθω τὸ α τινὶ τῷ β ὑπάρχειν· εἰλήφθω δὲ τὸ γ παντὶ τῷ α. ἀνάγκη οὖν τὸ γ τινὶ τῷ β ὑπάρχειν. τοῦτο δ᾽ ἔστω ἀδύνατον. ὥστε ψεῦδος, τὸ ὑποτεθέν. εἰ δ᾽ οὕτως ἀληθὲς, τὸ μηδενὶ ὑπάρχειν.

11 Rurſus ſupponatur τὸ α cuidã β ineſſe: ſumatur autem, τὸ ſ *ineſſe* omni α. neceſſe igitur *eſt*, τὸ γ cuidam β ineſſe. hoc autem eſto impoſſibile. quare falsũ *eſt*, quod ſuppoſitum fuit: atque ita verum *eſt*, nulli ineſſe.



Da Omnis homo eſt viuens: ——— *Perſpicuè verum.*

ri Quædam pictura eſt homo: ——— *Contradicens problemati.*

Ergo

i Quædam pictura eſt viuens. ——— *Perſpicuè falſum.*

12 Ὁμοίως δὲ καὶ, εἰ στερητικὸν ληφθῇ τὸ ſ α.

12 Similiter *fiet*, ſi priuatiuum ſumptum fuerit *pronũciatum* ſ α.



Fe Nullus homo eſt inanimus: ——— *Perſpicuè verum.*

ri Quædam pictura eſt homo: ——— *Contradicens problemati.*


Ergo

o Quædam pictura non eſt inanima. ——— *Perſpicuè falſum.*

13 Εἰ δ᾽ ἡ πρὸς τῷ β ἐλήφθη πρότασις, οὐκ ἔσται συλλογισμός.

13 Quòd ſi propoſitio ſumpta ſit iuxta β [a], non erit ſyllogiſmus.

a Id eſt, ſi vera ſit propoſitio minor.



i Aliqua pictura eſt homo: ——— *Contradicens problemati.*

a Omne opus pictoris eſt pictura. ——— *Perſpicuè verum.*

Nihil concluditur: quia maior eſt particularis in prima figura.


14 Ἐὰν δὲ τὸ ἐναντίον ὑποτεθῇ, συλλογισμὸς μὲν ἔσται, καὶ τὸ ἀδύνατον· οὐ δείκνυται δὲ τὸ προτεθέν.

15 Ὑποκείσθω γὰρ παντὶ τῷ β τὸ α ὑπάρχειν· καὶ τὸ γ τῷ α εἰλήφθω παντί. οὐκοῦν ἀνάγκη τὸ γ παντὶ τῷ β ὑπάρχειν. τοῦτο δὲ, ἀδύνατον.

14 Sin contrarium ſuppoſitum fuerit: ſyllogiſmus quidem erit, & *probabitur* impoſſibile: non tamen probatur, *quod* propoſitum *fuit*. 15 Supponatur enim, omni β τὸ α ineſſe: & τὸ γ ſumptum ſit *ineſſe* omni α. neceſſe igitur *eſt*, τὸ γ omni β ineſſe. hoc autem *eſt* impoſſibile.

itaque falſum *eſt*, omni β τὸ α ineſſe. at non continuò neceſſe *eſt*, ſi non omni *inſit*, nulli ineſſe.

ὥστε ψεῦδος, τὸ παντὶ τῷ β τὸ α ὑπάρχειν· ἀλλ' οὔπω ἦν ἀναγκαῖον, εἰ μὴ παντὶ, μηδενὶ ὑπάρχειν.




α γ
Bar Omnis homo eſt viuens: —— *Perſpicuè verum.*
β α
bA Omnis pictura eſt homo: —— *Contrarium problemati.*
Ergo
β γ
ra Omnis pictura eſt viuēs. —— *Perſpicuè falſum.*

a Id eſt, propoſitio perſpicuè vera.

b Id eſt, hypotheſis contradicēs problemati.

16 Similiter *fiet*, & ſi ad β ſumpta fuerit altera [a] propoſitio. erit enim ſyllogiſmus, & *probabitur* impoſſibile: non tamen tollitur hypotheſis. quocirca oppoſitum [b] ſupponendum *eſt*.


16 Ὁμοίως δὲ, κἂν εἰ πρὸς τὸ β ἰλήφθη ἡ ἑτέρα πρότασις. συλλογισμὸς μὲν γὰρ ἔσται, καὶ τὸ ἀδύνατον· οὐκ ἀναιρεῖται δ' ἡ ὑπόθεσις. ὥστε τὸ ἀντικείμενον, ὑποθετέον.



β α
Bar Omnis pictura eſt homo: —— *Cōtrarium problemati.*
γ β
ba Omne opus pictoris eſt pictura: Ergo —— *Perſpicuè verum.*
γ α
ra Omne op⁹ pictoris eſt homo. —— *Perſpicuè falſum.*

17 Vt autem probetur non omni β ineſſe τὸ α, ſupponendum *eſt* omni ineſſe. Nam ſi τὸ α *ineſt* omni β, & τὸ γ omni α: τὸ γ *inerit* omni β. quare ſi hoc *eſt* impoſſibile: falſum *eſt*, quod ſuppoſitum fuit.

17 Πρὸς δὲ τὸ μὴ παντὶ δεῖξαι ὑπάρχον τῷ β τὸ α, ὑποθετέον παντὶ ὑπάρχειν. εἰ γὰρ τὸ α παντὶ τῷ β, καὶ τὸ γ παντὶ τῷ α· τὸ γ παντὶ τῷ β. ὥστ' εἰ τοῦτο, ἀδύνατον· ψεῦδος, τὸ ὑποτεθέν.




α γ
Bar Omne bonum eſt expetēdum: —— *Perſpicuè verum.*
β α
BA Omne iucūdum eſt bonum: —— *Contradicens problemati.*
Ergo
β γ
ra Omne iucūdū eſt expetēdū. —— *Perſpicuè falſum.*

c Ita vt ſit minor propoſitio.

d Id eſt, propoſitio perſpicuè vera.

18 Similiter *fiet*, & ſi ad β [c] ſumpta fuerit altera [d] propoſitio.

18 Ὁμοίως δὲ καὶ, εἰ πρὸς τῷ β ληφθῇ ἡ ἑτέρα πρότασις.



β α
BAr Omne iucūdū eſt bonū: —— *Cōtradicēs problemati.*
γ β
ba Omnis luſus eſt iucundus: —— *Perſpicuè verum.*
Ergo
γ α
ra Omnis luſus eſt bonus. —— *Perſpicuè falſum.*

19 Καὶ εἰ στερητικὸν ἢ τὸ γ α, ὡσαύτως· καὶ γὰρ οὕτω γίνεται συλλογισμός.


19 Itidémque, ſi *pronunciatum* α ſ ſit priuatiuum. nam ſic quoque fit ſyllogiſmus.



Ce Nullum bonum eſt fugiendū: —— *Perſpicuè verum.*
la Omne iucundum eſt bonum: —— *Contradicēs problemati.*
Ergo
rent Nullum iucundū eſt fugiendū. —— *Perſpicuè falſum.*

20 Ἐὰν δὲ πρὸς τῷ β ᾖ τὸ στερητικόν, οὐδὲν δείκνυται.

20 Quòd ſi τῷ ϛ iungatur *pronūciatum* priuatiuum, nihil oſtenditur.



A Omne iucundum eſt bonum: —— *Contradicens problemati.*
e Nulla moleſtia eſt iucunda: —— *Perſpicuè verum.*

Nihil concluditur: quia minor negat in prima figura.

21 Ἐὰν δὲ μὴ τὸ παντί, ἀλλὰ τὸ τινὶ ὑπάρχειν ὑποτεθῇ, οὐ δείκνυται ὅτι οὐ παντί, ἀλλ᾽ ὅτι οὐδενί. εἰ γὰρ τὸ α τῷ β τινί, τὸ δὲ γ παντὶ τῷ α· τινὶ τῷ β τὸ γ ὑπάρξει. εἰ οὖν τοῦτο, ἀδύνατον· ψεῦδος, τὸ τινὶ ὑπάρχειν τῷ β τὸ α. ὥστ᾽ ἀληθές, τὸ μηδενί. τούτου δὲ δειχθέντος, συναναιρεῖται τὸ ἀληθές· τὸ γὰρ α τῷ β τινὶ μὲν ὑπῆρχε, τινὶ δὲ οὐχ ὑπῆρχεν.

21 Si verò nō fuerit ſuppoſitum omni ineſſe, ſed alicui: non probatur non omni *ineſſe*, ſed nulli. Nam ſi τὸ α *inſit* alicui β, τὸ ſ verò omni α: τὸ γ inerit alicui β. ſi igitur hoc *eſt* impoſſibile: falſum *eſt*, alicui ϛ ineſſe τὸ α. itaque verum *eſt*, nulli *ineſſe*. hoc autem probato ſimul tollitur, *quod* verum *eſt*: quia τὸ α cuidā ϛ inerat, cuidam non inerat.



Ba Omne bonū eſt laudandum: —— *Perſpicuè verum.*
ri Aliquod iucundū eſt bonum: —— *Cōtrarium problemati.*
Ergo
i Aliquod iucundū eſt laudādum: —— *Perſpicuè falſum.*

Ἔτι δὲ οὐ παρὰ τὴν ὑπόθεσιν συμβαίνει τὸ ἀδύνατον· ψευδὴς γὰρ ἂν εἴη· εἴπερ ἐξ ἀληθῶν μὴ ἔστι ψεῦδος συλλογίσασθαι· νῦν δὲ ἔστιν ἀληθής· ὑπάρχει γὰρ τὸ α τινὶ τῷ β. ὥστ᾽ οὐχ ὑποθετέον, τὸ τινὶ ὑπάρχειν, ἀλλὰ τὸ παντί.

Præterea non propter hypotheſim accidit impoſſibile. falſa enim eſſet: ſiquidem ex veris non poteſt falſum concludi. ſed modò eſt vera: ineſt enim τὸ α cuidā β. Quare non *eſt* ſupponendum ineſſe alicui, ſed Omni.

22 Similiter *fiet*, & ſi τὸ α cuidam β non ineſſe probemus. nam ſi idem *eſt*, cuidam non ineſſe, & non omni ineſſe: eadem *eſt* amborum demonſtratio.

22 Ὁμοίως δὲ καὶ, εἰ τινὶ μὴ ὑπάρχον τῷ β τὸ α δεικνύοιμεν. εἰ γὰρ ταὐτὸ τὸ τινὶ μὴ ὑπάρχειν, καὶ μὴ παντὶ ὑπάρχειν· ἡ αὐτὴ ἀμφοῖν ἀπόδειξις.

23 Apparet igitur, non contrarium, ſed oppoſitum[a] ſupponēdū *eſſe* in omnibus ſyllogiſmis[b]. ſic enim erit *concludendi* neceſſitas, & *locum habebit* axioma illud probabile. quia ſi de quouis affirmatio aut negatio *vera eſt*: cùm probatum ſit non eſſe *verā* negationem, neceſſe *eſt* affirmationem veram eſſe. rurſus niſi ponit veram eſſe affirmationem, probabile *eſt* admittendam eſſe negationem. contrarium autem neutro modo ſub axioma cadit. neque enim, ſi falſum *eſt* nulli *ineſſe*, neceſſe *eſt* vt verum *ſit* omni *ineſſe*: nec *eſt* probabile, ſi alterum[c] *ſit* falſum alterum[d] eſſe verum.

a Id eſt, hypotheſim contradicentem problemati.
b Ducentibus ad impoſſibile.
c Id eſt, omni ineſſe.
d Id eſt, nulli ineſſe.

23 Φανερὸν οὖν, ὅτι οὐ τὸ ἐναντίον, ἀλλὰ τὸ ἀντικείμενον, ὑποθετέον ἐν ἅπασι τοῖς συλλογισμοῖς. οὕτω γὰρ τό, τε ἀναγκαῖον ἔσται, καὶ τὸ ἀξίωμα ἔνδοξον. εἰ γὰρ κατὰ παντὸς ἡ κατάφασις, ἢ ἡ ἀπόφασις· δειχθέντος ὅτι οὐχ ἡ ἀπόφασις, ἀνάγκη τὴν κατάφασιν ἀληθεύεσθαι. πάλιν, εἰ μὴ τίθησιν ἀληθεύεσθαι τὴν κατάφασιν, ἔνδοξον τὸ ἀξιῶσαι τὴν ἀπόφασιν. τὸ δ' ἐναντίον οὐδετέρως ἁρμόττει ἀξιῶσαι. οὔτε γὰρ ἀναγκαῖον, εἰ τὸ μηδενὶ ψεῦδος, τὸ παντὶ, ἀληθές· οὔτε ἔνδοξον, ὡς εἰ θάτερον, ψεῦδος, ὅτι θάτερον ἀληθές.

24 Perſpicuum igitur *eſt*, alia omnia problemata per impoſſibile probari in prima figura, vniuerſale autem affirmatiuum non probari.

24 Φανερὸν οὖν, ὅτι ἐν τῷ πρώτῳ σχήματι τὰ μὲν ἄλλα προβλήματα πάντα δείκνυται διὰ τοῦ ἀδυνάτου, τὸ δὲ καθόλου καταφατικὸν οὐ δείκνυται.

De deductione ad impoſſibile in ſecunda figura.

Cap. XII.


1 ¶ *De problemate vniuerſali affirmante. Si hypotheſis problemati contradicat,* 2 *vel cõtraria ſit.* 3 ¶ *De problemate particulari affirmante. Si hypotheſis problemati contradicat,* 4 *vel contraria ſit.* 5 ¶ *De problemate vniuerſali negante.* 6 ¶ *De problemate particulari negante.* 7 ¶ *Corollarium, quod omnia problemata probentur in ſecunda figura.*

Cap. XII.
e Problema vniuerſale affirmãs.

IN media verò, & *in* vltima *figura* hoc[e] quoque probatur. Supponatur enim, τὸ α non omni β ineſſe: & ſumatur omni γ ineſſe τὸ α. ergo ſi non omni β, & omni γ ineſt τὸ α: non omni β *ineſt* τὸ γ. hoc autem *eſt* impoſſibile. ſit enim manifeſtum, omni β ineſſe τὸ γ. quare falſum *eſt*, *quod* ſuppoſitum *fuit*. verum *eſt* igitur, omni ineſſe.

ΕΝ δὲ τῷ μέσῳ καὶ τῷ ἐσχάτῳ καὶ τοῦτο δείκνυται. ὑποκείσθω γὰρ τὸ α μὴ παντὶ τῷ β ὑπάρχειν. εἰλήφθω δὲ τῷ γ παντὶ ὑπάρχειν τὸ α. οὐκοῦν εἰ τῷ μὲν β ὑπάρχει τὸ α μὴ παντὶ, τῷ δὲ γ παντί· οὐ παντὶ τῷ β τὸ γ. τοῦτο δὲ, ἀδύνατον, ἔστω γὰρ φανερὸν, ὅτι τῷ β παντὶ ὑπάρχει τὸ γ. ὥστε ψεῦδος, τὸ ὑποκείμενον. ἀληθὲς ἄρα, τὸ παντὶ ὑπάρχειν.

mortale



γ α
Bar Omne animal eſt mortale: ——— *Perſpicuè verum.*
β α
Oc Quidam homo nō eſt mortalis: ——— *Contradicens problemati.*
Ergo
β γ
o Quidā homo nō eſt animal. ——— *Perſpicuè falſum.*

2 Ἐὰν δὲ τὸ ἐναντίον ὑποτεθῇ· συλλογισμὸς μὲν ἔσται, καὶ τὸ ἀδύνατον· οὐ μὴν δείκνυται τὸ προτεθέν. εἰ γὰρ τὸ α μηδενὶ τῷ β, τῷ δὲ γ παντί. οὐδενὶ τῷ β τὸ γ. τοῦτο δὲ, ἀδύνατον. ὥστε ψεῦδος, τὸ μηδενὶ ὑπάρχειν. ἀλλ' οὐχί, εἰ τοῦτο ψεῦδος, τὸ παντί, ἀληθές.


2 Quòd ſi contrarium ſuppoſitum fuerit: ſyllogiſmus quidem erit, & impoſſibile *probabitur*: non tamen confirmatur propoſitum. Nam ſi τὸ α nulli β, omni autem γ *inſit*: nulli β *inerit* τὸ γ. hoc autem *eſt* impoſſibile. quare falſum *eſt*, nulli ineſſe. ſed nō, ſi hoc *eſt* falſum, omni *ineſſe eſt* verum.



γ α
Cam Omne animal eſt mortale: ——— *Perſpicuè verum.*
β α
Eſ Nullus homo eſt mortalis: ——— *Contrarium problemati.*
Ergo
β γ
tres Nullus homo eſt animal. ——— *Perſpicuè falſum.*

3 Ὅτε δὲ τινὶ τῷ β ὑπάρχει τὸ α, ἀποκείσθω τὸ α μηδενὶ τῷ β ὑπάρχειν· τῷ δὲ γ παντὶ ὑπαρχέτω. ἀνάγκη οὖν τὸ γ μηδενὶ τῷ β. ὥστ' εἰ τοῦτο, ἀδύνατον· ἀνάγκη τὸ α τινὶ τῷ β ὑπάρχειν.


3 Quando autem alicui β ineſt τὸ α: ſupponatur τὸ α nulli β ineſſe: omni autem γ inſit. neceſſe igitur *eſt* τὸ γ nulli β *ineſſe*. quare, ſi hoc *eſt* impoſſibile, neceſſe *eſt* τὸ α alicui β ineſſe.



γ α
Cam Omnis cygnus eſt album. ——— *Perſpicuè verum.*
β α
Eſ Nullum animal eſt album: ——— *Contradicens problemati.*
Ergo
β γ
tres Nullum animal eſt cygnus. ——— *Perſpicuè falſum.*

4 Ἐὰν δὲ ὑποτεθῇ τινὶ μὴ ὑπάρχειν· ταῦτα ἔσται, ἅπερ καὶ ἐπὶ τοῦ πρώτου σχήματος.

4 Si verò ſuppoſitum fuerit, alicui non ineſſe: eadem erunt[a], quæ in prima figura[b].




γ α
Bar Omne animal eſt album: ——— *Ponitur quaſi perſpicuè verum.*
β α
Oc Quidā homo non eſt album: ——— *Contrarium problemati.*
Ergo
β γ
o Quidā ho mo nō eſt animal. ——— *Perſpicuè falſum.*

a Id eſt, non tam confirmabitur quàm euertetur propoſitū. nā ſi falſum eſt, alicui non ineſſe: verū eſt, omni ineſſe. & ſi verū eſt ſ omni ineſſe: falſū eſt propoſitum, alicui tātùm ineſſe. præterea cùm hypotheſis ſit vera, τὸ α ineſſe alicui β, non poteſt ex ea colligi falſum.
b Vide cap. præced part. 11.

5 Iterum ſupponatur, τὸ α cuidā β ineſſe, τῷ γ autem nulli ineſſe. neceſſe *eſt* igitur τὸ γ cuidam β non ineſſe. ſed omni inerat. quare falſum *eſt*, *quod* ſuppoſitum *fuit*. nulli igitur β τὸ α inerit.

5 Πάλιν ὑποκείσθω τὸ α τινὶ τῷ β ὑπάρχειν· τῷ δὲ γ μηδενὶ ὑπαρχέτω. ἀνάγκη οὖν τὸ γ τῷ β τινὶ μὴ ὑπάρχειν· ἀλλὰ παντὶ ὑπῆρχεν. ὥστε ψεῦδος, τὸ ὑποτεθέν. οὐδενὶ ἄρα τῷ β τὸ α ὑπάρξει.



Feſ Nihil finitum eſt vbique: —— *Perſpicuè verum.*
ti Quoddam corpus eſt vbique —— *Contradicens problemati.*
Ergo
no Quoddā corpus non eſt finitum. —— *Perſpicuè falſum.*

6 Cùm verò non omni β *ineſt* τὸ α: ſupponatur omni ineſſe, nulli autem γ. neceſſe *eſt* igitur τὸ γ nulli β ineſſe. hoc autem *eſt* impoſſibile. quare verum *eſt*, nō omni ineſſe.

6 Ὅτε δὲ οὐ παντὶ τῷ β τὸ α, ὑποκείσθω παντὶ ὑπάρχειν, τῷ δὲ γ μηδενί. ἀνάγκη οὖν τὸ γ μηδενὶ τῷ β ὑπάρχειν. τοῦτο δὲ, ἀδύνατον. ὥστ' ἀληθὲς, τὸ μὴ παντὶ ὑπάρχειν.



Ceſ Nullus homo eſt quadrupes —— *Perſpicuè verum.*
A Omne animal eſt quadrupes: Ergo —— *Contradicens problemati*
re Nullum animal eſt homo. —— *Perſpicuè falſum.*

7 Apparet igitur, omnes ſyllogiſmos fieri per mediam figuram[a].

a Id eſt, omnia problemata probari per deductionē ad incōmodum in ſecūda figura.

7 Φανερὸν οὖν, ὅτι πάντες οἱ συλλογισμοὶ γίνονται διὰ τοῦ μέσου σχήματος.

De deductione ad impoſſibile in tertia figura.

CAP. XIII.

1 ¶ *De problemate vniuerſali affirmante. Si hypotheſis problemati contradicat,* 2 *vel contraria ſit.* 3 ¶ *De problemate particulari affirmante.* 4 ¶ *De problemate vniuerſali negante. Si hypotheſis problemati contradicat,* 5 *vel contraria ſit.* 6 ¶ *De problemate particulari negante. Si hypotheſis problemati contradicat,* 7 *vel ſit contraria.* 8 ¶ *Communia de tribus figuris. Accipiendam eſſe hypotheſim, quæ contradicat problemati.* 9 *Quæ problemata probentur in ſecunda figura.*

CAP. XIII.

Similiter *cōcludetur* etiam per tertiam *figurā*. Ponatur enim τὸ α cuidam β non ineſſe, τὸ γ autem omni *ineſſe*. ergo τὸ α cuidā γ non inerit. ſi igitur hoc *eſt* impoſſibile: falſum *eſt*, alicui non ineſſe. itaque verum *eſt*, omni *ineſſe*.

Ὁμοίως δὲ καὶ διὰ τοῦ ἐσχάτου. κείσθω γὰρ τὸ α τινὶ τῷ β μὴ ὑπάρχειν, τὸ δὲ γ παντί· τὸ ἄρα α τινὶ τῷ γ οὐχ ὑπάρξει. εἰ οὖν τοῦτο, ἀδύνατον· ψεῦδος, τὸ τινὶ μὴ ὑπάρχειν. ὥστε ἀληθὲς, τὸ παντί.

bonum




β α
Br∂c Quædam lex non eſt bona: —— *Contradictus problemati.*
β γ
ar Omnis lex eſt donum Dei: —— *Perſpicuè verum.*
Ergo γ
do Quoddam donum Dei non —— *Perſpicuè falſum.*
α
eſt bonum.

2 Ἐὰν δὲ ὑποτεθῇ μηδενὶ ὑπάρχειν, συλλογισμὸς μὲν ἔσται, καὶ τὸ ἀδύνατον οὐ δείκνυται δὲ τὸ προτεθέν· ἐὰν γὰρ τὸ ἐναντίον ὑποτεθῇ, ταῦτα ἔσται, ἅπερ καὶ ἐπὶ τῶν πρότερον.

2 Si verò ſupponatur a nulli ineſſe: ſyllogiſmus quidem erit, & impoſſibile *probabitur*: ſed non confirmatur propoſitum. nam ſi contrarium ſupponatur, eadem erunt[a] quæ in ſuperioribus.

a Id eſt, ab probabitur omni ineſſe ſed, ſed alicui.




β α
FEl Nulla lex eſt bona: —— *Contrarium problemati.*
β γ
ap Omnis lex eſt donū Dei —— *Perſpicuè verum.*
Ergo
γ
ton Quoddam donū Dei non —— *Perſpicuè falſum.*
α
eſt bonum.

3 Ἀλλὰ πρὸς τὸ τινὶ ὑπάρχειν, αὕτη ληπτέα ἡ ὑπόθεσις. εἰ γὰρ τὸ α μηδενὶ τῷ β, τὸ δὲ γ τινὶ τῷ β· τὸ α οὐ παντὶ τῷ γ. εἰ οὖν τοῦτο, ψεῦδος· ἀληθὲς, τὸ α τινὶ τῷ β ὑπάρχειν.

3 Sed ad *concludēdum* alicui ineſſe, hæc hypotheſis[b] ſumenda *eſt*. nam ſi τὸ α nulli β, τὸ γ autem alicui β *inſit*: τὸ α non omni γ inerit. ſi igitur hoc *eſt* falſum: verum *eſt*, τὸ α alicui β ineſſe.

b Nulli ineſſe.




β α
FEr Nulla lex eſt bona: —— *Contradicens problemati.*
β γ
iſ Quædā lex eſt donum Dei: —— *Perſpicuè verum.*
Ergo
γ
on Quoddam donum Dei non —— *Perſpicuè falſum.*
α
eſt bonum.

4 Ὅτε δὲ οὐδενὶ τῷ β ὑπάρχει τὸ α, ὑποκείσθω τινὶ ὑπάρχειν· εἰλήφθω δὲ καὶ τὸ γ παντὶ τῷ β ὑπάρχον. οὐκοῦν ἀνάγκη τὸ α τινὶ τῷ γ ὑπάρχειν. ἀλλ' οὐδενὶ ὑπῆρχεν. ὥστε ψεῦδος, τὸ τινὶ τῷ β τὸ α ὑπάρχειν.

4 Cùm autem nulli β ineſt τὸ α: ſupponatur alicui ineſſe: ſed & τὸ γ omni β ineſſe accipiatur. neceſſe igitur *eſt*, τὸ α alicui γ ineſſe. at nulli inerat. quare falſum *eſt*, alicui β τὸ α ineſſe.

eſſe [illegible]



β α
DIſ Aliquod corpus eſt vbique. —— *Contradicens problemati.*
β γ
am Omne corpus eſt finitum: —— *Perſpicuè verum.*
Ergo
γ α
ſ Aliquod finitum eſt vbique. —— *Perſpicuè falſum.*

5 Quòd ſi ſupponatur omni β ineſſe τὸ α, non probatur[a] propoſitum.

5 Ἐὰν δὲ ὑποτεθῇ παντὶ τῷ β ὑπάρχειν τὸ α, οὐ δείκνυται τὸ προτεθέν.

a Quia ſi falſum eſt, omni ineſſe: non certè inde verum eſt, nulli: ſed, nõ omni ineſſe.



Dar. Omne corpus eſt vbique: —— *Contrarium problemati.*
ap. Omne corpus eſt finitum: —— *Perſpicuè verum.*
Ergo
ti. Aliquod finitum eſt vbique. —— *Perſpicuè falſum.*

6 Sed ad *concludendum* non omni ineſſe, hæc hypotheſis[b] ſumenda *eſt*. nam ſi τὸ α *ineſt* omni β, & τὸ γ cuidam β: τὸ α ineſt cuidam γ. hoc autem non erat. quare falſum *eſt* omni ineſſe. proinde verum *eſt*, non omni *ineſſe*.

6 Ἀλλὰ πρὸς τὸ μὴ παντὶ ὑπάρχειν, αὕτη ληπτέα ἡ ὑπόθεσις. εἰ γὰρ τὸ α παντὶ τῷ β, καὶ τὸ γ τινὶ τῷ β· τὸ α ὑπάρχει τινὶ τῷ γ· τοῦτο δὲ οὐκ ἦν. ὥστε ψεῦδος, τὸ παντὶ ὑπάρχειν. εἰ δ᾽ οὕτως, ἀληθὲς, τὸ μὴ παντί.

b Omni ineſſe.



Dat. Omne animal eſt irrationale: —— *Contradicens problemati.*
iſ. Aliquod animal eſt homo: —— *Perſpicuè verum.*
Ergo
i. Aliquis homo eſt irrationalis. —— *Perſpicuè falſum.*

7 Quòd ſi ſupponatur cuidam ineſſe: eadem erunt[c], quę in prędictis.

7 Ἐὰν δὲ ὑποτεθῇ τινὶ ὑπάρχειν· ταὔτ᾽ ἔσται, ἃ ἐπὶ τῶν προειρημένων.

c vide ſup. ca. 11. Part. 11. & quæ notaui ad cap. proximi particulam 4.



Diſ. Quoddam lex eſt donum Dei: —— *Contrarium problemati.*
am. Omnis lex eſt mala: —— *Ponitur quaſi verum.*
Ergo
is. Quoddam malũ eſt donum Dei. —— *Perſpicuè falſum.*

8 Perſpicuum igitur *eſt*, in omnibus ſyllogiſmis, qui per impoſſibile *extruuntur*, ſupponendum eſſe *quod eſt* oppoſitum[d].

8 Φανερὸν οὖν, ὅτι ἐν ἅπασι τοῖς διὰ τοῦ ἀδυνάτου συλλογισμοῖς τὸ ἀντικείμενον ὑποθετέον.

9 Conſtat etiam, in media figura probari aliquo modo[e] *problema* affirmatiuum, & in poſtrema vniuerſale.

9 Δῆλον δὲ καὶ, ὅτι ἐν τῷ μέσῳ σχήματι δείκνυταί πως τὸ καταφατικὸν, καὶ ἐν τῷ ἐσχάτῳ τὸ καθόλου.

d Id eſt, quod contradicit problemati.
e Per deductionem ad incommodum.

Collatio probationis ducentis ad incommodum, & oſtenſiuæ. CAP. XIV.

1 ¶¶ De propoſitionibus. 2 ¶¶ De concluſione. 3 ¶¶ De terminis, & figura, & mutua reſolutione. 4 ¶¶ De reſolutione ſyllogiſmorum qui ſunt per impoſſibile, in oſtenſiuos. 5 ¶ De prima figura. De problemate negante & reductione τῶ Darii ad Cameſtres: 6 τῶ Barbara ad Baroco. 7 τῶ Ferio ad Ceſare: τῶ Celarent ad Feſtino. 8 De problemate particulari affirmante, & reductione τῶ Celarent ad Darapti, 9 vel Diſamis: τῶ Ferio ad Datiſi. 10 ¶ De ſecunda figura. De problemate vniuerſali affirmante, & reductione τῶ Baroco ad Barbara. 11 De problemate particulari affirmante, & reductione τῶ Cameſtres ad Darii. 12 De problemate vniuerſali negante, & reductione τῶ Feſtino ad Celarent. 13 De problemate particulari negante, & reductione τῶ Ceſare ad Ferio. 14 ¶ De tertia figura. De problemate vniuerſali affirmante, & reductione τῶ Brocardo ad Barbara. 15 De problemate particulari affirmante, & reductione τῶ Feriſon ad Darii. 16 De problemate vniuerſali negante, & reductione τῶ Diſamis ad Ceſare. 17 De problemate particulari negante, & reductione τῶ Datiſi ad Feſtino. 18 ¶ Corollariũ de terminis, ex quibus problema vtroque modo probatur. 19 ¶¶ De reſolutione ſyllogiſmorũ oſtenſiuorum in eos qui ducent ad incommodum. 20 ¶¶ Corollarium de cõiunctione vtriuſque probationis.

Διαφέρει δ' ἡ εἰς τὸ ἀδύνατον ἀπόδειξις τῆς δεικτικῆς, τῷ τιθέναι ὃ βούλεται ἀναιρεῖν, ἀπάγουσα εἰς ὁμολογούμενον ψεῦδος· ἡ δὲ δεικτικὴ ἄρχεται ἐξ ὁμολογουμένων θέσεων. λαμβάνουσι μὲν οὖν ἀμφότεραι δύο προτάσεις ὁμολογουμένας· ἀλλ' ἡ μὲν, ἐξ ὧν ὁ συλλογισμός. ἡ δὲ, μίαν μὲν τούτων, μίαν δὲ, τὴν ἀντίφασιν τοῦ συμπεράσματος. 2 Καὶ ἔνθα μὲν οὐκ ἀνάγκη γνώριμον εἶναι τὸ συμπέρασμα, οὐδὲ προϋπολαμβάνειν ὡς ἔστιν, ἢ οὔ· ἔνθα δὲ ἀνάγκη, ὡς οὐκ ἔστι. διαφέρει δὲ οὐδὲν, φάσιν ἢ ἀπόφασιν εἶναι τὸ συμπέρασμα, ἀλλ' ὁμοίως ἔχει περὶ ἀμφοῖν. 3 Ἅπαν δὲ τὸ δεικτικῶς συμπεραινόμενον, καὶ διὰ τοῦ ἀδυνάτου δειχθήσεται· καὶ τὸ διὰ τοῦ ἀδυνάτου, δεικτικῶς καὶ διὰ τῶν αὐτῶν ὅρων, οὐκ ἐν τοῖς αὐτοῖς δὲ σχήμασιν.

4 Ὅταν μὲν γὰρ ὁ συλλογισμὸς ἐν τῷ πρώτῳ σχήματι γίνηται, τὸ ἀληθὲς ἔσται ἢ ἐν τῷ μέσῳ, ἢ ἐν τῷ ἐσχάτῳ· τὸ μὲν στερητικὸν, ἐν τῷ μέσῳ· τὸ δὲ κατηγορικὸν, ἐν τῷ ἐσχάτῳ.

CAP. XIV


Iam verò demonſtratio ducẽs ad impoſſibile, differt ab oſtẽſiua: quia ponit quod vult euertere, ducens ad confeſſum mendacium: oſtenſiua autem initium ſumit à conceſſis poſitionibus. Accipiunt igitur ambæ[a] duas propoſitiones conceſſas: ſed altera[b] *ſumit eas* ex quibus *fit* ſyllogiſmus[c]: altera[d] verò vnam harum, & contradictionem concluſionis. 2 Item in altera[e] non *eſt* neceſſe notam eſſe concluſionem nec priùs ſumi *eam* eſſe, vel non *eſſe*: in altera[f] verò neceſſe *eſt, priùs ſumi eam* non eſſe[g]. Nihil autem refert, *vtrùm* concluſio ſit affirmatio, an negatio: ſed ſimiliter res *ſe* habebit in ambabus[h]. 3 Quicquid autem oſtenſiuè concluditur, etiam per impoſſibile probabitur: & quod per impoſſibile, oſtenſiuè: & per eoſdem terminos, non tamen in iiſdem figuris.

4 Cùm enim ſyllogiſmus[i] fit in prima figura: verũ erit[k] aut in media, aut in vltima: priuatiuum in media, attributiuũ in vltima.

a Repete, demõſtrationes.
b Oſtenſiua.
c Id eſt, concluditur propoſitũ.
d Ducẽs ad impoſſibile.
e Oſtenſiua.
f Ducẽs ad impoſſibile.
g Accipitur enim contradictio cõcluſionis probandæ.
h Id eſt, Dicitur concluſio nõ eſſe, cùm eſt falſa; ſiue affirmet, ſiue neget. Cùm igitur concluſio affirmat, dicitur non eſſe, ſi res non ſit. cùm autẽ negat, dicitur nõ eſſe, ſi res ſit.
i Ducens ad incommodum.
k Id eſt propoſitum probabitur.

cùm autem ſyllogiſmus eſt in media figura: verum *erit* in prima [a] *figura*, *idque* in omnibus problematis. cùm aũt in poſtrema *eſt* ſyllogiſmus: verum *erit* in prima, & media: nempe affirmantia in prima, negãtia in media [b]. 5 Probatum enim ſit τὸ α nulli aut non omni β *ineſſe*, per primam figuram [c]. Ergo hypotheſis erat, alicui β ineſſe τὸ α: τὸ δ autem ſumebatur omni quidem α ineſſe, nulli autem β. ſic enim efficiebatur ſyllogiſmus, & impoſſibile. hæc autem *eſt* media figura, ſi τὸ γ omni α, & nulli β ineſt. & ex his apparet, nulli β ineſſe τὸ α.

ὅταν δ' ἐν τῷ μέσῳ ᾖ ὁ συλλογισμὸς τὸ ἀληθὲς, ἐν τῷ πρώτῳ, ἐπὶ πάντων τῶν προβλημάτων. ὅταν δ' ἐν τῷ ἐσχάτῳ ὁ συλλογισμός· τὸ ἀληθὲς, ἐν τῷ πρώτῳ, καὶ τῷ μέσῳ· τὰ μὲν καταφατικὰ, ἐν τῷ πρώτῳ· τὰ δὲ στερητικὰ, ἐν τῷ μέσῳ. 5 Ἔστω γὰρ δεδειγμένον τὸ α μηδενὶ, ἢ μὴ παντὶ τῷ β, διὰ τοῦ πρώτου σχήματος. οὐκοῦν ἡ μὲν ὑπόθεσις ἦν, τινὶ τῷ β ὑπάρχειν τὸ α· τὸ δὲ γ ἐλαμβάνετο τῷ μὲν α παντὶ ὑπάρχειν, τῷ δὲ β οὐδενί. οὕτω γὰρ ἐγίνετο συλλογισμὸς, καὶ τὸ ἀδύνατον. τοῦτο δὲ, τὸ μέσον σχῆμα, εἰ τὸ γ τῷ μὲν α παντὶ, τῷ δὲ β μηδενὶ ὑπάρχει. καὶ φανερὸν ἐκ τούτων, ὅτι οὐδενὶ τῷ β ὑπάρχει τὸ α.



Syllogiſmus ducens ad impoſſibile ex minore falſa.

Da Omnis homo (α) eſt viuens (γ):
ri Quædam pictura (β) eſt homo (α): Ergo
i Quædam pictura (β) eſt viuens (γ).

Syllogiſmus oſtenſiuus.

Cam Omnis homo (α) eſt viuens (γ):
eſ Nulla pictura (β) eſt viuens (γ): Ergo
tres Nulla pictura (β) eſt homo (α).

6 Similiter *fiet*, ſi probatum fuerit [d] nõ omni ineſſe. nã hypotheſis eſt, omni ineſſe: τὸ δ verò ſumebatur *ineſſe* omni α, & nõ omni β.

6 Ὁμοίως δὲ καὶ, εἰ μὴ παντὶ δέδεικται ὑπάρχειν. ἡ μὲν γὰρ ὑπόθεσίς ἐστι, παντὶ ὑπάρχειν· τὸ δὲ γ ἐλαμβάνετο τῷ μὲν α παντὶ, τῷ δὲ β οὐ παντί.



Syllogiſmus ducens ad impoſſibile ex minore falſa.

Bar Omnis homo (α) eſt mortalis (γ):
bA Omne intelligens (β) eſt homo (α): Ergo
ra Omne intelligens (β) eſt mortale (γ).

Syllogiſmus oſtenſiuus.

Bar Omnis homo (α) eſt mortalis (γ):
oc Aliquod intelligens (β) non eſt mortale (γ): Ergo
o Aliquod intelligens (β) non eſt homo (α).

a Interdũ etiam in tertia, vt in his exemplis: Sit ſyllogiſmus in Celare ducẽs ad impoſſibile ex maiore propoſitione falſ, Nihil immortale eſt forma, Omnis anima eſt forma, Ergo nulla anima eſt immortalis. verum oſtendetur in Datiſi, hoc modo, Omnis anima eſt forma, Quædã anima eſt immortalis, Ergo quoddã immortale eſt forma. Rurſus ſit ſyllogiſmus ducens ad impoſſibile in Cameſtres ex maiore falſa, Omnis voluptas eſt expetenda, Nihil turpe eſt expetendum, Ergo nihil turpe eſt voluptas. verum ſic probabitur in Feriſon, Nihil turpe eſt expetẽdũ, Quoddam turpe eſt voluptas, Ergo quædam voluptas nõ eſt expetenda. Quod igitur Ariſtoteles hoc loco ait, nõ eſt generaliter accipiendum, ſed de præcipuis quibuſdam modis probandi, & reſoluendi quos ipſe explicat.

b Immo etiam in prima, vt oſtendam ad partic. 16. & 17.

c In Darii

d In Barbara.

7 Καὶ εἰ


7 Καὶ εἰ στερητικὸν λαμβάνοιτο τὸ γ α, ὡσαύτως. καὶ γὰρ οὕτω γίνεται τὸ μέσον σχῆμα.

7 Itidémque ſi priuatiuum accipiatur *pronũciatum γ α.* nam ſic quoque fit media figura[a].

a Ceſare, vel Feſtino.



Syllogiſmus ducens ad impoſsibile ex minore falſa.		*Syllogiſmus oſtenſiuus.*	
Fe	Nullus homo eſt inanimus:	Ceſ	Nullus homo eſt inanimus:
ri	Quædam pictura eſt homo: Ergo	a	Omnis pictura eſt inanima: Ergo
o	Quædam pictura nõ eſt inanima.	re	Nulla pictura eſt homo.




Syllogiſmus ducens ad impoſsibile ex minore falſa.		*Syllogiſmus oſtenſiuus.*	
Ce	Nullus homo eſt immortalis:	Feſ	Nullus homo eſt immortalis:
la	Omne intelligens eſt homo: Ergo	ti	Aliquod intelligens eſt immortale: Ergo
rent	Nihil intelligens eſt immortale.	no	Aliquod intelligens non eſt homo.

8. Πάλιν δεδείχθω τινὶ ὑπάρχειν τῷ β τὸ α. ἡ μὲν οὖν ὑπόθεσις, μηδενὶ ὑπάρχειν· τὸ δὲ β ἐλαμβάνετο παντὶ τῷ γ ὑπάρχειν, καὶ τὸ α ἢ παντὶ, ἢ τινὶ τῷ γ· οὕτω γὰρ ἔσται τὸ ἀδύνατον. τοῦτο δὲ, τὸ ἔσχατον σχῆμα, εἰ τὸ α καὶ τὸ β παντὶ τῷ γ. καὶ φανερὸν ἐκ τούτων, ὅτι ἀνάγκη τὸ α τινὶ τῷ β ὑπάρχειν.

8 Rurſus probatum ſit[b] alicui β inesse τὸ α. ergo hypotheſis *eſt*, nulli ineſſe. τὸ β autem ſumebatur omni γ ineſſe: ac τὸ α vel omni, vel alicui γ. ſic enim *concluſum* erit impoſſibile. hæc autem *eſt* vltima figura[c], ſi τὸ α & τὸ β *inſint* omni γ. atque ex his perſpicuum *fit*, neceſſe *eſſe* vt τὸ α cuidam β inſit.

b In Celarent.


c In Darapti.



Syllogiſmus ducens ad impoſsibile ex maiore falſa.		*Syllogiſmus oſtenſiuus.*	
CE	Nullus habitus eſt bonus:	Dar	Omnis iuſtitia eſt bona:
la	Omnis iuſtitia eſt habitus: Ergo	ap	Omnis iuſtitia eſt habitus: Ergo
rent	Nulla iuſtitia eſt bona.	ti	Aliquis habitus eſt bonus.

9 Similiter fiet, & ſi alicui γ ſumptum fuerit ineſſe τὸ β, aut τὸ α.

9 Ὁμοίως δὲ καὶ, εἰ τινὶ τῷ γ ληφθείη ὑπάρχον τὸ β, ἢ τὸ α.




Syllogiſmus ducens ad impoſſibile ex maiore falſa.

FE Nulla voluptas eſt bona:
ri Quoddam expetendū eſt voluptas: Ergo
o Quoddam expetendū nō eſt bonum.

Syllogiſmus oſtenſiuus.

Da Omne expetendū eſt bonum:
ti Quoddā expetendū eſt voluptas: Ergo
ſi Quædam voluptas eſt bona.



Syllogiſmus ducēs ad impoſſibile ex maiore falſa.

CE Nihil genitū eſt immortale:
la Omnis anima eſt genita: Ergo
rent Nulla anima eſt immortalis.

Syllogiſmus oſtenſiuus.


Diſ Quædam anima eſt immortalis:
am Omnis anima eſt genita: Ergo
is Quoddam genitū eſt immortale.

a In Baroco.

10 Rurſus in media figura[a] probatum ſit τὸ α omni ϐ ineſſe. ergo hypotheſis erat, non omni ϐ τὸ α ineſſe: ſumptum autem fuit, τὸ α ineſſe omni γ, & τὸ γ omni ϐ. ſic enim efficietur impoſſibile. atque hæc eſt prima figura[b], ſi τὸ α inſit omni γ, & τὸ γ omni β.

b Barbara.

10 Πάλιν καὶ ἐν τῷ μέσῳ σχήματι δεδείχθω, τὸ α παντὶ τῷ β ὑπάρχον. οὐκοῦν ἡ μὲν ὑπόθεσις ἦν, μὴ παντὶ τῷ β τὸ α ὑπάρχειν· εἴληπται δὲ τὸ α παντὶ τῷ γ, καὶ τὸ γ παντὶ τῷ β· οὕτω γὰρ ἔσται τὸ ἀδύνατον. τοῦτο δὲ, τὸ πρῶτον σχῆμα, εἰ τὸ α παντὶ τῷ γ, καὶ τὸ γ παντὶ τῷ β.



Syllogiſmus ducens ad impoſſibile ex minore falſa.

Bar Omne vitiū eſt malum:
Oc Quædā auaritia non eſt mala: Ergo
o Quædā auaritia non eſt vitium.

Syllogiſmus oſtenſiuus.

Bar Omne vitium eſt malum:
ba Omnis auaritia eſt vitium: Ergo
ra Omnis auaritia eſt mala.

c In Cameſtres.

11 Similiter fiet, & ſi alicui probatum ſit[c] ineſſe. nam hypotheſis erat, nulli ϐ τὸ α ineſſe: ſumptum autem fuit, τὸ α ineſſe omni γ, & τὸ γ cuidam β.

11 Ὁμοίως δὲ καὶ, εἰ τινὶ δέδεικται ὑπάρχον. ἡ μὲν γὰρ ὑπόθεσις ἦν, μηδενὶ τῷ β τὸ α ὑπάρχειν· εἴληπται δὲ τὸ α παντὶ τῷ γ, καὶ τὸ γ τινὶ τῷ β.

malum




Sillogiſmus ducens ad impoſsibile ex minore falſa.		*Syllogiſmus oſtenſiuus.*
γ α		γ α
Cam Omne vitium eſt malum:	——	*Da* Omne vitium eſt malum:
β α		β γ
Eſ Nullus habitus eſt malus:	X	*ri* Quidam habitus eſt vitium:
Ergo		Ergo
β γ		β α
tres Nullus habitus eſt vitium		*i* Quidam habitus eſt malus.

12 Εἰ δὲ στερητικὸς ὁ συλλογισμός, ἡ μὲν ὑπόθεσις, τὸ α τινὶ τῷ β ὑπάρχειν· εἴληπται δὲ καὶ τὸ α μηδενὶ τῷ γ, καὶ τὸ γ παντὶ τῷ β. ὥστε γίνεται τὸ πρῶτον σχῆμα.

12 Si verò ſyllogiſmus[a] *ſit* priuatiuus[b]: hypotheſis *erat*, τὸ α cuidam β ineſſe: ſumptum autem fuit & τὸ α nulli γ, & τὸ γ omni β *ineſſe*. itaque fit prima figura.

a Feſtino ducens ad impoſsibile.
b Id eſt, probet cõcluſionem vniuerſalem negantem. hæc autem eſt, quæ cõtradicit minori propoſitioni ipſius Feſtino.




Sillogiſmus ducens ad incommodũ ex minore falſa.		*Syllogiſmus oſtenſiuus.*
γ α		γ α
Feſ Nullum vitium eſt bonum:	——	*Ce* Nullum vitium eſt bonum:
β α		β γ
ti Quædam auaritia eſt bona:	X	*la* Omnis auaritia eſt vitium
Ergo		Ergo
β γ		β α
no Quędã auaritia non eſt vitiũ:		*rent* Nulla auaritia eſt bona.

13 Καὶ εἰ μὴ καθόλου ὁ συλλογισμός, ἀλλὰ τὸ α τινὶ τῷ β δέδεικται μὴ ὑπάρχειν, ὡσαύτως. ὑπόθεσις μὲν γὰρ, παντὶ τῷ β τὸ α ὑπάρχειν· εἴληπται δὲ τὸ α μηδενὶ τῷ γ, καὶ τὸ γ τινὶ τῷ β. οὕτω γὰρ τὸ πρῶτον σχῆμα.

13 Eadem *eſt* ratio, ſi nõ vniuerſalis *ſit* ſyllogiſmus[c], ſed τὸ α cuidam β probatum ſit[d] non ineſſe. nam hypotheſis *erat*, omni β τὸ α ineſſe: ſumptum autem fuit, τὸ α *ineſſe* nulli γ, & τὸ γ alicui β. ſic enim *efficitur* prima figura[e].

c Ducens ad impoſsibile.
d In Ceſare.
e Ferio.



c Id eſt, propoſitionis cui obiicit

d Id eſt pro medio termino accipiuntur oppoſita, quæ attribuuntur contrariis, vt vniuerſale attribuitur particulari ſub ſe contento.

e Id eſt, contraria attribuuntur noto & ignoto, vt vniuerſale attribuitur particulari.

f prima & ſecunda.

g Proinde ſi propoſitio neget, nõ poteſt obiici in ſecunda figura: cùm obiectio oppoſita propoſitioni neganti, debeat affirmare.

h Etiam ſi interdũ obiectio fieri poſſet in ſecunda figura, nempe cùm propoſitio affirmat.

i Vt vis obiectionis appareat.

k Sub β.



Propoſitio.
β α
Contrariorum vna eſt ſcientia. —— Cam

Obiectio.
α γ
Vna ſcientia eſt eorum quæ ſunt ſimul:
ς γ
eſ Contraria non ſunt ſimul:
Ergo
ς α
tres Contrariorum non eſt vna ſcientia.

a Quę reticetur. & ſubauditur: part. 9.
b Vide cap. ſeq.
c Obiectio, (vt Ariſtoteles docet lib. 2. Rhet. cap. 25.) aut ſumitur ex eodem, aut à ſimili, aut à contrario, aut à iudicatis. ſed hoc capite agit ſolùm de obiectionibus ex eodem. Idcirco ait alias eſſe conſiderandas.
d Vt ſi proponēti voluptatem nō eſſe bonam, aliquis opponat dolorem eſſe malum.
e Vt ſi quis proponat cōtrariorum vnam eſſe ſcientiam, & alius obiiciat cōtrariorum non eſſe vnam facultatem.
f Hæc obiectio dicto cap. 25. dicitur ſumi à iudicatis. vt ſi quis proponat ebrios non eſſe puniēdos, & obiiciatur auctoritas Pittaci, qui grauiores pœnas irrogauit peccantibus propter ebrietatem.
g Poteſt quidem accipi obiectio particularis ex prima figura, & negatiua ex ſecūda, ſed minùs commodè, vt nō ſolùm ex iis cōſtat quæ hoc capite expoſita ſunt, ſed etiam ex iis quæ ſuperiori libro dicta fuerunt de inuent ōne medij termini.
h Vel conſentaneum.
i Vulgati codices malè hîc addunt ἀἰσθητῶν, imperfectus. vide noſtrum cōmentarium.

Hoc enim per alias propoſitiones manifeſtum *eſt*. non oportet autem obiectionem ad alia conuerti, ſed continuò perſpicuam habere alteram propoſitionē [a]. 9 Ideóque ſignum ex hac ſola figura non eſt [b]. 10 Conſiderandæ autem *ſunt* etiam aliæ [c] obiectiones: veluti quæ ſumuntur ex contrario [d], & ſimili [e], & *eo quod eſt* ſecundum opinionem [f] item *conſiderādum eſt*, an *obiectio* particularis ex prima *figura*, vel negatiua ex media poſſit accipi [g].

Τοῦτο γὰρ δι' ἄλλων προτάσεων δῆλον· οὐ δεῖ δὲ εἰς ἄλλα ἐκτρέπεσθαι τὴν ἔνστασιν, ἀλλ' εὐθὺς φανερὰν ἔχειν τὴν ἑτέραν πρότασιν. 9 Διὸ καὶ τὸ σημεῖον ἐκ μόνου τούτου τοῦ σχήματος οὐκ ἔστιν. 10 Ἐπισκεπτέον δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἐνστάσεων· οἷον, περὶ τῶν ἐκ τοῦ ἐναντίου, καὶ τοῦ ὁμοίου, καὶ τῆς κατὰ δόξαν· καὶ εἰ τὴν ἐν μέρει ἐκ τοῦ πρώτου, ἢ τὴν στερητικὴν ἐκ τοῦ μέσου δυνατὸν λαβεῖν.

De enthymemate.

CAP. XXVII.

1 ¶ *Protheoria. De veriſimili.* 2 *De ſigno.* 3 ¶ *Definitio enthymematis.* 4 ¶ *De figura* 5 *prima*, 6 *tertia*, 7 *ſecunda.* 8 ¶ *Differentia ſigni & ſyllogiſmi:* 9 ¶ *De vi ſyllogiſmi, ad quem reducitur enthymema.* 10 *Concluſio.* 11 ¶ *Hypotheoria prima de differentia ſigni, & tecmerii.* 12 ¶ *Hypotheoria ſecunda de phyſiognomia & ſyllogiſmo phyſiognomico, ſiue de natura coniectanda. An ſit,* 13 *ſi in vno animalium genere ſit affectio vna,* 14 *vel plures.* 15 *Quomodo natura coniiciatur.*

VEriſimile [h] autem & ſignū non ſunt idē. ſed veriſimile eſt propoſitio probabilis. quod enim plerunque ſciunt ita fieri, vel non fieri, aut eſſe, aut non eſſe: hoc eſt veriſimile: vt inuidētes odiſſe, aut amantes diligere. 2 Signum autem nihil aliud eſſe videtur, quàm propoſitio demonſtratiua, aut neceſſaria, aut probabilis. nam quo extante *res* extat, vel quo facto, priùs aut poſteriùs res facta eſt: hoc eſt ſignū *indicās rē* factā eſſe aut extare. 3 Enthymema igitur eſt ſyllogiſmus [i] ex veriſimilibus, vel ſignis. 4 Accipitur autem ſignum tribus modis, quot & medium in figuris. vel enim vt in prima *figura*, vel vt in ſecunda, vel vt in tertia.

5 Vtputà probare mulierem vterū ferre quia lac habet, ex pri-

Εἰκὸς δὲ, καὶ σημεῖον, οὐ ταὐτόν ἐστιν. ἀλλὰ τὸ μὲν εἰκός, ἐστὶ πρότασις ἔνδοξος. ὃ γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἴσασιν οὕτω γινόμενον, ἢ μὴ γινόμενον, ἢ ὂν, ἢ μὴ ὂν τοῦτό ἐστιν εἰκός· οἷον, τὸ μισεῖν τοὺς φθονοῦντας, ἢ τὸ φιλεῖν τοὺς ἐρωμένους. 2 Σημεῖον δὲ βούλεται εἶναι πρότασις ἀποδεικτικὴ ἢ ἀναγκαία, ἢ ἔνδοξος. οὗ γὰρ ὄντος ἔστιν, ἢ οὗ γενομένου, πρότερον ἢ ὕστερον γέγονε τὸ πρᾶγμα, τοῦτο σημεῖόν ἐστι τοῦ γεγονέναι, ἢ εἶναι.


3 Ἐνθύμημα μὲν οὖν ἐστὶ συλλογισμὸς ἐξ εἰκότων, ἢ σημείων.

4 Λαμβάνεται δὲ τὸ σημεῖον τριχῶς, ὁσαχῶς καὶ τὸ μέσον ἐν τοῖς σχήμασιν. ἢ γὰρ ὡς ἐν τῷ πρώτῳ, ἢ ὡς ἐν τῷ μέσῳ, ἢ ὡς ἐν τῷ τρίτῳ.

5 Οἷον, τὸ μὲν δεῖξαι κύουσαν, διὰ τὸ γάλα ἔχειν, ἐκ τοῦ πρώτου σχήματος.

μαῖος μέσον γὰρ, τὸ γάλα ἔχειν. ἐφ' ᾧ τὸ α, τὸ κύειν· τὸ β, τὸ γάλα ἔχειν· γυνὴ δὲ, ἐφ' ᾧ τὸ Γ.

ma figura *eſt*: medium enim *eſt*, habere lac. *eſto*, vbi α, vterũ ferre: τὸ ϐ, habere lac: mulier autem, vbi γ.



Syllogiſmus.

Da ϐ α Quæcumque habet lac, fert vterum:

ri γ ϐ Hæc mulier habet lac:


Ergo

i γ α Hæc mulier fert vterum.

6 Τὸ δ', ὅτι οἱ σοφοὶ, σπουδαῖοι· Πιττακὸς γὰρ, σπουδαῖος· διὰ τοῦ ἐσχάτου. ἐφ' ᾧ τὸ α, σπουδαῖον. ἐφ' ᾧ τὸ β, οἱ σοφοί· ἐφ' ᾧ τὸ Γ, Πιττακός. ἀληθὲς δὴ καὶ τὸ α καὶ τὸ β τοῦ Γ κατηγορῆσαι· πλὴν τὸ μὲν, οὐ λέγουσι, διὰ τὸ εἰδέναι· τὸ δὲ, λαμβάνουσι.

6 At ſapientes eſſe *viros* probos quia Pittacus *ſit* probus, per vltimam *figuram concluditur. ſit*, vbi α, probum: vbi β, ſapientes: vbi γ, Pittacus. verum *eſt* igitur, & τὸ α & τὸ ϐ τῷ γ attribuere: ſed alterum [a] non dicunt, quia norunt: alterum [b] accipiunt.

a Pittacum eſſe ſapientem.
b Pittacum eſſe probum.



Paralogiſmus

i γ α Pittacus eſt probus:

i γ β Pittacus eſt ſapiens:

Ergo

ϐ α Sapientes ſunt probi.

7 Τὸ δὲ κύειν, ὅτι ὠχρά, διὰ τοῦ μέσου σχήματος βούλεται εἶναι. ἐπεὶ γὰρ ἕπεται ταῖς κυούσαις τὸ ὠχρόν, ἀκολουθεῖ δὲ καὶ ταύτῃ, δεδεῖχθαι οἴονται ὅτι κύει. ὠχρόν, ἐφ' οὗ τὸ α· ἐφ' οὗ τὸ β, κύειν· γυνὴ, ἐφ' οὗ τὸ Γ.

7 Mulierem autem vterum geſtare quia *ſit* pallida, ad mediam figuram referri debet. Cùm enim vterum geſtantibus conſequens ſit pallor, & huic quoque conſequens ſit: probatum eſſe putant *eam* vterum geſtare. eſto pallidum, vbi α: geſtare vterum, vbi ϐ: mulier, vbi γ.



ϐ α Quæcumque geſtat vterum, eſt pallida:

i γ α Hæc mulier eſt pallida:

Ergo

i γ ϐ Hæc mulier geſtat vterum.

8 Ἐὰν μὲν οὖν ἡ μία λεχθῇ πρότασις, σημεῖον γίνεται μόνον, ἐὰν δὲ

8 Si igitur vna propoſitio dicta fuerit, fit tantùm ſignum. quòd ſi

& altera ſit aſſumpta, *fit* ſyllogiſmus. Vtputà, Pittacum *eſſe* liberalem: quoniam ambitioſi *ſunt* liberales, Pittacus autem *eſt* ambitioſus. Rurſus, ſapiẽtes *eſſe viros* bonos: quia Pittacus *eſt vir* bonus, ſed & ſapiens. Sic igitur fiunt ſyllogiſmi.

9 Verùm qui *fit* in prima figura, *eſt* inſolubilis, ſi verus ſit: vniuerſalis enim eſt [a]. Qui verò *fit* in poſtrema, ſolui poteſt, etiamſi concluſio vera ſit: quia ſyllogiſmus non eſt vniuerſalis [b], nec ad rem [c]. non enim ſi Pittacus *eſt vir* probus, neceſſe *eſt* propterea etiam alios ſapientes *eſſe probos*. Qui verò *fit* in media figura, ſemper & omnino ſolui poteſt: nunquàm enim fit ſyllogiſmus, cùm termini ita *ſe* habent [d]. non enim, ſi vterum ferens eſt pallida, atque hæc *eſt* pallida, *continuò* neceſſe *eſt* hanc vterum ferre.

10 Verum igitur inerit in omnibus figuris: ſed habent *eas* differentias quæ dictæ ſunt.

11 Aut igitur ſic diuidendum *eſt* ſignum: ex his autem tecmeriũ, *ſiue indicium*, accipi debet, *quod eſt* medium [e]: indiciũ enim aiunt eſſe, quod ſcire facit: mediũ verò maximè tale eſt [f]. aut quæ ex extremis *ſumuntur* [g], ſigna vocari debent: quòd verò ex medio, indicium: nam maximè probabile & maximè verum *eſt*, quod per primam figuram *probat*.

12 Natura [h] autem coniici poteſt, ſi [i] quis concedat naturales affectiones ſimul immutare corpus & animam: (fortaſſe enim qui muſicam didicit, mutatus eſt animo: at ex iis quæ naturâ nobis *inſunt*, non eſt hæc affectio: ſed *aliæ potiùs*, vt iræ, & cupiditates, *quæ* in naturalibus motionibus numerantur) ſi igitur

καὶ ἡ ἑτέρα προσληφθῇ, συλλογισμός· οἷον, ὅτι ὁ Πιττακὸς, ἐλευθέριος· οἱ γὰρ φιλότιμοι, ἐλευθέριοι· Πιττακὸς δὲ, φιλότιμος. ἢ πάλιν, ὅτι οἱ σοφοὶ, ἀγαθοί· Πιττακὸς γὰρ, ἀγαθὸς, ἀλλὰ καὶ σοφός. οὕτω μὲν οὖν γίνονται οἱ συλλογισμοί.

9 Πλὴν ὁ μὲν διὰ τοῦ πρώτου σχήματος, ἄλυτος, ἂν ἀληθὴς ᾖ· καθόλου γάρ ἐστιν. Ὁ δὲ διὰ τοῦ ἐσχάτου, λύσιμος, κἂν ἀληθὲς ᾖ τὸ συμπέρασμα, διὰ τὸ μὴ εἶναι καθόλου, μηδὲ πρὸς τὸ πρᾶγμα, τὸν συλλογισμόν. οὐ γὰρ, εἰ Πιττακὸς σπουδαῖος, ἀνάγκη διὰ τοῦτο καὶ τοὺς ἄλλους σοφούς. Ὁ δὲ διὰ τοῦ μέσου σχήματος, ἀεὶ καὶ πάντως λύσιμος. οὐδέποτε γὰρ γίνεται συλλογισμὸς, οὕτως ἐχόντων τῶν ὅρων. οὐ γὰρ, εἰ ἡ κύουσα, ὠχρὰ, ὠχρὰ δὲ καὶ ἥδε, κύειν ἀνάγκη ταύτην.

10 Ἀληθὲς μὲν οὖν ἐν ἅπασιν ὑπάρξει τοῖς σχήμασι· διαφορὰς δὲ ἔχουσι τὰς εἰρημένας. 11 Ἢ δὴ οὕτω διαιρετέον τὸ σημεῖον· τούτων δὲ, τὸ μέσον, τεκμήριον ληπτέον· τὸ γὰρ τεκμήριον, τὸ εἰδέναι ποιοῦν φασιν εἶναι· τοιοῦτον δὲ μάλιστα, τὸ μέσον. ἢ τὰ μὲν ἐκ τῶν ἄκρων, σημεῖα λεκτέον· τὸ δὲ ἐκ τοῦ μέσου, τεκμήριον· ἐνδοξότατον γὰρ, καὶ μάλιστα ἀληθὲς, τὸ διὰ τοῦ πρώτου σχήματος. 12 Τὸ δὲ φυσιογνωμονεῖν, δυνατόν ἐστιν, εἴ τις δίδωσιν ἅμα μεταβάλλειν τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν, ὅσα ἐστὶ φυσικὰ παθήματα· (μαθὼν γὰρ ἴσως τις μουσικὴν, μεταβέβληκέ τι τὴν ψυχήν· ἀλλ' οὐ τῶν φύσει ἡμῖν ἐστι τοῦτο τὸ πάθος· ἀλλ' οἷον ὀργαὶ, καὶ ἐπιθυμίαι, τῶν φύσει κινήσεων). εἰ δὴ

τοῦτό τε

a Id eſt, habet maiorem propoſitionem vniuerſalem.
b Id eſt, conſtat ex ambab. propoſitionib. particularib. ideóque nihil cõcludit.
c Etiãſi aliquid concluderetur, non tamen concluderetur propoſitum, id eſt omnes ſapientes eſſe probos, cùm in tertia figura non poſſit colligi concluſio vniuerſalis.
d Id eſt, cùm ambę propoſitiones affirmant.
e Quod refertur ad primam figuram in qua medius terminus obtinet medium locum.
f Medius terminus, qui ſumitur in prima figura, eſt maximè ἐπιστημονικὸς vide lib. 1. Poſter. Analyt. cap. 14.
g Id eſt, quæ referuntur ad ſecundam vel tertiam figuram: quoniam in illa medius termin. habet primum locũ, in hac poſtremum.
h Tria ſupponẽda eſſe ait, vt natura coniectari poſſit. Exemplo autem ſigni phyſiognomici vult oſtendere ſigna maximè probabilia referri ad primã figuram.
CAP. XXVIII.
i *Prima hypotheſis.* Naturalis affectio ſimul mutat animum & corpus.

τοῦτό τις δοθείη, καὶ ἓν ἑνὸς σημεῖον εἶ), καὶ λαμβάνειν δυνάμεθα τὸ ἴδιον ἑκάστου γένους πάθος καὶ σημεῖον· δυνησόμεθα φυσιογνωμονεῖν, εἰ γάρ ἐστιν ἰδίᾳ τινὶ γένει ὑπάρχον ἀτόμῳ πάθος, οἷον τοῖς λέουσιν ἀνδρία· ἀνάγκη καὶ σημεῖον εἶναί τι (συμπάχειν γὰρ ἀλλήλοις ὑπόκειται) καὶ ἔστω τοῦτο, τὸ μεγάλα τὰ ἀκρωτήρια ἔχειν· ὃ καὶ ἄλλοις ὑπάρχει γένεσι μὴ ὅλοις ἐνδέχεται. τὸ γὰρ σημεῖον, οὕτως ἴδιόν ἐστιν, ὅτι ὅλου γένους ἴδιόν ἐστι τὸ πάθος, καὶ οὐ μόνου ἴδιον, ὥσπερ εἰώθαμεν λέγειν. ὑπάρξει δὴ καὶ ἐν ἄλλῳ γένει ταὐτό· καὶ ἔσται ἀνδρεῖος ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἄλλο τι ζῷον. ἕξει ἄρα τὸ σημεῖον· ἓν γὰρ ἑνὸς ἦν.

13 Εἰ τοίνυν ταῦτά ἐστι, καὶ δυνησόμεθα τοιαῦτα σημεῖα συλλέξαι ἐπὶ τούτων τῶν ζῴων, ἃ μόνον ἓν πάθος ἔχει τι ἴδιον (ἕκαστον δὲ ἔχει σημεῖον ἐπείπερ ἓν ἔχειν ἀνάγκη) δυνησόμεθα φυσιογνωμονεῖν.

14 Εἰ δὲ δύο ἔχει ἴδια ὅλον τὸ γένος· οἷον, ὁ λέων, ἀνδρεῖον καὶ μεταδοτικόν· πῶς γνωσόμεθα πότερον ποτέρου σημεῖον, τῶν ἰδίᾳ ἀκολουθούντων σημείων; ἢ εἰ ἄλλῳ τινὶ μὴ ὅλῳ ἄμφω, καὶ ἐν οἷς μὴ ὅλοις ἑκάτερον, ὅταν τὸ μὲν, ἔχῃ, τὸ δὲ, μή; εἰ γὰρ ἀνδρεῖος μὲν, ἐλευθέριος δὲ μή, ἔχει δὲ τῶν δύο τοδί· δῆλον ὅτι καὶ ἐπὶ τοῦ λέοντος τοῦτο σημεῖον τῆς ἀνδρίας.

15 Ἔστι δὲ τὸ φυσιογνωμονεῖν, ἐν τῷ πρώτῳ σχήματι τῷ τὸ μέσον τῷ μὲν πρώτῳ ἄκρῳ ἀντιστρέφειν, τοῦ δὲ τρίτου ὑπερτείνειν, καὶ μὴ ἀντιστρέφειν.

hoc conceſſum fuerit. &[a] vnum vnius *affectionis* ſignum eſſe, &[b] accipere poſſimus propriam cuiuſque generis affectionem & ſignum: *certè* poterimus naturam coniicere. Nam ſi alicui generi indiuiduo[c] ineſt propria affectio, vt leonibus fortitudo: neceſſe *eſt* eſſe etiam aliquod ſignum: (inuicem enim compati[d], ſuppoſitum eſt) atque hoc eſto magnas extremitates habere: quod cõtingit aliis quoque generibus non totis meſſe[e]. ſignũ enim ita proprium eſt, quoniam affectio eſt propria totius generis, non propria ſolius[f], quemadmodum loqui ſoliti ſumus. Idem[g] igitur inerit etiam in alio genere: & homo erit fortis, & aliud quodpiam animal. habebit igitur illud ſignum[h], quoniam vnũ erat vnius *affectionis ſignum*.

13 Si igitur hæc ſunt, & poterimus huiuſmodi ſigna colligere in his animalibus, quæ vnam tãtùm affectionem propriam habent, (vnaquæque autem *affectio ſuum* habet ſignum, quandoquidem vnum *ſignum* habere neceſſe *eſt*) poterimus naturam coniectare. 14 Sin totum genus duas[i] habeat proprietates, vt leo fortitudinem & liberalitatem: quomodo cognoſcemus, vtrum ex ſignis illis propriè conſequentibus ſit vtrius *affectionis* ſignum? An ſi cuidam alij non toti ambo *inſint*[k], & in quibus non totis vtrumque *ineſt*, cùm vnum habet, alterũ non *item*[l]? nam ſi eſt fortis nõ liberalis, habet autẽ hoc[m] ex duobus *ſignis*: apparet, etiam in leone hoc *eſſe* ſignum fortitudinis. 15 Eſt autem naturæ coniectio in prima figura, eo quòd medium reciprocatur cum primo extremo, & ſuperat tertium, neque *cum eo* reciprocatur,

a *Secunda hypotheſis*, Vnius affectionis vnum eſt ſignum.
b *Tertia hypotheſis*, Adgnoſci poteſt propria cuiuſque ſpeciei animalis affectio, & eius affectionis ſignum.
c Id eſt ſpeciei ſpecialiſſimæ.
d Sub. animam & corpus.
e Id eſt, etiam aliæ ſpecies animalis habẽt magnas extremitates, ſed non omnia indiuidua contenta ſub ea ſpecie id habent.
f Id eſt, ſignum eſt proprium ſecũdo modo, quia accidit omni, nõ ſoli.
g Sub. ſignum.
h Magnas extremitates.
i Vel plures
k Id eſt, ſi alii animaliũ generi inſint ambæ affectiones & ambo ſigna: ita tamen, vt non in omnibus indiuiduis ſub eo genere cõtentis ambo inſint. exẽpli cauſſâ, in equis eſt fortitudo & liberalitas, vt in leonibus. ſunt etiam ſigna fortitudinis, & liberalitatis: non tamen in omnibus equis: ſed quidam equi ſunt fortes, non liberales: alii, liberales, non fortes.
l Id eſt, cùm ambæ affectiones & eædem ſigna reperiantur in aliis generib. animalium: ita tamen vt non inſint ambo in omnibus: ſed alia ſint tantùm fortia, alia tantùm liberalia.
m Magnas extremitates.

Vtputà *eſto* fortitudo, *τὸ α*: magnæ extremitates, vbi ϛ: *τὸ* ϛ autem, leo. Igitur cui *τὸ γ ineſt*, ei *τὸ* ϛ omni, ſed & aliis [a] *ineſt*. cui autem *ineſt τὸ β, ei τὸ α ineſt* omni, nec pluribus, ſed conuertitur: alioquin non erit vnum vnius affectionis ſignum.

a Vt τῷ δ, alicui homini.

οἷον, ἀνδρία, τὸ α· τὰ ἀκρωτήρια μεγάλα, ἐφ' οὗ β. τὸ δὲ ϛ, λέων. ᾧ δὴ τὸ ϛ, τὸ β παντὶ, ἀλλὰ καὶ ἄλλοις. ᾧ δὲ τὸ β, τὸ α παντί, καὶ οὐ πλείοσιν, ἀλλ' ἀντιστρέφει. εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἔσται ἓν ἑνὸς σημεῖον.



Bar Quicquid habet magnas extremitates, eſt forte:

ba Omnis leo habet magnas extremitates:

Ergo

Omnis leo eſt fortis.

Da Quicquid habet magnas extremitates, eſt forte:

ri Aliquis homo habet magnas extremitates:

Ergo

i Aliquis homo eſt fortis.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΑΝΑΛΥΤΙΚΩΝ ὙΣΤΕΡΩΝ ΒΙΒΛΊΑ Β.

ARISTOTELIS ANALYTICORVM POSTERIORVM LIBRI II.

IVLIO PACIO interprete.

SYNOPSIS SEV METHODVS LIBRI I. PRIORVM ANALYTICORVM.

De demonſtratione hęc conſiderantur:

TRACTATVS I.

- An ſit. *Cap.* 1.

TRACTATVS II.

- Quid ſit
  - Expoſitio prima. *Cap.* 2. —— Hypotheoria. *Cap.* 3.
  - Expoſitio ſecũda. Hic diſtinctiùs explicantur,
    - Materia Demõſtrationis, nẽpe principia de quibus hæc declarantur
      - Demõſtrationis principia eſſe neceſſaria & per ſe.
        - Protheoria:
          - Quid ſit De omni, Per ſe, & Vniuerſale. *Cap.* 4.
          - Quibus ex cauſis in his erretur, & de ratione erroris vitandi. *Ca.* 5.
        - Probatio, *Cap.* 6.
      - Demonſtrationis principia non eſſe heterogenea. *Cap.* 7.
      - Demonſtrationem eſſe rerum æternarum *Cap.* 8.
      - Demonſtrationis principia non eſſe communia, & eſſe indemonſtrabilia *Cap.* 9.
      - Definitio, & diuiſio principiorum, *Cap.* 10.
      - De interrogationibus & obiter de ſcientiarum incremento. *Cap.* 11.
    - Diſtinctio demonſtrationis τὸ διότι, & demonſtrationis τὸ ὅτι, ſumpta à fine, & à materia. *Cap.* 12.
    - Principia quædam communia omnium ſcientiarum. *Cap.* 13.
    - Forma demonſtrationis. *Cap.* 14.

TRACTATVS III.

- Contraria Hîc habemus.
  - Protheoriam, de propoſitionibus negantibus, medio carentibus. *Cap.* 15.
  - Expoſitionem Ignorantiæ quæ eſt ſcientiæ demonſtratiuæ contraria, & eſt vel
    - Κατ' ἀπόφασιν,
      - in iis quæ medio carent. *Cap.* 16.
      - In iis quæ medium habent. *Cap.* 17.
    - Κατ' διάθεσιν. *Cap.* 18.

TRACTATVS IV.

- Proprietates. Hîc varia declarantur, id eſt,
  - Principia demonſtrationis eſſe finita.
    - Quæſtio. *Cap.* 19.
    - Probatio.
      - De principiis interiectis. *Cap.* 20.
      - De attributionibus negantibus. *Cap.* 21.
      - De attributionibus affirmantibus, ſurſum vel deorſum verſus. *Cap.* 22.
    - Corollaria. *Cap.* 23.
  - Collatio demonſtrationis
    - Vniuerſalis & particularis *Cap.* 24.
    - Affirmantis & negantis *Cap.* 25.
    - Oſtenſiuæ, & ducentis ad incommodum. *Cap.* 26.
  - Quæ ſit ſcientia certior & prior, vel minus certa & poſterior. *Cap.* 27.
  - Quæ ſit ſcientia vna, vel plures. *Cap.* 28.
  - An ſint plures demonſtrationes eiuſdem rei. *Cap.* 29.
  - Rerum fortuitarum non eſſe demonſtrationem, vel ſcientiam. *Cap.* 30.
  - Per ſenſum non haberi ſcientiam demonſtratiuam. *Cap.* 31.
  - Diuerſa eſſe principia diuerſarum demonſtrationum. *Cap.* 32.

TRACTATVS V.

- Affinia ſcientiæ demonſtratiuæ,
  - Opinio. *Cap.* 33.
  - Ἀγχίνοια, id eſt ſagacitas. *Cap.* 34.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ἈΝΑΛΥΤΙΚΩ͂Ν ὙΣΤΕΡΩΝ ΤΟ ΠΡΩ͂ΤΟΝ.

ARISTOTELIS ANALITICORVM POSTERIORVM.

LIBER I.

AN SIT SCIENTIA DEMONSTRATIVA.

TRACTATVS I.

CAP. I.

1 Axioma. 2 Probatio prima per inductionem. 3 Probatio altera à ſimili. 4 Interpretatio prima, antecedentis cognitionis, id eſt, de prænotionibus quòd ſit, & quid ſignificet. 5 Interpretatio altera id eſt, de prænotione acquiſita per antecedentem cognitionem, vel ſine antecedente cognitione. 6 An concluſio cognoſcatur ante quàm probetur. 7 Solutio dubitationis quæ eſt apud Platonem in Menone. 8 Altera dubitatio, & praua eius ſolutio, atque eius ſolutionis refutatio. 9 Vera ſolutio.

ΠΑ͂ΣΑ διδασκαλία καὶ πᾶσα μάθησις διανοητικὴ, ἐκ προϋπαρχούσης γίνεται γνώσεως.

2 Φανερὸν δὲ τοῦτο θεωροῦσιν ἐπὶ πασῶν· αἵ τε γὰρ μαθηματικαὶ τῶν ἐπιστημῶν, διὰ τούτου τοῦ τρόπου παραγίνονται, καὶ τῶν ἄλλων ἑκάστη τεχνῶν.

3 Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τοὺς λόγους, οἵ τε διὰ συλλογισμῶν, καὶ οἱ δι' ἐπαγωγῆς· ἀμφότεροι γὰρ διὰ προγινωσκομένων ποιοῦνται τὴν διδασκαλίαν· οἱ μὲν λαμβάνοντες ὡς παρὰ ξυνιέντων· οἱ δὲ, δεικνύντες τὸ καθόλου, διὰ τοῦ δῆλον εἶναι τὸ καθέκαστον. Ὡσαύτως καὶ οἱ ῥητορικοὶ συμπείθουσιν· ἢ γὰρ διὰ παραδειγμάτων, ὅ ἐστιν ἐπαγωγή·

OMNIS [a] doctrina & omnis diſciplina [b] dianoëtica [c] fit ex antecedente cognitione. 2 Hoc autem perſpicuum *erit*, ſi omnes conſiderentur. nam & mathematicæ ſcientiæ hoc modo comparantur; & ceterarum artium vnaquæque.

3 Similiter autem *ſe res habet* & in rationibus, tam quæ ſyllogiſmis *fiunt*, quàm quæ inductione: ambæ námque ex præcognitis docent, illæ [d] quidem accipientes [e] quaſi ab intelligentibus, hæ [f] verò probantes vniuerſale ex eo quòd particulare eſt manifeſtum. Eodem modo etiam oratoriæ *rationes* perſuadent. aut enim *perſuadẽt* exẽplis, quæ ſunt inductiones [g]:

CAP. I.

a His primis verbis docet eſſe demonſtratiuam ſcientiam & demonſtrationem: demonſtratio nã que docet ex antecedẽte cognitione.

b Doctrina & diſciplina ſunt idẽ re, differunt ratione. quatenus enim docetur, vocatur doctrina: quatenus diſcitur, diſciplina. Porrò doctrinã & diſciplinã ſic accipe, non totam atque integram facultatem vel artem, vt totam grammaticã, totã rhetoricam: ſed cuiuſcumque rei, quæ docetur & diſcitur, cognitionem.

c Hoc verbo excluditur cognitio ſenſitiua, & cognitio intellectiua rerũ indemonſtrabilium.

1

d Id eſt, ſyllogiſmi.

e In ſyllogiſmo accipiuntur propoſitiones tamquàm intellectæ & cognitæ, vel quia probatę ſũt, vel quia ſunt per ſe notæ.

f Inductiones ſcilicet

g Exemplũ (vt expoſitum fuit lib. 2. Prior Analyt. cap. 24.) reducitur ad ſyllogiſmum primæ figuræ: cuius ſyllogiſmi maior propoſitio probatur inductione imperfecta. tota igitur vis exempli in ea inductione conſiſtit. vnde non immeritò dicitur eſſe inductio quædam.

a Enthymema eſt ſyllogiſmus ex veriſimilibus, vel ſignis Prior. Anal lib 2. c. vlt.
b Duæ ſunt ſimplices prænotiones, quæ interdum coniunguntur. ita fiunt tria membra in aliis námque prænoſci m⁹ quòd ſint, in aliis quid ſignificent, in aliis vtrúmque. Notãdũ autẽ eſt, alia facilè præcognoſci poſſe, quæ ſunt per ſe nota, nec indigent doctore, vt omne totũ eſſe maius ſua parte: alia prænoſci expreſſè, id eſt à doctore tradi initio ſcientiæ vt quid ſit circulus, quid linea. Ariſt. igitur hoc loco loquitur de iis quæ diſertè ponuntur & prænoſcuntur.
c Id autem expreſſè prænoſci & à doctore explicari debet, quod non eſt omnino notum.
d Id eſt, licet probare concluſionẽ principalẽ,
e Id eſt, quibuſdam propoſitionibus probatis per proſyllogiſmũ.
f Id eſt, quaſdã propoſitiones diſcens, nõ ex antecedẽtiẽ cognitione, nec per proſyllogiſmũ, ſed confeſtim & alio quodam modo cognoſcũtur, quæ ſẽſibus obiiciuntur.

aut enthymematibus, quæ ſunt ſyllogiſmi [a]. 4 Dupliciter [b] autem neceſſe *eſt* prænoſcere. nam aliàs quòd ſit, præſumere neceſſe *eſt*: aliàs quid ſit quod dicitur, intelligere oportet: aliàs vtrumque. Vtputà *illud*, verè quoduis aut affirmari aut negari, quòd ſit, *præſumi debet*: trianguli verò hanc eſſe ſignificationem: vnitatem autẽ vtroque modo *prænoſcere oportet, id eſt*, & quid ſignificet, & quòd ſit: quia non ſimiliter horum vnumquodque *eſt* nobis manifeſtum? 5 Licet autem vt *quis* notum faciat [d], quædam priùs notificans [e], quorundam autem ſimul accipiens cognitionem [f], *vt eorum* [g] quæ continentur ſub vniuerſalibus, quorum habet cognitionem. Nam omnem triangulum habere *angulos* æquales duobus rectis, prænouit: hunc verò qui *eſt* in ſemicirculo, eſſe triangulum, ſimul ac induxit [h], notum fecit. * quædã enim hoc modo [i] diſcuntur, neque extremum per medium notificatur, *nempe* quæcumque ſingularia ſunt, nec de vllo ſubiecto *dicuntur*. 6 At priùs quàm induxerit aut acceperit ſyllogiſmum [k], aliquo modo [l] fortaſſe fatendum eſt *eum* ſcire [m], alio modo [n] non *item*. quod enim ſimpliciter [o] neſciebat an eſſet, quomodo *illud* habere *tres angulos* æquales duobus rectis, ſimpliciter ſciret? Sed manifeſtum *eſt*, *eum* ita ſcire [p] *quia* vniuerſale [q] ſcit, ſimpliciter [r] autem neſcire. 7 Sin minùs [ſ], ea dubitatio accidet, quæ *eſt in*

ἢ διʼ ἐνθυμημάτων, ὅπερ ἐστὶ συλλογισμός. 4 Διχῶς δʼ ἀναγκαῖον προγινώσκειν· τὰ μὲν γὰρ, ὅτι ἐστὶ, προϋπολαμβάνειν ἀναγκαῖον· τὰ δὲ, τί τὸ λεγόμενόν ἐστι, ξυνιέναι δεῖ· τὰ δʼ, ἄμφω. οἷον, ὅτι μὲν ἅπαν ἢ φῆσαι ἢ ἀποφῆσαι ἀληθὲς, ὅτι ἐστί· τὸ δὲ τρίγωνον, ὅτι τοδὶ σημαίνει· τὴν δὲ μονάδα, ἄμφω, καὶ τί σημαίνει, καὶ ὅτι ἐστίν· οὐ γὰρ ὁμοίως τούτων ἕκαστον δῆλον ἡμῖν. 5 Ἔστι δὲ γνωρίζειν, τὰ μὲν πρότερον γνωρίζοντα, τῶν δὲ καὶ ἅμα λαμβάνοντα τὴν γνῶσιν, οἷον ὅσα τυγχάνει ὄντα ὑπὸ τὸ καθόλου, ὧν ἔχει τὴν γνῶσιν. ὅτι μὲν γὰρ πᾶν τρίγωνον ἔχει δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας, προῄδει. ὅτι δὲ τόδε τὸ ἐν τῷ ἡμικυκλίῳ, τρίγωνόν ἐστιν, ἅμα ἐπαγόμενος ἐγνώρισεν. ἐνίων γὰρ τοῦτον τὸν τρόπον ἡ μάθησίς ἐστι, καὶ οὐ διὰ τοῦ μέσου τὸ ἔσχατον γνωρίζεται, ὅσα ἤδη τῶν καθʼ ἕκαστα τυγχάνει ὄντα, καὶ μὴ καθʼ ὑποκειμένου τινός.

6 Πρὶν δʼ ἐπαχθῆναι ἢ λαβεῖν συλλογισμὸν, τρόπον μέν τινα ἴσως φατέον ἐπίστασθαι, τρόπον δʼ ἄλλον, οὔ. ὁ γὰρ μὴ ᾔδει εἰ ἔστιν ἁπλῶς, τοῦτο πῶς εἶδεν, ὅτι δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας ἔχει, ἁπλῶς; ἀλλὰ δῆλον ὡς ὡδὶ μὲν ἐπίσταται, ὅτι καθόλου ἐπίσταται, ἁπλῶς δʼ οὐκ ἐπίσταται. 7 Εἰ δὲ μὴ, τὸ ἐν

g Singularium. h Simul ac hic triangulus prolatus eſt, vt cerni poſſit.
i Ita vt ſtatim cognoſcantur ſine ratiocinatione. k Id eſt, antequàm prolatus ſit hic triangulus qui eſt in ſemicirculo, & maiori illi propoſitioni, omnis triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, adiiciatur hæc minor, hic eſt triangulus: atque ita perficiatur ſyllogiſmus. l Cognitioni vniuerſali, vt mox explicabit.
m Concluſionem, id eſt, hunc triangulũ habere tres. cùm enim in ſuperioribus particularis locutus ſit de prænotione propoſitionum, nunc loquitur de prænotione concluſionis, vt intelligamus quomodo cognita fuerit antequàm ſyllogiſmus extructus ſit, & quomodo manifeſta fiat per ſyllogiſmum. n Cognitione propria.
o Omnino. p Sub hunc triangulum habere tres. q Id eſt omnem triangulum habere tres.
r Abſolutè, perfectè, cognitione propria. ſ Alioqui niſi ita dicamus.

τῷ Μέ-

τῷ Μένωνι ἀπόρημα συμβήσεται· ἢ γὰρ οὐδὲν μαθήσεται, ἢ ἃ οἶδεν.

8 Οὐ γὰρ δή, ὥς γέ τινες ἐγχειροῦσι λύειν, λεκτέον. ἆρα οἶδας ἅπασαν δυάδα ὅτι ἀρτία, ἢ οὔ; φησάντων δέ, προσήνεγκάν τινα δυάδα, ἣν οὐκ ᾤοντο εἶναι, ὥστ' οὐδ' ἀρτίαν. λύουσι γάρ, οὐ φάσκοντες πᾶσαν εἰδέναι δυάδα ἀρτίαν οὖσαν, ἀλλ' ἣν ἴσασιν ὅτι δυάς. καίτοι ἴσασι μέν, οὗπερ τὴν ἀπόδειξιν ἔχουσι, καὶ οὗ ἔλαβον. ἔλαβον δ' οὐχὶ παντὸς οὗ ἂν εἰδῶσιν ὅτι τρίγωνον, ἢ ὅτι ἀριθμός· ἀλλ' ἁπλῶς κατὰ παντὸς ἀριθμοῦ, καὶ τριγώνου. οὐδεμία γὰρ πρότασις λαμβάνεται τοιαύτη, ὅτι ὃν σὺ οἶδας ἀριθμόν, ἢ ὃ σὺ οἶδας εὐθύγραμμον, ἀλλὰ κατὰ παντός. 9 Ἀλλ' οὐδὲν (οἶμαι) κωλύει ὃ μανθάνει τις, ἔστιν ὡς ἐπίστασθαι, ἔστι δ' ὡς ἀγνοεῖν. οὐκ ἄτοπον γάρ, εἰ οἶδέ πως ὃ μανθάνει· ἀλλ' εἰ ὡδί, οἷον ᾗ μανθάνει, καὶ ὥς.

Menone[a]: quoniam aut nihil diſcet, aut quæ nouit. 8 Non enim *ita* dicendum *eſt*, vt quidam ſoluere[b] conantur. Sciſne omnẽ *numerum* binarium eſſe parem, an neſcis? *illo* autem *ſe ſcire* dicente, proferebant binariũ quẽdam, quem *ille* non putabat eſſe, proinde nec *putabat eſſe* parẽ. ſoluunt enim dicentes non omnẽ binarium *ſe* ſcire parem eſſe, ſed *eum* quem ſciunt eſſe binariũ.* Atqui ſciunt *id* cuius demonſtrationem habent, & cuius *demonſtrationem* acceperunt: acceperunt autem, non omnis quẽ ſcirent eſſe triangulum, aut numerum; ſed ſimpliciter de omni numero, aut triangulo. nulla enim propoſitio accipitur talis, Quẽ tu ſcis eſſe numerum: aut, Quod tu ſcis eſſe rectilineũ: ſed de omni. 9 Verùm nihil (puto) prohibet, quod quis diſcit, *eũ* aliquo modo[c] ſcire, aliquo modo[d] ignorare: non enim abſurdum *eſt*, ſi quodammodo nouit quod diſcit: ſed ſi ita *nouit*, veluti quà diſcit, & quomo *diſcit*.

a Id eſt, in dialogo Platonis, qui inſcribitur Meno. Dubitat enim Meno, quaſi nihil poſſimus diſcere, proinde nihil quærendũ ſit, quod enim cognoſcitur, non eget inquiſitione. quod verò quis ignoret, fruſtra id quærit: quia licèt inuenerit, nõ tamen cognoſcet, quippe

6

qui neſciebat quid quæreret. Quod ſophiſma conatur Socrates diſſoluere, aſſerens inuenire & diſcere, nihil aliud eſſe quàm reminiſci: quia anima eſt immortalis, & olim nouit: ſed cùm in corpus immittitur, obliuiſcitur, deinde quærit vt reuocet in memoriam. Hãc ſolutionem Ariſtotel reiicit, & longè meliorem affert tam hoc loco, quàm lib 2. Prior. Analyt. ca. 21. part. 7.

b Dubitationẽ, quæ proponitur in ſequentibus verbis, *Scis ne* &c.

c Cognitione vniuerſali.

d Cognitione propria.

DE HIS QVÆ PERTINENT AD ESSENTIAM DEMONSTRATIONIS.

TRACTATVS II.

Quid ſit ſcire, item quid ſit demonſtratio, & ex quibus conſtet.

Cap. II.

1 ¶ *De ſcientia ſeu Scire. Definitio.* 2 *Definitionis confirmatio.* 3 *Corollarium.* 4 *An ſit alius ſciendi modus. & quomodo in præſentia Scire accipiatur.* 5 ¶ *De demonſtratione. Definitio.* 6 *Cuiuſmodi ſint principia demonſtrationis,* 7 *per quæ diſtinguitur ab alijs ſyllogiſmis.* 8 *Quod principia demonſtratiua ſint vera.* 9 *Quod ſint prima indemonſtrabilia.* 10 *Quòd ſint cauſæ, & priora concluſione.* 11 *Priora & notiora quot modis dicantur.* 12 *Quæ ſint priora.* 13 *Quid ſit principium demonſtrationis.* 14 *Principij diuiſio in theſim & axioma.* 15 *Theſis ſubdiuiſio in hypotheſim & definitionem.* 16 *Quod principia demonſtrationis ſint notiora concluſione.* 17 *Corollarium.* 18 *De cognitione eorum quæ principiis demonſtrationis opponuntur.*

CAP. II.

7

a Al. vnũ quemque.

b Scientia ſimpliciter opponitur ſcientiæ ſophiſticę, quę nō eſt ſcientia ſimpliciter: ſed cum adiectione id eſt ſophiſtica: quēadmodũ homo mortuus vel pictus, nō eſt ſimpliciter homo, ſed cũ adiectione vocatur homo mortuus, aut homo pictus.

c Obſerua tres

8

conditiones veræ ſcientiæ. Prima eſt, vt cognoſcatur cauſa rei, id eſt, vt medius terminus demōſtrationis ſit cauſa concluſionis. Secunda, vt ea cauſa conferatur cum effectu. ita vt ſciamus eam eſſe cauſã concluſionis. Tertia vt ſciamus con

9

cluſionẽ neceſſariò ita ſe habere, nec poſſe aliter ſe habere. Prima & ſecũda ſpectantur in re ipſa: tertia in animo demōſtrãtis.

d Sub. ſcientiã.

e Hoc corollario vſurus eſt Ariſtotel. in princ. cap. 4.

f Cap. ſequenti,

10

& cap 13. huius libri, item cap 3. & cap. vlt. lib. ſequentis.

g Id eſt, nunc ita accipimus verbum Scire.

h Qui ſcientiam parit.

Scire autem putamus vnamquamque rem [a] ſimpliciter [b], nō ſophiſtico modo, id eſt ex accidenti, cùm putamus cauſam cognoſcere, propter quam res eſt, eius rei cauſam eſſe, nec poſſe eam aliter *ſe* habere [c]. 2 Conſtat igitur tale quidpiam eſſe ipſum Scire. nam & qui neſciunt & qui ſciunt: illi quidem putant *ſe* ita habere [d]: hi verò qui ſciunt, etiam habent.

3 Quapropter id cuius ſimpliciter eſt ſcientia, non poteſt aliter *ſe* habere [e]. 4 An igitur ſit etiam alius ſciendi modus, poſtea [f] dicemus: ſed *ſcire* dicimus [g] etiam, per demōſtrationem cognoſcere. 5 Demonſtrationem autem voco ſyllogiſmum ſcientialem [h]. ſcientialem appello, ſecundum quem, eò quòd ipſum habemus, ſcimus.

6 Si igitur ſcire eſt, vt poſuimus: neceſſe *eſt*, etiam demonſtratiuam ſcientiam ex veris eſſe, & primis & immediatis [i], & notioribus, & prioribus, & cauſis concluſionis. Sic enim erunt etiã principia propria eius quod demonſtratur. 7 Nã ſyllogiſmus quidem erit etiã ſine his [k]: demonſtratio verò non erit, quia non efficiet ſcientiam. 8 Vera igitur eſſe oportet: quia quod nō eſt, ſciri nequit: veluti diametrũ habere communem *cum látere* menſuram. 9 Ex primis autem indemonſtrabilibus: nam *alioqui* neſciret, non habens eorum demonſtrationem [l]: quia ſcire *ea*

Ἐπίστασθαι δὲ οἰόμεθα ἕκαστον ἁπλῶς, ἀλλὰ μὴ τὸν σοφιστικὸν τρόπον τὸν κατὰ συμβεβηκός, ὅταν τήν τ' αἰτίαν οἰώμεθα γινώσκειν, δι' ἣν τὸ πρᾶγμά ἐστιν, ὅτι ἐκείνου αἰτία ἐστὶ, καὶ μὴ ἐνδέχεσθαι τοῦτ' ἄλλως ἔχειν. 2 Δῆλον τοίνυν ὅτι τοιοῦτόν τι τὸ ἐπίστασθαί ἐστι. καὶ γὰρ καὶ οἱ μὴ ἐπιστάμενοι, καὶ οἱ ἐπιστάμενοι· οἱ μὲν, οἴονται αὐτὰ οὕτως ἔχειν· οἱ δὲ ἐπιστάμενοι, καὶ ἔχουσιν.

3 Ὥστε οὗ ἁπλῶς ἐστιν ἐπιστήμη, τοῦτ' ἀδύνατον ἄλλως ἔχειν.

4 Εἰ μὲν οὖν καὶ ἕτερός ἐστι τοῦ ἐπίστασθαι τρόπος, ὕστερον ἐροῦμεν· φαμὲν δὲ καὶ δι' ἀποδείξεως εἰδέναι.

5 Ἀπόδειξιν δὲ λέγω συλλογισμὸν ἐπιστημονικόν. ἐπιστημονικὸν δὲ λέγω, καθ' ὃν, τῷ ἔχειν αὐτὸν, ἐπιστάμεθα.

6 Εἰ τοίνυν ἐστὶ τὸ ἐπίστασθαι, οἷον ἔθεμεν· ἀνάγκη καὶ τὴν ἀποδεικτικὴν ἐπιστήμην, ἐξ ἀληθῶν τ' εἶναι, καὶ πρώτων καὶ ἀμέσων, καὶ γνωριμωτέρων, καὶ προτέρων, καὶ αἰτίων τοῦ συμπεράσματος. οὕτως γὰρ ἔσονται καὶ αἱ ἀρχαὶ οἰκεῖαι τοῦ δεικνυμένου.

7 Συλλογισμὸς μὲν γὰρ ἔσται καὶ ἄνευ τούτων· ἀπόδειξις δὲ οὐκ ἔσται· οὐ γὰρ ποιήσει ἐπιστήμην. 8 Ἀληθῆ μὲν οὖν δεῖ εἶναι, ὅτι οὐκ ἔστι τὸ μὴ ὂν ἐπίστασθαι· οἷον, ὅτι ἡ διάμετρος, σύμμετρος. 9 Ἐκ πρώτων δ' ἀναποδείκτων, ὅτι οὐκ ἐπιστήσεται μὴ ἔχων ἀπόδειξιν αὐτῶν. τὸ γὰρ ἐπίστασθαι

i propoſitio demonſtratiua eſt prima immediata & indemonſtrabilis. his tribus verbis ſignificatur vna & eadem conditio: nam propoſitio prima eſt, quæ, quòd medio caret, demonſtrari nequit. k Id eſt, etiamſi propoſitiones non ſint veræ, primę, &c. l Itaque aut eſſent ignota, aut non eſſent principia, quia demonſtrarentur per alia priora, & illa per alia, atque ita in infinitum. Porrò omnis demonſtratio eſt ex primis aut immediatè, quia conficitur ex propoſitionibus primis: aut mediatè, quia conficitur ex propoſitionibus non primis, ſed probatis per propoſitiones priores. Quoniam igitur demonſtrationes poſteriores à prioribus pendent & confirmatur, idcirco omnes dicuntur eſſe ex primis.

ὧν ἀπο-

ὧν ἀπόδειξίς ἐστι, μὴ κατὰ συμβεβηκὸς, τὸ ἔχειν ἀπόδειξίν ἐστιν. 10 Αἴτιά τε, καὶ γνωριμώτερα δεῖ εἶναι, καὶ πρότερα. αἴτια μὲν, ὅτι τότε ἐπιστάμεθα, ὅταν τὴν αἰτίαν εἰδῶμεν. καὶ πρότερα, εἴπερ αἴτια. καὶ προγινωσκόμενα οὐ μόνον τὸν ἕτερον τρόπον τῷ ξυνιέναι, ἀλλὰ καὶ τῷ εἰδέναι ὅτι ἐστί. 11 Πρότερα δ' ἐστὶ καὶ γνωριμώτερα διχῶς. οὐ γὰρ ταυτὸν, πρότερον τῇ φύσει, καὶ πρὸς ἡμᾶς πρότερον· οὐδὲ γνωριμώτερον, καὶ ἡμῖν γνωριμώτερον. λέγω δὲ πρὸς ἡμᾶς μὲν πρότερα καὶ γνωριμώτερα, τὰ ἐγγύτερον τῆς αἰσθήσεως· ἁπλῶς δὲ πρότερα καὶ γνωριμώτερα, τὰ πορρώτερον· ἔστι δὲ πορρωτάτω μὲν, τὰ καθόλου μάλιστα. ἐγγυτάτω δὲ, τὰ καθέκαστα· καὶ ἀντίκειται ταῦτ' ἀλλήλοις. 12 Ἐκ πρώτων δ' ἐστὶ τὸ ἐξ ἀρχῶν οἰκείων. ταὐτὸ γὰρ λέγω πρῶτον καὶ ἀρχήν. 13 Ἀρχὴ δ' ἐστὶν ἀποδείξεως, πρότασις ἄμεσος. ἄμεσος δὲ, ἧς μή ἐστιν ἄλλη προτέρα. Πρότασις δ' ἐστὶν, ἀποφάνσεως τὸ ἕτερον μόριον, ἓν καθ' ἑνός· διαλεκτικὴ μὲν, ἡ ὁμοίως λαμβάνουσα ὁποτερονοῦν· ἀποδεικτικὴ δὲ, ἡ ὡρισμένως θάτερον, ὅτι ἀληθές. Ἀπόφανσις δὲ, ἀντιφάσεως ὁποτερονοῦν μόριον. Ἀντίφασις δὲ, ἀντίθεσις,

quorum eſt demonſtratio, nõ ex accidente, *nihil aliud* eſt *quàm* habere demõſtrationẽ. 10 Cauſas verò, & notiora [a] eſſe oportet, & priora. Cauſas quidẽ: quia tũc ſcimus, cùm cauſam cognoſcimus. & priora, quia *ſunt* cauſæ [b]. & præcognita [c] non ſolùm altero modo, quia intelligatur *quid ſignificent*, ſed etiã quia cognoſcatur *ea vera* eſſe. 11 Priora autem & notiora ſunt duobus modis. non enim idem eſt prius naturâ & prius quod ad nos, neque notius *naturâ* & notius nobis [d]. Quod ad nos priora & notiora appello *ea*, quæ ſunt propinquiora ſenſui [e]: ſimpliciter autem priora & notiora, quæ lõgiùs *abſunt*. ac longiùs quidem *abſunt*, *quæ ſunt* maximè vniuerſalia [f]: proxima verò *ſunt* ſingularia. atque hæc ſibi inuicem opponuntur. 12 Ex primis autem eſt, quod *eſt* ex principiis propriis [g]. idem enim voco primũ & principium. 13 Principium autem demonſtrationis eſt propoſitio immediata [h]. Immẽdiata verò *eſt*, qua nõ eſt alia prior. Propoſitio autem eſt enunciationis altera pars [i], vnum de vno [k]: dialectica quidem, quæ vtrumuis æquè ſumit: demonſtratiua verò, quæ definitè *ſumit* alterum eſſe verum. Enunciatio *eſt* contradictionis vtrauis pars. Contradictio eſt oppoſitio [l],

a Quòd notiora ſint, hoc loco
11
probãdum erat: Ariſtoteles tamẽ hoc probabit in calce capitis, quoniam inde oritur obiectio cõtra demonſtrationẽ, ſoluenda in ſeq. capite. ſic enim magis ap-
12
paret nexus horum capitũ. Dices, cur non in præſentia probat principia eſſe notiora, ſimúlq. diluit eam obiectionem? Reſpõd. quia tractatus ille prolixior eſt, quàm vt potuerit commodè hîc interponi.
b Omnis autem cauſa ſecundum naturã eſt prior effectu.
13
c Præcognitum dicitur, quod eſt cognitione prius: Principia ſunt priora tam re ipſa, quàm cognitione, quia vtroque modo ſunt cauſę id eſt, & faciunt rem eſſe, & eamdem cognoſci.
d Principia autẽ demõſtrationis ſũt priora & notiora ſecundum naturam.
e Omnis enim noſtra cognitio ortum habet à ſẽſu. vnde illud peruulgatum eſt, Nihil eſſe in intellectu, quod non fuerit in ſenſu. f Id eſt cauſæ maximè vniuerſales hæc in ſcholis vocantur vniuerſalia in cauſando. alia ſunt vniuerſalia, vt genera, quæ appellantur vniuerſalia in prædicando, & ſunt nobis notiora, vt Ariſtoteles docet lib. 1. Phyſ. cap. 1. g Id eſt, principia ſunt prima, non omnino ſed prima in ea ſcientia, in qua fit demonſtratio: nam principia debent eſſe propria ſcientiæ, & rei qua de re agitur vt demonſtrabitur cap. 7. & 9. h Hæc definitio eſt imperfecta, niſi ſubaudiantur aliæ conditiones ſuprà expoſitæ, id eſt, vera, cauſa, &c. Sed Ariſtoteles eam cõditionem expreſſit, per quam principia generalia quæ ſũt prima principia & tãtùm principia ſeparãtur à ſpecialibus, quæ ſunt cõcluſiones in antecedentibus demonſtrationibus & principia in ſequẽtibus. concluſio namque primæ demõſtrationis eſt principium ſecundę, & ita deinceps. & principia quidem primæ demonſtrationis, ſunt principia etiam ſequẽtium demõſtrationum: ſed primę demonſtrationis ſunt principia prima, ſequentium remota. principia verò poſteriorum demonſtrationum, non ſunt principia priorum. idcirco hæc vocaui ſpecialia illa, generalia. i Id eſt, enunciatio affirmans vel negans. k Vna enunciatio eſt, quæ vnum de vno ſignificat. vide cap. 8. de interpretatione. l Oppoſitio eſt genus contradictionis. vide lib. Categor. cap. 10.

a Cur ait per ſe? vt ſeparet contradictionem à cōtrarietate immediata. quædā
14
enim contraria carentia medio, nō per ſe, ſed ratione ſubiecti. ideò que ſi per ſe accipiantur, mediū habent, vt ſanitas vel morbus ineſt in animali, nec datur mediū. at lapis neque bene valere, neque ægrotare dici poteſt. ſimiliter homo aut videt, aut eſt cæcus: lapidis autem neutrū conuenit, hæc igitur contraria. vt ſanitas & morbus: necnon priuantia, viſus & cæcitas, medio carēt in ſubiecto & ratione ſubiecti. cōtradictio verò medio caret per ſe. vide dictum cap. 10.

b Vide lib. de
15
Interpr. cap. 6. part. 1. & 2.

c Id eſt, cognoſcere per ſe, ſine ope præceptoris.

d Quæ affirmat, vel negat.

e Id, eſt quę nec affirmat nec negat. Dices aliquis: Si definitio nō affirmat nec negat, quomodo poteſt eſſe principium demonſtrationis, cùm
16
principium demōſtrationis definitū fuerit propoſitio immediata. omnis autem propoſitio affirmet aut neget? Nihil eſt quod tam facilè explicare poſſim. Aliud eſt definitio: aliud, definitum: & ex his componitur principiū demonſtrationis, quod eſt propoſitio affirmans. Exempli cauſâ, homo eſt res definita: animal rationale mortale, eſt definitio: hæc autē propoſitio, homo eſt animal rationale mortale, eſt principium demonſtrationis. definitio igitur eſt principium demōſtrationis, quatenus ex ea conficitur propoſitio demonſtratiua.

f Sub. concluſionem.

medio carens per ſe [a]. Partium contradictionis *ea quæ ſignificat* aliquid de aliquo, eſt affirmatio: *quæ* aliquid ab aliquo, negatio [b]. 14 Ex immediatis autem principiis ſyllogiſticis, theſim *ſeu poſitionem* appello *eam*, quam nō licet demonſtrare, nec neceſſe *eſt* eum habere [c] qui diſcere aliquid velit. *eam* verò, quam neceſſe *eſt* eum habere qui diſcere quiduis debeat, *voco* axioma. ſunt enim quædā eiuſmodi: & potiſſimùm in his *appellandis* ſoliti ſumus hoc nomine vti. 15 Ex poſitionibus verò, *ea*, quæ vtramuis cōtradictionis partē accipit [d], (velut eſſe aliquid, aut non eſſe aliquid) *eſt* hypotheſis *ſiue ſuppoſitio*: at quæ hoc vacat [e], definitio *appellatur*. definitio namque eſt quidem theſis: ponit enim arithmeticus vnitatem *id* eſſe quod eſt indiuiduum ſecundum quantitatem: non tamē eſt hypotheſis. nam quid ſit vnitas, & eſſe vnitatem, non idem *eſt*. 16 Quia verò *ob id* credere & ſcire rē oportet, quòd talis habetur ſyllogiſmus, quem vocamus demonſtrationem, hic autē eſt, eo quòd hæc ſunt ex quibus ſyllogiſmus *conſtat: propterea* neceſſe *eſt* non ſolùm prænoſcere prima aut omnia, aut quędam, ſed etiam magis. ſemper enim id magis *tale* eſt, propter quod vnumquodq; eſt *tale*: vtputà id magis dilectū *eſt*, ꝓpter quod diligimus.* quocirca ſi propter prima ſcimus & credimus [f], illa quoque ſcimus & credimus magis, quia per illa *ſcimus & credimus* etiam poſteriora. 17 Fieri autem nequit, vt magis quàm *ea* quæ nouit, credat *aliquis* quæ neque ſcit, neque melius affectus *eſt* quàm ſi ſciret.

ἧς οὐκ ἔστι μεταξὺ καθ' αὑτήν. μόριον δ' ἀντιφάσεως, τὸ μὲν τὶ κατά τινος, κατάφασις· τὸ δὲ τὶ ἀπό τινος, ἀπόφασις. 14 Ἀμέσου δ' ἀρχῆς συλλογιστικῆς, θέσιν μὲν λέγω, ἣν μὴ ἔστι δεῖξαι, μηδ' ἀνάγκη ἔχειν τὸν μαθησόμενόν τι. ἣν δ' ἀνάγκη ἔχειν τὸν ὁτιοῦν μαθησόμενον, ἀξίωμα. ἔστι γὰρ ἔνια τοιαῦτα· τοῦτο γὰρ μάλιστ' ἐπὶ τοῖς τοιούτοις εἰώθαμεν λέγειν ὄνομα. 15 Θέσεως δ', ἡ μὲν ὁποτερονοῦν τῶν μορίων τῆς ἀποφάνσεως λαμβάνουσα, (οἷον λέγω, τὸ εἶναί τι ἢ μὴ εἶναί τι) ὑπόθεσις· ἡ δ' ἄνευ τούτου, ὁρισμός. ὁ γὰρ ὁρισμὸς, θέσις μέν ἐστι· τίθεται γὰρ ὁ ἀριθμητικὸς μονάδα τὸ ἀδιαίρετον εἶναι κατὰ τὸ ποσόν· ὑπόθεσις δ' οὐκ ἔστι· τὸ γὰρ τί ἐστι μονὰς, καὶ τὸ εἶναι μονάδα, οὐ ταὐτόν. 16 Ἐπεὶ δὲ δεῖ πιστεύειν τε καὶ εἰδέναι τὸ πρᾶγμα, τῷ τοιοῦτον ἔχειν συλλογισμὸν, ὃν καλοῦμεν ἀπόδειξιν, ἔστι δ' οὗτος τῷ ταδὶ εἶναι ἐξ ὧν ὁ συλλογισμός· ἀνάγκη μὴ μόνον προγινώσκειν τὰ πρῶτα, ἢ πάντα, ἢ ἔνια, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον. ἀεὶ γὰρ δι' ὃ ὑπάρχει ἕκαστον, ἐκεῖνο μᾶλλον ὑπάρχει. οἷον, δι' ὃ φιλοῦμεν, ἐκεῖνο μᾶλλον φίλον. ὥστ' εἴπερ ἴσμεν διὰ τὰ πρῶτα καὶ πιστεύομεν, κἀκεῖνα ἴσμεν τε καὶ πιστεύομεν μᾶλλον, ὅτι δι' ἐκεῖνα καὶ τὰ ὕστερα. 17 Οὐχ οἷόν τε δὲ πιστεύειν μᾶλλον ὧν οἶδεν, ἃ μὴ τυγχάνει μήτε εἰδὼς, μήτε βέλτιον διακείμενος ἢ εἰ ἐτύγχανεν εἰδώς.

συμβήσεται

συμβήσεται δὲ τοῦτο, εἰ μή τις προεγνώσεται τῶν δι' ἀπόδειξιν πιστευόντων· μᾶλλον γὰρ ἀνάγκη πιστεύειν ταῖς ἀρχαῖς ἢ πάσαις, ἢ τισὶ, τοῦ συμπεράσματος. 18 Τὸν δὲ μέλλοντα ἕξειν τὴν ἐπιστήμην τὴν δι' ἀποδείξεως, οὐ μόνον δεῖ τὰς ἀρχὰς μᾶλλον γνωρίζειν, καὶ μᾶλλον αὐταῖς πιστεύειν, ἢ τῷ δεικνυμένῳ· ἀλλὰ μηδ' ἄλλο αὐτῷ πιστότερον εἶναι, μηδὲ γνωριμώτερον τῶν ἀντικειμένων ταῖς ἀρχαῖς, ἐξ ὧν ἔσται συλλογισμὸς ὁ τῆς ἐναντίας ἀπάτης· εἴπερ δεῖ τὸν ἐπιστάμενον ἁπλῶς, ἀμετάπτωτον εἶναι.

hoc tamen accidet, niſi per demonſtrationem credens præno-nerit [a]: quia neceſſe *eſt* maiorem fidem habere principiis aut omnibus, aut quibuſdam, quàm concluſioni. 18 Non ſolùm autem oportet, eum qui habiturus eſt ſcientiam per demonſtrationem, magis principia cognoſcere, & magis eis credere, quàm rei demonſtratæ: ſed neque aliud ei credibilius eſſe, neque notius, quàm principiis oppoſita, ex quibus erit ſyllogiſmus contrariæ deceptionis: ſiquidem opus eſt, vt qui ſimpliciter ſcit, labi & errare nequeat [b].

a Sub. principia. b Laberetur autem & erraret, ſi quando crederet oppoſita principiis veris, eſſe vera. c Id eſt, neutra 17 opinio vera eſt, & neutra neceſſariò colligitur ex eo quòd principia ſciri debēt. d Horum argumētū tale fuit: Aut ſunt, aut nō ſūt quædā principia prima. Si nulla ſint prima principia, ſed datur progreſſus in infinitū: nulla eſt ſcientia: quia poſteriora cognoſci debent per priora, quod fieri nequit, niſi ſint quędam prima. At ſi ſint quędā principia prima, non poſſunt cognoſci: quia omnis cognitio eſt ex prioribus, nihil autem eſt pri⁹ primis. quòd ſi principia ſunt

---

Refutatio errorum, in quos nonnulli inciderunt, eò quòd principia demonſtrationis ſciri debent.

CAP. III.

1 ¶ Opiniones aliorum, 2 qui ſcientiam demonſtratiuam eſſe negabant, 3 aut omnia circulo demonſtrari aſſerebant. 4 Sententia Ariſtotelis. 5 Contra circularem demonſtrationē, Ratio prima ducens ad abſurditatem, quia idem eodem eſſet prius & poſterius. 6 Ratio altera, quia demonſtratio circularis probat idem per idem. 7 Ratio tertia, quia non in quibuſuis terminis circulus locum habere poteſt.

CAP. III.

ἘΝίοις μὲν οὖν διὰ τὸ δεῖν τὰ πρῶτα ἐπίστασθαι, οὐ δοκεῖ ἐπιστήμη εἶναι· τοῖς δ', εἶναι μὲν, πάντων μέντοι ἀποδείξεις εἶναι. ὧν οὐδέτερον, οὔτ' ἀληθὲς, οὔτ' ἀναγκαῖον. 2 Οἱ μὲν γὰρ ὑποθέμενοι μὴ εἶναι ὅλως ἐπίστασθαι, οὗτοι εἰς ἄπειρον ἀξιοῦσιν ἀνάγεσθαι, ὡς οὐκ ἂν ἐπισταμένους τὰ ὕστερα διὰ τὰ πρότερα, ὧν μή ἐστι πρῶτα, ὀρθῶς λέγοντες· ἀδύνατον γὰρ τὰ ἄπειρα διελθεῖν. εἰ δὲ ἵσταται, καὶ εἰσὶν ἀρχαί, ταύτας ἀγνώστους εἶναι, ἀποδείξεώς γε μὴ οὔσης αὐτῶν, ὅπερ φασὶν εἶναι τὸ ἐπίστασθαι μόνον· εἰ δὲ μὴ ἔστι τὰ πρῶτα εἰδέναι, οὐδὲ τὰ ἐκ τούτων εἶναι ἐπίστασθαι, οὐδὲ ἁπλῶς, οὐδὲ κυρίως, ἀλλ' ἐξ ὑποθέσεως εἰ ἐκεῖνά ἐστιν.

QVibuſdam igitur, quoniam oportet prima ſcire, non videtur ſcientia eſſe: aliis *videtur* quidem eſſe, ſed omniū eſſe demonſtrationes. quorum neutrū *eſt* verum, aut neceſſarium [c]. 2 Nam qui ſupponunt non eſſe omnino ſcire, hi [d] cenſent in infinitum deduci: vtpote cùm non cognoſcātur poſteriora per priora, quorum non ſunt prima: rectè [e] dicentes, quoniam impoſſibile *eſt* infinita percurrere. * Si verò ſtatur, & ſunt principia: hęc eſſe ignota, cùm demonſtratio eorū non ſit [f]: quod quidem ſolum aiunt eſſe ſcire. quòd ſi non licet prima cognoſcere: ne illa quidē, quæ ex his *efficiuntur*, ſciri poſſe ſimpliciter & propriè, ſed ſub conditione ſi illa ſunt.

18 ignota: neceſſe eſt etiam cetera, quę ex principiis demonſtrantur, eſſe ignota. quare ſcientia nulla eſt. e Rectè dixerūt nō cognoſci poſteriora per priora, niſi ſint quædā prima principia, in quib. et ſiſtatur. ſed malè dixerunt, ſi ſint quædam prima principia, ea non 19 poſſe cognoſci, quaſi non detur ſcientia ſine demonſtratione. f Quia demonſtratio fit ex prioribus: primis autē principiis nulla priora principia ſunt.

3 Alij verò, quod ad ipſum ſcire, cõſentiunt: tantùm enim per demõſtrationẽ eſſe: verùm, quo minùs omnium ſit demõſtratio, nihil vetare: poſſe enim circulo fieri demonſtrationem, & *omnia* ex ſe inuicẽ *probari.* 4 Nos vero dicimus nec omnem ſcientiã eſſe demonſtratiuam: ſed ea quæ medio vacant, ſciri ſine demonſtratione: (atque hoc neceſſariũ eſſe conſtat. nam ſi neceſſe *eſt* vt ſciantur priora *&* *ea* ex quibus demonſtratio *conſtat*, & cõſiſtitur tandem in iis quæ medio carent: *certè* neceſſe *eſt* hæc eſſe indemonſtrabilia[c]) hæc igitur ita dicimus: nec ſolùm eſſe ſcientiam[a], ſed etiã principiũ quoddam ſciẽtiæ[b], quo terminos[c] cognoſcimus. 5 Circulo autẽ non poſſe demonſtrari ſimpliciter, manifeſtum *eſt*: ſiquidẽ ex prioribus oportet demõſtrationem cõſtare, ac notioribus. fieri enim nequit, vt eadem iiſdem ſimul priora & poſteriora ſint, * niſi diuerſo modo: veluti alia *quod* ad nos; alia ſimpliciter, quo modo[d] inductio notum facit. Quod ſi ita *eſt*: non eſt rectè definitum ſcire ſimpliciter, ſed *eſt* duplex[e]: aut[f] non ſimpliciter *eſt* altera[g] demonſtratio, quæ *ſcilicet* fit ex notioribus nobis. 6 Accidit autem iis qui aſſerunt circulo demonſtrationem eſſe, non ſolùm quod nunc dictum eſt: ſed etiam vt nihil aliud dicant, quàm hoc eſſe ſi hoc ſit: ſic autem facile *eſt* omnia demonſtrare[h]. cõſtat autem hoc accidere, tribus terminis poſitis. (nihil enim refert, vtrũ quis per multos, an per paucos *demonſtrationem* reflecti dicat: *nec vtrum* per paucos, an per duos[i])

3 Οἱ δὲ, περὶ μὲν τοῦ ἐπίστασθαι ὁμολογοῦσι· διʼ ἀποδείξεως γὰρ εἶναι μόνον· ἀλλὰ πάντων εἶναι ἀπόδειξιν, οὐδὲν κωλύειν· ἐνδέχεσθαι γὰρ κύκλῳ γίνεσθαι τὴν ἀπόδειξιν, καὶ ἐξ ἀλλήλων. 4 Ἡμεῖς δέ φαμεν, οὔτε πᾶσαν ἐπιστήμην ἀποδεικτικὴν εἶναι, ἀλλὰ τὴν τῶν ἀμέσων, ἀναπόδεικτον (καὶ τοῦθʼ ὅτι ἀναγκαῖον, φανερόν· εἰ γὰρ ἀνάγκη μὲν ἐπίστασθαι τὰ πρότερα, καὶ ἐξ ὧν ἡ ἀπόδειξις, ἵσταται δέ ποτε τὰ ἄμεσα· ταῦτʼ ἀναπόδεικτα ἀνάγκη εἶναι) ταῦτʼ οὖν οὕτω λέγομεν· καὶ οὐ μόνον ἐπιστήμην, ἀλλὰ καὶ ἀρχὴν ἐπιστήμης εἶναί τινα φαμὲν, ᾗ τοὺς ὅρους γνωρίζομεν. 5 Κύκλῳ δʼ ὅτι ἀδύνατον ἀποδείκνυσθαι ἁπλῶς, δῆλον, εἴπερ ἐκ προτέρων δεῖ τὴν ἀπόδειξιν εἶναι, καὶ γνωριμωτέρων· ἀδύνατον γάρ ἐστι τὰ αὐτὰ τῶν αὐτῶν ἅμα πρότερα καὶ ὕστερα εἶναι, εἰ μὴ τὸν ἕτερον τρόπον· οἷον, τὰ μὲν, πρὸς ἡμᾶς· τὰ δʼ, ἁπλῶς, ὅνπερ τρόπον ἡ ἐπαγωγὴ ποιεῖ γνώριμον. εἰ δʼ οὕτως, οὐκ ἂν εἴη τὸ ἁπλῶς εἰδέναι, κυλῶς ὡρισμένον, ἀλλὰ διττόν· ἢ οὐχ ἁπλῶς, ἡ ἑτέρα ἀπόδειξις, ἡ γινομένη ἐκ τῶν ἡμῖν γνωριμωτέρων. 6 Συμβαίνει δὲ τοῖς λέγουσι κύκλῳ τὴν ἀπόδειξιν εἶναι, οὐ μόνον τὸ νῦν εἰρημένον, ἀλλʼ οὐδὲν ἄλλο λέγειν, ἢ ὅτι τοῦτʼ ἔστιν εἰ τοῦτʼ ἔστιν· οὕτω δὲ πάντα ῥᾴδιον δεῖξαι. δῆλον δʼ ὅτι τοῦτο συμβαίνει, τριῶν ὅρων τεθέντων. (τὸ μὲν γὰρ διὰ πολλῶν, ἢ διʼ ὀλίγων ἀνακάμπτειν φάναι, οὐδὲν διαφέρει· διʼ ὀλίγων δʼ, ἢ δυοῖν)


20
a Sub. demonſtratiuam, quæ vocatur propriè ſcientia.
b Id eſt, cognitionem quãdam priorem ſcientiã
21
demonſtratiuã: nam ſcientia demonſtratiua acquiritur ex præcognitis, vt cap. 1. expoſitũ fuit.
c Quædam enũciationes cognoſcuntur per demonſtrationem, id eſt, concluſiones: quædam ſine demõſtratione, id eſt principia, quorum cognitio eſt principiũ ſcientiæ demonſtratiuæ. Ita Ariſtoteles ſen-
22
tit. ſed quia dixit quoſdam nõ admiſiſſe hoc principium ſcientiæ: Idcirco, vt oſtendat eſſe huiuſce modi principiũ
23
ſcientiæ: vtitur exemplo ſimplicium terminorum: quod enim demonſtratur, non eſt ſimplex terminus, vt nomen aut verbũ, ſed oratio, id eſt concluſio: ergo perſpicuum eſt,
24
cognitionẽ ſimpliciũ terminorum nõ eſſe per demõſtrationẽ: proinde eſſe cognitionem quãdam non demõſtratiuam, ſed principium cognitionis demõſtratiuæ.
d Id eſt ex notioribus nobis.
e Alterum ex priorib. & notiorib. ſecundum naturam, alterum ex prioribus & notiorib. ſecundum nos. f Ἐπανόρθωσις g Hæc eſt demonſtratio τοῦ ὅτι. vide cap. 13. h Atqui nec omnia demonſtrantur, nec facile eſt demonſtrare. ergo repudianda eſt circularis demonſtratio. i Eadem igitur ratio eſt duorum, vel plurium terminorum.

ὅταν γὰρ

ὅταν γὰρ τοῦ α ὄντος, ἐξ ἀνάγκης ᾖ τὸ β· τούτου δὲ, τὸ γ· τοῦ α ὄντος, ἔσται τὸ γ.

quotieſcumque enim, cùm eſt τὸ α, neceſſariò eſt τὸ β; & cùm eſt hoc, [a] *neceſſariò eſt* τὸ ϛ: cùm ſit τὸ α, erit τὸ γ.


a τις.



γ ϛ
Si eſt corpus, eſt mobile:
ϛ α
Si eſt mobile, eſt in loco: Ergo
γ α
Si eſt corpus, eſt in loco.

Εἰ δὴ τοῦ α ὄντος, ἀνάγκη τὸ β εἶναι. τούτου δ' ὄντος, τὸ α· (τοῦτο γὰρ ἦν τὸ κύκλῳ) κείσθω τὸ α, ἐφ' οὗ τὸ γ· τὸ οὖν, τοῦ β ὄντος, τὸ α εἶναι λέγειν, ἐστὶ τὸ γ εἶναι λέγειν. τοῦτο δ' ὅτι τοῦ α ὄντος, τὸ γ ἐστὶ· τὸ δὲ γ, τῷ α τὸ αὐτό. ὥστε συμβαίνει λέγειν τοὺς κύκλῳ φάσκοντας εἶναι τὴν ἀπόδειξιν, οὐδὲν ἕτερον, πλὴν ὅτι τοῦ α ὄντος, τὸ α ἐστίν. οὕτω δὲ πάντα δεῖξαι ῥᾴδιον.

Si igitur cùm τὸ α eſt, neceſſe eſt τὸ β eſſe; cùm autem hoc ſit, τὸ α *eſſe*: (hoc enim erat, circulo *demonſtrare*)* ponatur τὸ α, vbi *erat* τὸ ϛ. illa igitur oratio, cùm ſit τὸ ϛ, eſſe τὸ α, perinde valet, ac ſi dicatur eſſe τὸ γ. hæc autem *probat*, cùm τὸ α ſit, τὸ γ eſſe: τὸ ϛ autē *eſt* idē quod τὸ α. Quare accidit, vt qui circulo aiunt eſſe demonſtrationem, nihil aliud dicant, quàm, ſi τὸ α eſt, τὸ α eſſe. ſic autē omnia demōſtrari facilè poſſūt. 25



α ϛ
Si eſt corpus, eſt mobile:
ϛ α
Si eſt mobile, eſt corpus.
Ergo
α α
Si eſt corpus, eſt corpus.

7 Οὐ μὴν ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο δυνατὸν, πλὴν ἐπὶ τούτων ὅσα ἀλλήλοις ἕπεται, ὥσπερ τὰ ἴδια. ἑνὸς μὲν οὖν κειμένου, δέδεικται ὅτι οὐδέποτ' ἀνάγκη τι εἶναι ἕτερον. λέγω δ' ἑνὸς, ὅτι οὔτε ὅρου ἑνὸς, οὔτε θέσεως μιᾶς τεθείσης· ἐκ δύο δὲ θέσεων πρώτων καὶ ἐλαχίστων ἐνδέχεται, εἴπερ καὶ συλλογίσασθαι. ἐὰν μὲν οὖν τὸ α τῷ β καὶ τῷ γ ἕπηται, καὶ ταῦτ' ἀλλήλοις, καὶ τῷ α· οὕτω μὲν ἐνδέχεται ἐξ ἀλλήλων δεικνύναι πάντα τὰ αἰτηθέντα ἐν πρώτῳ σχήματι,

3 Ἀλλὰ δῆλον ὅτι καὶ εἰ ἦν αἰσθάνεσθαι, ὅτι τὸ τρίγωνον δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας ἔχει τὰς γωνίας· ἐζητοῦμεν ἂν ἀπόδειξιν, καὶ οὐχ (ὥσπερ φασί τινες) ἠπιστάμεθα. αἰσθάνεσθαι μὲν γὰρ ἀνάγκη καθέκαστον· ἡ δ' ἐπιστήμη, τῷ τὸ καθόλου γνωρίζειν, ἐστί.

4 Διὸ καὶ εἰ ἐπὶ τῆς σελήνης ὄντες ἑωρῶμεν ἀντιφράττουσαν τὴν γῆν, οὐκ ἂν ᾔδειμεν τὴν αἰτίαν τῆς ἐκλείψεως. ᾐσθανόμεθα γὰρ ὅτι νῦν ἐκλείπει, καὶ οὐ διότι ὅλως· οὐ γὰρ ἦν τοῦ καθόλου ἡ αἴσθησις. 5 Οὐ μὴν ἀλλὰ ἐκ τοῦ θεωρεῖν πολλάκις τοῦτο συμβαῖνον, τὸ καθόλου ἂν θηρεύσαντες, ἀπόδειξιν εἴχομεν. ἐκ γὰρ τῶν καθέκαστα πλειόνων, τὸ καθόλου, δῆλον. 6 Τὸ δὲ καθόλου, τίμιον, ὅτι δηλοῖ τὸ αἴτιον. ὥστε περὶ τῶν τοιούτων ἡ καθόλου, τιμιωτέρα τῶν αἰσθήσεων, καὶ τῆς νοήσεως, ὅσων ἕτερον τὸ αἴτιον. περὶ δὲ τῶν πρώτων ἄλλος λόγος. 7 Φανερὸν οὖν ὅτι ἀδύνατον, τῷ αἰσθάνεσθαι, ἐπίστασθαί τι τῶν ἀποδεικτῶν· εἰ μή τις τὸ αἰσθάνεσθαι, τοῦτο λέγει, τὸ ἐπιστήμην ἔχειν δι' ἀποδείξεως. 8 Ἔστι μέντοι ἔνια ἀναγόμενα εἰς αἰ-

182

NEc per ſenſum fit vt ſciamus [a]. nam etſi ſenſus [b] eſt *rei talis* [c], ac non huius alicuius: tamen neceſſe *eſt* ſentire hoc aliquid [d], & alicubi, & nunc. quod autem *eſt* vniuerſale & in omnibus, ſentiri nequit: quia non *eſt* hoc aliquid [e], neque nunc: alioqui nō eſſet vniuerſale: quod enim *eſt* ſemper & vbique, *id* dicimus eſſe vniuerſale. 2 Quoniā igitur demonſtrationes *ſunt* vniuerſales, vniuerſalia verò non licet ſentire: perſpicuū *eſt*, nō fieri per ſenſum vt ſciamus. 3 Immò planum *eſt*, etiamſi ſenſu percipi poſſet triangulum duobus rectis æquales angulos habere, nos eſſe requiſituros demonſtrationem: nec *enim* (vt quidā inquiunt) ſciremus. neceſſe *eſt* enim ſentire particulare: ſciētia verò eſt, quia vniuerſale cognoſcitur. 4 Idcirco ſi ſupra Lunam eſſemus, & videremus oppoſitam *eſſe* terram, nondum [f] cognoſceremus, cauſam defectionis. ſentiremus enim *Lunā* nūc deficere, nō quamobrem omnino *deficiat*: quia ſenſus nō eſt rei vniuerſalis. 5 Verumtamē ex eo quòd videremus ſæpe hoc accidere, vniuerſali inueſtigato demonſtrationē haberemus. ex pluribus enim particularibus vniuerſale manifeſtum fit. 6 Vniuerſale autē eſt magni faciendum, quia patefacit cauſam. Quocirca eiuſmodi rerū, quarū alia eſt cauſa, vniuerſalis *cognitio* eſt præſtantior ſenſuum perceptionibus, & intelligentiâ. primorū autem *principiorum* alia *eſt* ratio [g]. 7 Perſpicuum igitur *eſt*, fieri nō poſſe vt ſentiēdo ſciatur aliquid demonſtrabile: niſi quis ſentire, hoc appellet, ſcientiam habere per demonſtrationem. 8 Sunt verò nonnulla, quæ ob ſen-

183

a Id eſt, cognitio ſenſitiua non eſt ſcientia.
b Id eſt, potentia ſenſitiua.
c Id eſt, vniuerſalis. nam viſûs obiectum eſt color, non hic color: auditûs obiectum eſt ſonus non hic ſonus. ideóque videmus vel audimus non tantùm hūc aut illum colorē vel ſonum, ſed etiam quemlibet alium.
d Id eſt, ſenſus agit circa rē particularem: vt oculus actu videt hunc vel illū colorē, non colorē in genere.
e Vide lib. Categor. cap 5. part. 16.
f Id eſt, non ſtatim, non antequàm ſæpe vidimus terram opponi & efficere eclipſim. at eā ſæpiùs viſâ, perciperemus ſtatim cauſam eclipſeos, nec eā ampliùs quæreremus, vt Ariſtot. docebit part. 7. & lib. ſeq. cap. 2.
g Quia non cognoſcuntur per cauſam.

a Id eſt, propter imbecillitatem ſenſus noſtri, qui non poteſt percipere quo modo res fiat.

ſus defectum [a] referuntur inter problemata. quædam enim ſi videremus, non quæreremus, non quaſi ſcientes *eo ipſo*, quòd videremus, ſed tanquàm habentes vniuerſale ex eo quòd oculis cerneremus. Veluti ſi viderem' vitrum perforatum, & lumē pertranſiens [b]: manifeſtum eſſet etiam cur illuminet: quia videremus quidem ſeorſum in ſingulis *vitris*, ſimul autem intelligeremus *rem* ita *ſe habere* in omnibus.

b Hoc exemplū accipe ſecundū eorum ſententiā qui putabant lumen eſſe corpus & quærentibus quomodo per vitrum trāſmitteretur, cùm non detur penetratio corporū, reſpondebant eſſe in vitro parua foramina & meatus, per quos lumē trāſit.

θήσεως ἔκλειψιν ἐν τοῖς προβλήμασιν. ἔνια γὰρ εἰ ἑωρῶμεν, οὐκ ἂν ἐζητοῦμεν, οὐχ ὡς εἰδότες τῷ ὁρᾶν, ἀλλ' ὡς ἔχοντες τὸ καθόλου ἐκ τοῦ ὁρᾶν· οἷον, εἰ τὴν ὕαλον τετρυπημένην ἑωρῶμεν, καὶ τὸ φῶς διιόν· δῆλον ἂν ἦν καὶ διὰ τί φωτίζει, διὰ τὸ ὁρᾶν μὲν χωρὶς ἐφ' ἑκάστης, νοῆσαι δ' ἅμα ὅτι ἐπὶ πασῶν οὕτως.

De principiorum diuerſitate. Cap. XXXII.


1 ¶ Quòd non ſint eadem omnium principia. Ratio prima, quia alia ſunt vera, alia falſa 2 Secunda, quia principia falſa inter ſe differunt. 3 Tertia, quia principia vera inter ſe differunt. 4 Quarta, quia non demonſtratur ex ſolis principiis communibus, ſed eis adiunguntur propria. 5 Quinta, quia principia non ſunt multo pauciora concluſionibus. 6 Sexta, quia concluſiones ſunt infinitæ, termini verò finiti. 7 Septima, quia alia ſunt principia neceſſaria, alia contingentia. 8 Epilogus. 9 ¶ Refutatio quorundam modorum, quibus dicere aliquis poſſet eadem eſſe principia. Si dicantur eadem eſſe, quia ſingula à ſe ipſis non differunt. 10 Si ex omnibus principiis ſimul iunctis dicatur quoduis demonſtrari. 11 Si dicantur eadem eſſe propoſitiones primæ & immediatæ. 12 Si dicantur principia eſſe eadem genere, ac differre ſpecie.

CAP. XXV. 184

c Non ex principiis & natura demonſtrationis.

Fieri autem nequit, vt eadem principia ſint omnium ſyllogiſmorum. *ac* primùm logicè [c] conſiderantibus *hoc verum eſſe patebit*. ſyllogiſmorum enim alij ſunt veri, alij falſi. nam etſi licet verum ex falſis concludere, tamen hoc ſemel fit, veluti ſi τὸ α de ſ verum *eſt*, medium autem τὸ ϐ *eſt* falſum: neque enim τὸ α τῷ β ineſt, neque τὸ β τῷ γ.

Τὰς δ' αὐτὰς ἀρχὰς ἁπάντων εἶναι τῶν συλλογισμῶν, ἀδύνατον· πρῶτον μὲν λογικῶς θεωροῦσιν. οἱ μὲν γὰρ ἀληθεῖς εἰσι τῶν συλλογισμῶν· οἱ δὲ, ψευδεῖς. κἂν γὰρ ἔστιν ἀληθὲς ἐκ ψευδῶν συλλογίσασθαι, ἀλλ' ἅπαξ τοῦτο γίνεται. οἷον, εἰ τὸ α κατὰ τοῦ γ, ἀληθές· τὸ δὲ μέσον τὸ β, ψεῦδος· οὔτε γὰρ τὸ α τῷ ϐ ὑπάρχει, οὔτε τὸ β τῷ γ.



F *Bar* Omnis lapis eſt aptus ad ridendum: (ϐ, α)
F *ba* Omnis homo eſt lapis: (γ, ϐ)
Ergo
ra. Omnis homo eſt aptus ad ridendum. (γ, α)

d Id eſt, ſi hæ propoſitiones probentur per proſyllogiſmos.

Sed ſi harum propoſitionum media accipiantur [d], falſæ erunt *propoſitiones proſyllogiſmorū*: quia

Ἀλλ' ἐὰν τούτων μέσα λαμβάνηται τῶν προτάσεων, ψευδεῖς ἔσονται, διὰ

τὸ πᾶν

τὸ πᾶν συμπέρασμα ψεῦδος, ἐκ ψευδῶν εἶναι· τὰ δ' ἀληθῆ, ἐξ ἀληθῶν. ἕτερα δὲ τὰ ψευδῆ καὶ τἀληθῆ.

2 Εἶτα, οὐδὲ τὰ ψευδῆ, ἐκ τῶν αὐτῶν ἑαυτοῖς. ἔστι γὰρ ψευδῆ ἀλλήλοις, καὶ ἐναντία, καὶ ἀδύνατα ἅμα εἶναι· οἷον, τὸ τὴν δικαιοσύνην εἶναι ἀδικίαν, ἢ δειλίαν· καὶ τὸν ἄνθρωπον, ἵππον, ἢ βοῦν· καὶ τὸ ἴσον, ἢ μεῖζον, ἢ ἔλαττον.

3 Ἐκ δὲ τῶν κειμένων, ὧδε. οὐδὲ γὰρ τῶν ἀληθῶν αἱ αὐταὶ ἀρχαὶ πάντων. ἕτεραι γὰρ πολλῶν τῷ γένει αἱ ἀρχαί, καὶ οὐδ' ἐφαρμόττουσαι· οἷον, αἱ μονάδες ταῖς στιγμαῖς οὐκ ἐφαρμόττουσιν. αἱ μὲν γὰρ, οὐκ ἔχουσι θέσιν· αἱ δὲ, ἔχουσιν. ἀνάγκη δέ γε ἢ εἰς μέσα ἐφαρμόττειν, ἢ ἄνωθεν, ἢ κάτωθεν, ἢ τοὺς μὲν εἴσω ἔχειν, τοὺς δ' ἔξω τῶν ὅρων.

4 Ἀλλ' οὐδὲ τῶν κοινῶν ἀρχῶν οἷόν τ' εἶναί τινας, ἐξ ὧν ἅπαντα δειχθήσεται. (λέγω δὲ κοινάς, οἷον τὸ πᾶν φάναι ἢ ἀποφάναι) τὰ γὰρ γένη τῶν ὄντων, ἕτερα· καὶ τὰ μέν, τοῖς ποσοῖς, τὰ δέ, τοῖς ποιοῖς ὑπάρχει μόνοις· μεθ' ὧν δείκνυται διὰ τῶν κοινῶν.

5 Ἔτι, αἱ ἀρχαί, οὐ πολλῷ ἐλάττους τῶν συμπερασμάτων. ἀρχαὶ μὲν γὰρ αἱ προτάσεις· αἱ δὲ προτάσεις, ἢ προσλαμβανομένου ὅρου, ἢ ἐμβαλλομένου, εἰσίν.

6 Ἔτι, τὰ συμπεράσματα, ἄπειρα· οἱ δὲ ὅροι, πεπερασμένοι.

7 Ἔτι, αἱ ἀρχαί, αἱ μέν, ἐξ ἀνάγκης· αἱ δέ, ἐνδεχόμεναι.

8 Οὕτω μὲν οὖν σκοπουμένοις, ἀδύνατον τὰς αὐτὰς ἀρχὰς εἶναι πεπερασμένας, ἀπείρων ὄντων τῶν συμπερασμάτων.

omnis concluſio falſa ex falſis *principiis* efficitur : veræ autem ex veris. differũt autẽ falſa & vera. 2 Deinde nec falſæ *concluſiones* ex eiſdem *principiis colliguntur*. etenim ſibi inuicem falſò *attribuuntur* & contraria , & quæ non poſſunt ſimul eſſe : veluti iuſtitiam eſſe iniuſtitiam , aut ignauiam : & hominem *eſſe* equũ aut bouem: & æquale *eſſe* maius, vel minus. 3 Ex iis autem quæ poſita ſunt [a], ita *probari poteſt* [b]: quia nec omnium verarum *concluſionum* eadem *ſunt* principia. multarum enim principia genere differunt, nec aptari *quibuſuis* poſſunt. vtputa vnitates punctis non aptantur: quoniam illæ non habent ſitum, hæc verò habẽt.* neceſſe *eſt* autem [c] vel ad media *loca* aptare [d] *terminos*: vel ſuprà [e]: vel infrà [f]: vel alios terminos intra, alios extra *extrema* [g]. 4 Sed nec principiorum communium quædam eſſe poſſunt, ex quibus omnia oſtendantur. (Dico autem communia, vt illud, Quoduis affirmare aut negare *licet*) genera enim entium *ſunt* diuerſa : & alia quantis , alia qualibus ſolis inſunt , quibuſcum demonſtratur ex *principiis* communibus. 5 Præterea principia non multo pauciora *ſunt* quàm concluſiones [h]. principia namque *ſunt ipſæ* propoſitiones : propoſitiones autem vel aſſumpto vel interiecto termino fiunt. 6 Præterea concluſiones ſunt infinitæ : termini verò, finiti [i]. 7 Præterea principiorum alia ſunt ex neceſſitate, alia contingentia. 8 Sic igitur conſiderantibus *apparebit* fieri non poſſe vt eadem ſint principia finita, cùm infinitæ ſint concluſiones.

185

a Id eſt, ἀναλυτικῶς, ex principiis huius artis.
b Non eſſe omnium eadem principia.
c Sub. ſi principia transferantur & accõmodẽtur alij ſcientiæ.

186

d Id eſt, ita trãſferre principia, vt demõſtrationes fiant in prima figura, in qua medius terminus obtinet medium locum.
e Ita vt demonſtrationes fiant in ſecunda figu-

187

ra, in qua medius terminus obtinet primũ locũ, & collocatur ſupra ambo extre-

188

ma.
f Ita vt demonſtrationes fiant in tertia figura, in qua medius terminus obtinet vltimũ locũ, & collocatur ſub vtroq. extremo.
g Id eſt, alias demõſtrationes

189

fieri in prima figura, alias in ſecunda vel tertia figura.
h Cùm igitur cõcluſiones ſint infinitæ, nõ poſſunt principia ita pauca eſſe, vt omniũ eadẽ ſint.
i Ergo neceſſe eſt eos multis modis connecti, vt efficiantur diuerſæ propoſitiones, id eſt, diuerſa principia probantia diuerſas concluſiones.

9 Quòd ſi alio quodam modo dicat aliquis *eadem eſſe principia*, veluti quia hæc ſunt geometriæ, illa numerorum, alia medicinæ: hoc quid aliud eſt, quàm eſſe principia ſcientiarum [a]? Ridiculum autem *eſt*, ſi quis dicat eadem eſſe, quia ipſa à ſe ipſis non diſcrepant. ſic enim omnia fient eadem [b]. 10 At verò neque hoc, ex omnibus demonſtrari quoduis, eſt quærere omnium eſſe eadem principia [c]. *hoc* enim eſt valde ineptum. neque enim in manifeſtis diſciplinis [d] hoc fit, nec in reſolutione fieri poteſt [e]: quoniam immediatæ propoſitiones *ſunt* principia, alia verò concluſio fit aſſumptâ propoſitione immediatâ [f]. 11 Si quis autem dicat primas immediatas propoſitiones eſſe principia eadem: vna in quoque genere eſt [g]. 12 Quòd ſi nec *fieri poteſt* vt ex omnibus ſicut oportet demonſtretur quoduis, nec *vt principia ſint* ita diuerſa, vt ſingularũ ſciẽtiarum ſint diuerſa: relinquitur vt eiuſdem generis ſint omnium principia [h], ſed ex his hæc, ex illis illa *demonſtrentur*. * Sed & hoc accidere nõ poſſe conſtat: quippe oſtenſum eſt [i] diuerſa genere principia eſſe eorum quæ genere differunt. nam principia duplicia *ſunt*, id eſt, ex quib⁹, & circa quod. *principia* igitur ex quibus, *ſunt* communia [k]. *principia* verò circa quæ *ſunt* propria, vt numerus [l], magnitudo [m].

9 Εἰ δ' ἄλλως πως λέγοι τις· οἷον, ὅτι αἱδὶ μὲν, γεωμετρίας· αἱδὶ δὲ, ἀριθμητικῆς· αἱδὶ δὲ, ἰατρικῆς· τί ἂν εἴη τὸ λεγόμενον ἄλλο, πλὴν ὅτι εἰσὶν ἀρχαὶ τῶν ἐπιστημῶν; τὸ δὲ, τὰς αὐτὰς φάναι, γελοῖον, ὅτι αὐταὶ αὑταῖς αἱ αὐταί· πάντα γὰρ οὕτω γίνεται ταὐτά. 10 Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τὸ ἐξ ἁπάντων δείκνυσθαι ὁτιοῦν, τοῦτό ἐστι τὸ ζητεῖν ἁπάντων εἶναι τὰς αὐτὰς ἀρχάς. λίαν γὰρ εὔηθες. οὔτε γὰρ ἐν τοῖς φανεροῖς μαθήμασι τοῦτο γίνεται, οὔτε ἐν τῇ ἀναλύσει δυνατόν· αἱ γὰρ ἄμεσοι προτάσεις, ἀρχαί· ἑτέρου δὲ συμπέρασμα, προσληφθείσης γίνεται προτάσεως ἀμέσου. 11 Εἰ δὲ λέγοι τις τὰς πρώτας ἀμέσους προτάσεις, τὰς αὐτὰς εἶναι ἀρχάς. μία ἐν ἑκάστῳ γένει ἐστίν. 12 Εἰ δὲ μήτε ἐξ ἁπασῶν ὡς δέον δείκνυσθαι ὁτιοῦν, μήτε οὕτως ἑτέρας, ὥστ' ἑκάστης ἐπιστήμης εἶναι ἑτέρας· λείπεται, ὅτι συγγενεῖς αἱ ἀρχαὶ πάντων· ἀλλ' ἐκ τωνδὶ μὲν, ταδί· ἐκ δὲ τωνδὶ, ταδί. φανερὸν δὲ καὶ τοῦτο ὅτι οὐκ ἐνδέχεται· δέδεικται γὰρ, ὅτι ἄλλαι ἀρχαὶ τῷ γένει εἰσὶν, αἱ τῶν διαφόρων τῷ γένει. αἱ γὰρ ἀρχαὶ διτταί, ἐξ ὧν τε, καὶ περὶ ὅ. αἱ μὲν οὖν ἐξ ὧν, κοιναί. αἱ δὲ περὶ ὅ, ἴδιαι, οἷον ἀριθμός, μέγεθος.

190
a Id eſt, eſſe diuerſa principia, & ſingularum ſcientiarum propria.
b Nulla enim res à ſe ipſa differt.
c Id eſt, ſi quis dicat ex omnibus principiis ſimul iunctis de-
191
mõſtrari quamlibet concluſionem non dicit id quod quærimus. quærimus enim, an eædem ſint ea principia, quibus vtuntur qui demonſtrãt: nemo autem accipit omnia principia, vt demonſtret a-
192
liquam concluſionem.
d In mathematicis, quas vere res diſcebant in puerili ætate, antequàm logicam diſcerent.
e Id eſt, ſi quis reſoluat diuerſas ſcientias in ſua principia, nõ poterit in eadem principia reſoluere, ſed in diuerſa.
193
f Quia igitur accipit multa principia, id eſt multas propoſitiones immediatas, non accipit principia vnius concluſionis, ſed multarũ.
g Id eſt, is ſciat ſententiam ſuam falſam eſſe, quia talis propoſitio eſt vna, nempe definitio ſubiecti.
h Id eſt, vt principia ſint genere eadẽ, ſpecie differant.
i Cap. 7.
k Vt axiomata, quæ ſunt communia ſecundum analogiam, vt Ariſtoteles docuit cap. 10. part. 3.
l Circa quem verſatur arithmetica.
m Circa quam verſatur geometria.

Diſtinctio ſcientiæ & opinionis.

Cap. xxx.

1 Diſtinctio prima à rebus ſubiectis, quia ſcilicet opinio eſt eorum quæ poſſunt aliter & aliter ſe habere: quod confirmatur, quia harum rerum nec ſcientia eſt, nec intelligentia: 2 item quia opinio eſt inconſtans: 3 denique à communi hominum opinione. 4 Obiectio. 5 Solu-

tio vna, 6 atque altera. 7 Diſtinctio ſecunda: quia non poſſunt eſſe in eodem homine. 8 Excuſatio.

Τὸ δὲ ἐπιστητὸν καὶ ἐπιστήμη διαφέρει τοῦ δοξαστοῦ καὶ δόξης, ὅτι ἡ μὲν ἐπιστήμη, καθόλου, καὶ δι' ἀναγκαίων· τὸ δὲ ἀναγκαῖον οὐκ ἐνδέχεται ἄλλως ἔχειν. ἔστι δέ τινα ἀληθῆ μὲν καὶ ὄντα, ἐνδεχόμενα δὲ καὶ ἄλλως ἔχειν. δῆλον οὖν ὅτι περὶ μὲν ταῦτα ἐπιστήμη οὐκ ἔστιν, (εἴη γὰρ ἂν ἀδύνατα ἄλλως ἔχειν, τὰ δυνατὰ ἄλλως ἔχειν) ἀλλὰ μὴν οὐδὲ νοῦς, (λέγω γὰρ νοῦν, ἀρχὴν ἐπιστήμης) οὐδ' ἐπιστήμη ἀναπόδεικτος· (τοῦτο δ' ἐστὶν ὑπόληψις τῆς ἀμέσου προτάσεως) ἀληθὴς δ' ἐστὶ νοῦς, καὶ ἐπιστήμη, καὶ δόξα, καὶ τὸ διὰ τούτων λεγόμενον· ὥστε λείπεται, δόξαν εἶναι περὶ τὸ ἀληθὲς μὲν ἢ τὸ ψεῦδος, ἐνδεχόμενον δὲ καὶ ἄλλως ἔχειν. τοῦτο δ' ἐστὶν ὑπόληψις τῆς ἀμέσου προτάσεως, καὶ μὴ ἀναγκαίας.

2 Καὶ ὁμολογούμενον δ' οὕτω τοῖς φαινομένοις. ἥ τε γὰρ δόξα, ἀβέβαιον· καὶ ἡ φύσις ἡ τοιαύτη. 3 Πρὸς δὲ τούτοις, οὐδεὶς οἴεται δοξάζειν, ὅταν οἴηται ἀδύνατον ἄλλως ἔχειν, ἀλλ' ἐπίστασθαι. ἀλλ' ὅταν εἶναι μὲν οὕτως, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἄλλως οὐδὲν κωλύει τότε δοξάζειν. ὡς τοῦ μὲν τοιούτου δόξαν οὖσαν, τοῦ δ' ἀναγκαίου, ἐπιστήμην.

4 Πῶς οὖν οὐκ ἔστι τὸ αὐτὸ δοξάσαι καὶ ἐπίστασθαι. Καὶ διὰ τί οὐκ ἔστιν ἡ δόξα ἐπιστήμη, εἴ τις θήσει ἅπαν ὃ οἶδεν ἐνδέχεσθαι δοξάζειν; ἀκολουθήσει γὰρ, ὁ μὲν, εἰδὼς, ὁ δὲ, δοξάζων, διὰ τῶν μέσων, ἕως εἰς τὰ ἄμεσα ἔλθῃ. ὥστ' εἴπερ ἐκεῖνος οἶδε, καὶ ὁ δοξάζων οἶδεν.

CAP. XXVI.

ID verò quod ſub ſciētiam cadit & ſcientia differunt ab opinabili & opinione: quia ſcientia *eſt* vniuerſalis [a] & ex neceſſariis: neceſſarium autem non poteſt aliter *ſe* habere. quædam autē ſunt vera, & ſunt, ſed poſſunt etiam aliter *ſe* habere. conſtat igitur, circa hæc non eſſe ſcientiam, (alioquin non poſſent aliter *ſe* habere, quæ poſſunt aliter *ſe* habere)* ſed neque intelligētiam, (voco enim intelligētiam, principium ſcientiæ[b]) nec ſcientiam indemōſtrabilem:) hæc autem eſt exiſtimatio propoſitionis immediatę) atqui vera eſt intelligētia, & ſcientia, & opinio[c], & quod per hæc dicitur[d]: quamobrem reſtat, vt opinio ſit circa id quod eſt quidem verum, aut falſum, ſed etiam poteſt aliter *ſe* habere. hoc [e] autem eſt exiſtimatio immediatæ propoſitionis & non neceſſarię. 2 Atque hoc *eſt* conſentaneum iis quæ apparent [f]. nam opinio *eſt res* inconſtans, & natura eius *eſt* eiuſmodi. 3 Prætereа nemo putat *ſe* opinari, ſed ſcire, cùm putat *rem* non poſſe aliter *ſe* habere. cùm autem *putat rem* ita eſſe, verùm aliter quoque *eſſe poſſe*: tunc nihil prohibet quo minùs opinetur. quaſi talis [g] *res* ſit opinio, neceſſariæ verò ſcientia.

4 Quomodo igitur non licet idem opinari & ſcire? Et cur opinio non eſt ſcientia, ſi quis poſuerit, quodcumque nouit, de eo opinionem haberi poſſe? perſequetur enim media, & qui ſcit, & qui opinatur, donec ad immediata peruenerit. quare ſi ille nouit: etiam qui opinatur, nouit.

194

a Vniuerſale intellige, quod dicitur de omni & ſemper.

195

b Cognitionem axiomatum.

c Omittit prudentiam, & artē: quia illa pertinet ad actionē, hæc ad effectionem: nūc autem loquitur de his quæ in contemplatione ſpectātur. Omittit etiā ſapientiam: quia ſapientia nihil aliud eſt, quàm cognitio compo-

196

ſita ex intelligētia & ſcientia, vt explicatur lib. 6. E hic. Nicomac. cap 7.

d Id eſt, intelligibile, ſcibile, opinabile.

e Id eſt, opinio nō ſolum eſt exiſtim tio propoſitionis immediatæ, ſed etiam concluſionis.

f Vt rationes aſtrologicæ debēt

197

eſſe cõſentaneę τοῖς φαινομένοις, ita etiam quę hic traduntur de opinione & opinabili.

g Quæ poteſt aliter ſe habere.

vt enim licet opinari quòd *ſit*, *ita* etiam cur *ſit*. hoc autē *eſt* me-
198 diū. 5 An ſi ita exiſtimabit quæ nō poſſunt aliter *ſe* habere, vt *exiſtimet ſe* habere definitiones per quas demonſtrationes *conficiuntur*: non opinabitur, ſed ſciet? Si verò *exiſtimabit* vera quidem eſſe, non tamen hæc ipſis ineſſe ſecundum eſſentiam & ſecundū formā: verè opinabitur, non autem ſciet, & quòd *ſit*, & cur *ſit*, ſi per immediata opinat⁹ fuerit? ſi verò non per immediata, opinabitur ſolùm quòd *ſit*? 6 Eiuſdē autem *rei* opinio & ſcientia non omnino ſunt. ſed quemadmodū & falſa & vera opinio *ſunt* aliquo modo eiuſdem *rei*, ita etiam ſcientia & opinio *ſunt* eiuſdem *rei*. *Si quis* enim *dicat* & opinionem veram & falſam, vt ſcilicèt nonnulli [a] aſſerunt, eiuſdem *rei* eſſe: accidit vt abſurda probet cùm alia, tum hoc, non opinari *quempiam id* quod opinatur falsò[b]. *Quia verò idē dicitur multis modis: alio modo [c] poſſunt[d] *eſſe eiuſdem rei*, alio modo [e] non *poſſunt*. verè enim opinari dimetienti eſſe communem menſuram *cum latere*, abſurdum *eſt*. ſed quia dimetiēs, circa quam opiniones *verſantur*, *eſt vna & eadem* res: ita *opiniones ſunt* eiuſdem rei. vtriuſque[f] verò eſſentia *quæ* in definitione *ponitur*, non *eſt* eadem. Similiter autem & ſcientia & opinio *ſunt* eiuſdē rei. altera[g] nāque ita *eſt* de animali, vt nō poſſit non eſſe animal: altera[h] verò, vt poſſit. veluti ſi altera ſit de eo quod eſt id ipſum quod homo: altera verò *ſit* quidem de homine, non tamen de eo quod eſt id ipſum quod homo[i]. eadem enim res, homo ſcilicet, non eodem modo accipitur[k]. 7 Ex his autem perſpicuum *eſt* fieri nō poſſe vt eandem rē ſimul opinetur *quiſpiā* & ſciat. a-

a Illi dicebāt verū & falſum eſſe tātùm in opinione, & eandē rem eſſe amarā ei cui videtur amara, & dulcem ei cui videtur dulcis. ſecundū hanc ſententiam nulla eſt
199
opinio falſa. vide 3. Metaphyſ. c. 5.
b Nam ſi (vt illi dicebant) omnis opinio eſt vera: opinio falſa, non eſt opinio: quia ſi eſſet opinio, non eſſet falſa, ſed vera.
c Id eſt, quatenꝰ ambæ opiniones, tam vera quàm falſa, ſunt de eadem re ſubiecta.
d Sup. opinio
202
vera & opinio falſa.
e Vt ſint eiuſdē rei de eadem re, id eſt, vt eodem modo verſentur circa eādē rem.
f Id eſt, illa res cōſideratur duobus modis, ita vt duæ ſint eſſentiæ & quiditates. aliud enim eſt, diametrum eſſe comparabilē lateri, aliud eſt, nō eſſe comparabilem. alio igitur modo accipitur diameter in opinione vera, alio in opinione falſa.
g Id eſt, ſcientia.
h Id eſt opinio.
i Sed cui accidit vt ſit homo.
k In opinione &
201

ὥσπερ γὰρ καὶ τὸ ὅτι δοξάζειν ἔστι, καὶ τὸ διότι. τοῦτο δὲ, τὸ μέσον. 5 Ἢ εἰ μὲν οὕτως ὑπολήψεται τὰ μὴ ἐνδεχόμενα ἄλλως ἔχειν, ὥσπερ ἔχει τοὺς ὁρισμοὺς, δι' ὧν αἱ ἀποδείξεις· οὐ δοξάσει, ἀλλ' ἐπιστήσεται; εἰ δ' ἀληθῆ μὲν εἶναι, οὐ μέντοι ταῦτά γε αὐτοῖς ὑπάρχειν κατ' οὐσίαν καὶ κατὰ τὸ εἶδος, δοξάσει, καὶ οὐκ ἐπιστήσεται ἀληθῶς, καὶ τὸ ὅτι, καὶ τὸ διότι, ἐὰν μὲν διὰ τῶν ἀμέσων δοξάσῃ· ἐὰν δὲ μὴ διὰ τῶν ἀμέσων, τὸ ὅτι μόνον δοξάσει;

6 Τοῦ δ' αὐτοῦ δόξα καὶ ἐπιστήμη οὐ πάντως ἐστίν. ἀλλ' ὥσπερ καὶ ψευδὴς καὶ ἀληθὴς τοῦ αὐτοῦ τρόπον τινὰ, οὕτω καὶ ἐπιστήμη καὶ δόξα τοῦ αὐτοῦ. καὶ γὰρ δόξαν ἀληθῆ καὶ ψευδῆ, ὡς μέν τινες λέγουσι, τοῦ αὐτοῦ εἶναι, ἄτοπα συμβαίνει αἱρεῖσθαι, ἄλλα τε καὶ μὴ δοξάζειν ὃ δοξάζει ψευδῶς. ἐπεὶ δὲ τὸ αὐτὸ πλεοναχῶς λέγεται, ἔστι μὲν ὡς ἐνδέχεται, ἔστι δ' ὡς οὔ. τὸ μὲν γὰρ σύμμετρον εἶναι τὴν διάμετρον, ἀληθῶς δοξάζειν, ἄτοπον. ἀλλ' ὅτι ἡ διάμετρος. περὶ ἣν αἱ δόξαι, τὸ αὐτό· οὕτω τοῦ αὐτοῦ. τὸ δὲ τί ἦν εἶναι ἑκατέρῳ κατὰ τὸν λόγον, οὐ τὸ αὐτό. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπιστήμη καὶ δόξα τοῦ αὐτοῦ. ἡ μὲν γὰρ, οὕτως τοῦ ζώου, ὥστε μὴ ἐνδέχεσθαι μὴ εἶναι ζῷον· ἡ δ' ὥστ' ἐνδέχεσθαι. οἷον, εἰ ἡ μὲν ὅπερ ἀνθρώπου ἐστίν· ἡ δὲ, ἀνθρώπου μὲν, μὴ ὅπερ δ' ἀνθρώπου. τὸ αὐτὸ γὰρ ὅτι ἄνθρωπος, τὸ δ' ὡς, οὐ τὸ αὐτό. 7 Φανερὸν δ' ἐκ τούτων, ὅτι οὐδὲ δοξάζειν ἅμα τὸ αὐτὸ καὶ ἐπίστασθαι ἐνδέχεται. ἅ-

μα γὰρ

μα γὰρ ἂν ἔχοι ὑπόληψιν τοῦ ἄλλως ἔχειν, καὶ μὴ ἄλλως τὸ αὐτό. ὅπερ οὐκ ἐνδέχεται. ἐν ἄλλῳ μὲν γὰρ ἑκάτερον εἶναι ἐνδέχεται τοῦ αὐτοῦ, ὡς εἴρηται. ἐν δὲ τῷ αὐτῷ οὐδ' οὕτως οἷόν τε. ἕξει γὰρ ὑπόληψιν ἅμα, οἷον ὅτι ὁ ἄνθρωπος, ὅπερ ζῷον, (τοῦτο γὰρ ἦν τὸ μὴ ἐνδέχεσθαι εἶναι μὴ ζῷον) καὶ μὴ ὅπερ ζῷον· τοῦτο γὰρ ἔστω τὸ ἐνδέχεσθαι. 8 Τὰ δὲ λοιπά, πῶς δεῖ διανεῖμαι ἐπί τε διανοίας, καὶ νοῦ, καὶ ἐπιστήμης, καὶ τέχνης, καὶ φρονήσεως, καὶ σοφίας τὰ μὲν, φυσικῆς. τὰ δὲ, ἠθικῆς θεωρίας μᾶλλον ἐστίν.

lioquin exiſtimaret eadem rem aliter *ſe habere poſſe*, & non aliter *ſe habere poſſe*: quod fieri nequit. in alio verò *& alio homine* vtrumq; eſſe poteſt de eadem re, vt dictum fuit. in eodẽ verò non *eſt* ita poſſibile. alioquin ſimul exiſtimabit, exempli cauſâ, hominem eſſe id ipſum quod animal: (hoc enim eſt, non poſſe eſſe non animal) & non id ipſum quod animal: hoc enim ſit poſſe *eſſe non animal*. 8 Reliqua, *id eſt* quomodo diſtinguere oporteat dianoiam [a], & intelligentiam [b], & ſcientiam [c], & artem [d], & prudentiam [e], & ſapientiam [f]; partim ad naturalem [g], partim ad moralem [h] contemplationem magis pertinent. 202


a Id eſt, cognitionem ratiocinatiuam.
b Cognitionem primorum principiorum.
c Cognitionem concluſionis.
d Cognitionem cuius finis eſt effectio.
e Cognitionem, cuius finis eſt actio. CAP. XXVII.
f Cognitionem compoſitam ex intelligentia & ſcientia.
g Id eſt, ad lib de anima.
h Vide lib. 6. Ethic. Nicomach.

De ſagacitate[i]. CAP. XXXIV.

Ἡ δ' ἀγχίνοιά ἐστιν εὐστοχία τις ἐν ἀσκέπτῳ χρόνῳ τοῦ μέσου. 2 Οἷον, εἴ τις ἰδὼν ὅτι ἡ σελήνη τὸ λαμπρὸν ἀεὶ ἔχει πρὸς τὸν ἥλιον, ταχὺ ἐνενόησε διὰ τί τοῦτο, ὅτι διὰ τὸ λάμπειν ἀπὸ τοῦ ἡλίου· ἢ διαλεγόμενον πλουσίῳ, ἔγνω διότι δανείζεται· ἢ διότι φίλοι, ὅτι ἐχθροὶ τοῦ αὐτοῦ. πάντα γὰρ τὰ αἴτια τὰ μέσα, ὁ ἰδὼν τὰ ἄκρα, ἐγνώρισε. 3 Τὸ λαμπρὸν εἶναι τὸ πρὸς τὸν ἥλιον, ἐφ' οὗ α· τὸ λάμπειν ἀπὸ τοῦ ἡλίου, β· σελήνη, τὸ γ. ὑπάρχει δὴ τῇ μὲν σελήνῃ τῷ γ τὸ β, τὸ λάμπειν ἀπὸ τοῦ ἡλίου· τῷ δὲ β τὸ α, τὸ πρὸς τοῦτ' εἶναι τὸ λαμπρόν, ἀφ' οὗ λάμπει· ὥστε καὶ τῷ γ τὸ α διὰ τοῦ β.

Sagacitas autem eſt bona quędam medij coniectatio breuiſſimo tẽpore. 2 Veluti ſi quis videns Lunam ſemper Solem verſus ſplendere [k], confeſtim intelligat cur hoc *ſit*, *nempe* quia illuſtratur à Sole: aut *videns* colloquentem cum diuite, cognoſcat *eum ideo colloqui*, quia *pecuniam* mutuatur: aut *ſciat* cur *duo aliqui ſint amici*, quia *ſcilicèt ſunt* eiuſdẽ inimici. omnes. n. medias cauſas[l], perſpectis extremis[m], cognouit [n]. 3 *Eſto*, Solem verſus ſplendere, vbi α: illuſtrari à Sole, β: Luna, τὸ γ. ineſt igitur Lunæ, τῷ γ, τὸ β, *id eſt* illuſtrari à Sole. τῷ β autem τὸ α, *hoc eſt*, illud verſus ſplendere, à quo illuſtratur. quare etiam τῷ γ τὸ α ineſt per β.

i Vel ſolertia, vel acumine.
k Eam partem lucidam habere, quæ eſt ad Solẽ conuerſa.
l Id eſt, cauſas, quæ accipiuntur pro medijs terminis in demõſtrationibus. vnde Ariſtot. lib. ſeq. c. 2. ait cauſã eſſe medium.
m Id eſt, cõcluſionibus.
n Vir ſagax & acutus.



Quicquid à Sole (ϛ) illuſtratur, Solem verſus ſplendet (α)

Luna (γ) à Sole illuſtratur (ϛ): Ergo

Luna (γ) Solem verſus ſplendet (α).

ἈΡΙΣΤΟ

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΑΝΑΛΥΤΙΚΩΝ
ΥΣΤΕΡΩΝ ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

ARISTOTELIS
ANALYTICORVM
POSTERIORVM LIBER II.

IVLIO PACIO interprete.

SYNOPSIS SEV METHODVS LIBRI II. POSTERIORVM ANALYTICORVM.

De

Tractatvs I.

- Quæſtionum
  - Numero, & ordine. *Cap.* 1.
  - Scopo. *Cap.* 2.

Tractatvs II.

- Rerũ eſſentia & definitione.
  - De probanda eſſentia & quiditate.
    - Dubitationes.
      - Separatio definitionis & demonſtrationis. *Cap.* 3.
      - Quid res ſit, non poſſe probari
        - Per ſyllogiſmum. *Cap.* 4.
        - Per diuiſionem. *Cap.* 5.
        - Per definitionem
          - Ipſius quid eſt.
          - Cõtrarij. } *Cap.* 6.
        - Vllo modo. *Cap.* 7.
    - Vera expoſitio.
      - Quomodo quiditas probetur. *Cap.* 8.
      - Quænam quiditas probetur, vel non. *Cap.* 9.
  - Quid & quotuplex ſit definitio. *Cap.* 10.

Tractatvs III.

- De cauſis, & inuẽtione.
  - De cauſis
    - Per quas demonſtratur. *Cap.* 11.
    - Eorum quæ ſunt, vel fiunt, vel facta ſunt, vel futura ſunt. *Cap.* 12.
  - De inuẽtione
    - Eorum quæ attribuuntur in quæſtione quid eſt,
      - Methodo diuiſiua. *Cap.* 13.
      - Methodo inductiua. *Cap.* 14.
    - Problematum, & medij termini. *Cap.* 15.
  - De cauſis & effectibus dubitationes.
    - Vtrùm cauſa & effectus reciprocentur. *Cap.* 16.
    - An ſint plures cauſæ vnius effectus. *Cap.* 17.
    - Vtrùm cauſa propior, an magis vniuerſalis ſit potior. *Cap.* 18.

Tractatvs IV.

- Cognitione primorum principiorum. *Cap.* 19.

ἈΡΙΣΤΟ-

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ἈΝΑΛΥΤΙΚΩΝ ὙΣΤΕ-
ρων τὸ δεύτερον.

ARISTOTELIS ANALYTICORVM POSTERIORVM

Lib. II.

DE QVÆSTIONIBVS, TRACTATVS I.

De numero, & ordine quæſtionum.

Cap. I.

1 *Quot ſint quæſita.* 2 *Exempla quæſitorum compoſitorum.* 3 *& ſimplicium.* 4 *Epilogus.*

Τὰ ζητούμενα, ἐστὶν ἴσα τὸν ἀριθμὸν, ὅσαπερ ἐπιστάμεθα. ζητοῦμεν δὲ τέτταρα· τὸ ὅτι, τὸ διότι, εἰ ἔστι, τί ἐστιν. 2 Ὅταν μὲν γὰρ, πότερον τόδε ἢ τόδε ζητῶμεν, εἰς ἀριθμὸν θέντες· (οἷον πότερον ἐκλείπει ὁ ἥλιος, ἢ οὔ) τὸ ὅτι ζητοῦμεν. σημεῖον δὲ τούτου. εὑρόντες γὰρ ὅτι ἐκλείπει, πεπαύμεθα· καὶ ἐὰν ἐξ ἀρχῆς εἰδῶμεν ὅτι ἐκλείπει, οὐ ζητοῦμεν πότερον. ὅταν δὲ εἰδῶμεν τὸ ὅτι, τότε τὸ διότι ζητοῦμεν. οἷον, εἰδότες ὅτι ἐκλείπει, καὶ ὅτι κινεῖται ἡ γῆ· τὸ διότι ἐκλείπει, ἢ διότι κινεῖται, ζητοῦμεν. ταῦτα μὲν οὕτως. 3 Ἔνια δ' ἄλλον τρόπον ζητοῦμεν· οἷον, εἰ ἔστιν, ἢ μή ἐστι κένταυρος, ἢ θεός. τὸ δ', εἰ ἔστιν

QVÆ quæruntur, tot numero ſunt, quot *ſunt* ea quæ ſcimus[a]. quærimꝰ autem quatuor[b]: quòd *ſit*[c], cur *ſit*[d], an ſit[e], & quid ſit. 2 Cùm enim vtrùm ſit hoc an hoc[f], quærimus, plura[g] complectẽtes: (veluti vtrùm Sol deficiat, an non) *tunc* quærimus quòd ſit. Huius autem *rei* ſignũ *eſt*: quia cùm inuenimus quòd *Sol* deficit, deſinimus *quærere*: & ſi ab initio cognoſceremꝰ quòd deficit, non quęreremus an *deficiat*. Cùm autem cognoſcimus quòd *ſit*, tunc quærimus cur *ſit*. veluti cùm nouimus quòd *Sol* deficit, & ꝙ terra mouetur: *tunc* quęrimꝰ cur deficiat, vel cur moueatur. Hęc quidẽ ita[h] *quærimus*. 3 Quædã verò alio modo[i] quærimus: veluti an ſit néne Centaurus, vel Deus. Dico autẽ an ſit

Cap. I.

a Quærimus enim, vt ſciamus: nec quærerem[?]. niſi ſciẽtiam nobis comparare poſſemus.

b Omittit quid verba ſignificẽt: vel quia nõ quęritur, ſed prænoſcitur tãtùm: vel quia loquitur de quæſtionibus, quæ non ad verba, ſed ad res ipſas pertinent.

c Id eſt, quale ſit: putà quòd ſit albus vel niger.

d Id eſt, cur tale ſit.

e An ſit in rerũ natura.

f Veluti, vtrùm ſit album, an nigrum. illa enim verba, *hoc*, *hæc*, ſũt attributa: ſubiectum autem reticetur ac ſuppleri debet.

g Id eſt, ſubiectũ & attributum. vt cùm quærimus, an Sol deficiat, in hac quæſtione coniũgimus Solem, & deficere.

h Id eſt, plura complectentes.

i Non plura cõplectentes, ſed ſimpliciter vnã rem in quæſtione ponentes.

néc ne, ſimpliciter[a], non an ſit albus néc ne. *Cùm autem nouimus rem eſſe, quærimus quid ſit: veluti, quid igitur eſt Deus? aut, quid eſt homo? 5 Quæ igitur quærimus, & quæ inuenta cognoſcimus, hæc & tot ſunt.

ἢ μή, ἁπλῶς λέγω, ἀλλ' οὐκ εἰ λευκὸς ἢ μή. γνόντες δὲ ὅτι ἐστί, τί ἐστι ζητοῦμεν· οἷον, τί οὖν ἐστι θεός; ἢ, τί ἐστιν ἄνθρωπος; 6 Ἃ μὲν οὖν ζητοῦμεν καὶ ἃ εὑρόντες ἴσμεν, ταῦτα καὶ τοσαῦτά ἐστι.

a Non adiuncto 3 attributo, albus, vel alio ſimili.

Omnem quæſtionem ad medium pertinere.

Cap. II.

1 Ratio prima, quæ eſt inductio. 2 Ratio ſecunda, quia omnis quæſtio pertinet ad cauſam. 3 Ratio tertia, quia idem eſt, quærere quid ſit, & cur ſit. 4 Ratio quarta à ſenſu. 5 Epilogus.

CVm autem quærimus quòd *ſit*, aut an ſit ſimpliciter, *tū* quærimus vtrùm ſit medium ipſius, an non ſit. cùm autem cognoſcentes vel quòd *ſit*, vel an ſit, ſiue in parte, ſiue ſimpliciter[b]; rurſus quærimus cur *ſit*, aut quid ſit: tunc quærimus quód *nā ſit* medium. (*Sic autem intelligo quòd *ſit*, vel an ſit, in parte, & ſimpliciter: in parte quidē, *veluti*, deficítne Luna? vel, augetúrne? [c] etenim ſitne aliquid néc ne, huiuſmodi *quæſtionibus* quærimus. ſimpliciter autem, *veluti*, an ſit néc ne Luna, vel nox[d]) *In omnib' igitur quæſtionibus accidit vt quæratur, vel an ſit medium, vel quod ſit medium. 2 Nam[e] cauſa[f] *eſt* meidiū: in[g] omnibus autē hæc quæritur: *veluti*[h], deficítne? éſtne cauſa aliqua, an nō? Poſt hæc, cū cognouimus eſſe aliquam cauſam, quærimus quęnam hæc ſit.* Nam cauſa cur ſit; nō hoc, vel illud[i], ſed ſimpliciter eſſentia; vel non ſimpliciter, ſed aliquid ex iis quæ *inſunt* per ſe, aut per accidens; *nihil aliud* eſt *quàm* medium. Dico autem ſimpliciter *eſſe* ipſum ſubiectum, vt Lunam, vel terrā, vel Solem, vel triangulū: *eſſe* autem aliquid, *vt* eclipſim[k], æqualitatem, inæqualitatē[l], an ſit in medio nécne[m]. 3 In iis enim omnibus perſpicuum

ΖΗτοῦμεν δέ, ὅταν μὲν ζητῶμεν τὸ ὅτι ἢ τὸ εἰ ἔστιν ἁπλῶς, ἆρ' ἔστι μέσον αὐτοῦ, ἢ οὐκ ἔστιν. ὅταν δὲ γνόντες ἢ τὸ ὅτι, ἢ τὸ εἰ ἔστιν, ἢ τὸ ἐπὶ μέρους, ἢ τὸ ἁπλῶς, πάλιν τὸ διὰ τί ζητῶμεν, ἢ τὸ τί ἐστι· τότε ζητοῦμεν, τί τὸ μέσον. (Λέγω δὲ τὸ ὅτι, ἢ τὸ εἰ ἔστιν, ἐπὶ μέρους, καὶ ἁπλῶς· ἐπὶ μέρους μέν, ἆρ' ἐκλείπει ἡ σελήνη; ἢ αὔξεται; εἰ γάρ ἐστί τι, ἢ μὴ ἐστί τι, ἐν τοῖς τοιούτοις ζητοῦμεν. ἁπλῶς δέ, εἰ ἔστιν, ἢ μή, σελήνη, ἢ νύξ) Συμβαίνει ἄρα ἐν ἁπάσαις ταῖς ζητήσεσι ζητεῖν, ἢ εἰ ἔστι μέσον, ἢ τί ἐστι τὸ μέσον.

2 Τὸ μὲν γὰρ αἴτιον, τὸ μέσον· ἐν ἅπασι δὲ τοῦτο ζητεῖται. ἆρ' ἐκλείπει; ἆρ' ἐστί τι αἴτιον, ἢ οὔ; μετὰ ταῦτα γνόντες ὅτι ἐστί τι, τί οὖν τοῦτ' ἐστι ζητοῦμεν. τὸ γὰρ αἴτιον τοῦ εἶναι μὴ τοδί, ἢ τοδί, ἀλλ' ἁπλῶς τὴν οὐσίαν, ἢ τὸ μὴ ἁπλῶς, ἀλλά τι τῶν καθ' αὑτό, ἢ κατὰ συμβεβηκός, τὸ μέσον ἐστί. λέγω δὲ τὸ μὲν ἁπλῶς, τὸ ὑποκείμενον, οἷον σελήνην, ἢ γῆν, ἢ ἥλιον, ἢ τρίγωνον· τὸ δὲ τί, ἔκλειψιν, ἰσότητα, ἀνισότητα, εἰ ἐν μέσῳ ἢ μή.

3 Ἐν ἅπασι γὰρ τούτοις φανερόν ἐστιν ὅτι

CAP. II.
b Id eſt, vel in parte quòd ſit, 3 vel ſimpliciter an ſit.
c Quoniam his quæſtionibus quæritur de vno accidente Lunæ, veluti de eclipſi, aut incremento.
d Nam huiuſmodi quęſtiones ſunt de tota re, non de vno accidente. 4
e Syllogiſmum ſic extrue: Omnis cauſa eſt medium, omnis quæſtio eſt quęſtio cauſæ: ergo omnis quæſtio eſt quæſtio medij. 5
f *Maior propoſitio.*
g *Minor propoſitio.*
h *Expoſitio & cōfirmatio minoris propoſitionis.*
i Id eſt, non cur res ſit hoc vel illo accidente prædita. 6
k Eclipſis refertur ad Solem, vel Lunam.
l Hæc referenda ſunt ad triangulum, quod habet tres angulos æquales duobus rectis.
m Hæc quæſtio pertinet ad terram, quæ medium mundi locum obtinet.

ἔστιν, ὅτι τὸ αὐτό ἐστι τὸ τί ἐστι, καὶ διὰ τί ἐστι. τί ἐστιν ἔκλειψις; στέρησις φωτὸς ἀπὸ σελήνης ὑπὸ γῆς ἀντιφράξεως. διὰ τί ἐστιν ἔκλειψις; ἢ διὰ τί ἐκλείπει ἡ σελήνη; διὰ τὸ ἀπολείπειν τὸ φῶς, ἀντιφραττούσης τῆς γῆς. τί ἐστι συμφωνία; λόγος ἀριθμῶν ἐν ὀξεῖ ἢ βαρεῖ. διὰ τί συμφωνεῖ τὸ ὀξὺ τῷ βαρεῖ; διὰ τὸ λόγον ἔχειν ἀριθμῶν, τὸ ὀξὺ καὶ τὸ βαρύ; ἆρ' ἐστὶ συμφωνεῖν τὸ ὀξὺ καὶ τὸ βαρύ; ἆρ' ἐστὶν ἐν ἀριθμοῖς ὁ λόγος αὐτῶν; λαβόντες δ' ὅτι ἐστί, τίς οὖν ἐστιν ὁ λόγος;

4 Ὅτι δ' ἐστὶ τοῦ μέσου ἡ ζήτησις, δηλοῖ ὅσων τὸ μέσον αἰσθητόν. ζητοῦμεν γὰρ μὴ ᾐσθημένοι, οἷον τῆς ἐκλείψεως, εἰ ἔστιν ἢ μή. εἰ δ' ἦμεν ἐπὶ τῆς σελήνης, οὐκ ἂν ἐζητοῦμεν, οὔτ' εἰ γίνεται οὔτε διὰ τί· ἀλλ' ἅμα δῆλον ἂν ἦν. ἐκ γὰρ τοῦ αἰσθέσθαι, καὶ τὸ καθόλου ἐγένετο ἂν ἡμῖν εἰδέναι. ἡ μὲν γὰρ αἴσθησις, ὅτι νῦν ἀντιφράττει, καὶ γὰρ δῆλον ὅτι νῦν ἐκλείπει. ἐκ δὲ τούτου τὸ καθόλου ἂν ἐγένετο.

5 Ὥσπερ οὖν λέγομεν, τὸ τί ἐστιν εἰδέναι, τὸ αὐτό ἐστι, καὶ διὰ τί ἐστι. τοῦτο δ' ἢ ἁπλῶς, καὶ μὴ τῶν ὑπαρχόντων τι, ἢ τῶν ὑπαρχόντων, οἷον, ὅτι δύο ὀρθαί, ἢ ὅτι μεῖζον, ἢ ἔλαττον. ὅτι μὲν οὖν πάντα τὰ ζητούμενα, μέσου ζήτησίς ἐστι, δῆλον.

eſt idem eſſe quid eſt & quamobrem eſt. Quid eſt eclipſis? priuatio luminis in Luna ob terræ oppoſitionem. cur eſt eclipſis? aut cur deficit Luna? propterea quòd *eam* lumē deficit terra oppoſitâ. Quid concentus? ratio numerorum in acuto & graui. cur concinunt acutum & graue? quia numerorum rationem habent acutum & graue. cōcinúntne acutum & graue? *hoc eſt*, éſtne in numeris ratio eorum? Cum verò recepimus quòd eſt, *tū quærimus*, quæ nā igitur eſt ratio illa? 7

4 Quòd autem medii ſit *omnis* quæſtio, *ea* declarant quorum medium *eſt* ſenſibile. quærimus enim non perceptâ per ſenſum (exempli cauſâ) eclipſi, an ſit nécne? quod ſi eſſemus ſupra Lunam, non quæreremus an fiat, neque cur *fiat*: ſed confeſtim manifeſtum eſſet: quoniam ex ſenſu fieret vt etiam vniuerſale cognoſcerem[a]. ſenſus enim *percipit terram* nunc opponi, quia conſtat *Lunam* nunc deficere: ex hoc autem fieret[a] vniuerſale.

a Gigneretur in noſtro intellectu.

5 Quemadmodum igitur diximus, noſſe quid ſit, idem eſt atq. noſſe cur ſit. hoc autem vel ſimpliciter, non eorum quidpiā quæ inſunt: vel eorum quidpiam, cuiuſmodi *ſūt* habere duos *āgulos* rectos, aut eſſe mai[9] vel min[9].

*Quod igitur in omnib. quęſitis ſit quæſtio medij, manifeſtū *eſt*. 8

DE QVIDITATE, AC DEFINITIONE, TRACTATVS II.

Diſtinctio definitionis & demonſtrationis.

CAP. III.

1 ¶ Scopus & nexus. 2 ¶ Quæſtio prima, vt idem ſecundum idem ſciatur & demonſtretur. 3 Non omnium rerum eſſe definitionem, quarum eſt demonſtratio, ratio prima, quę

deſinitio affirmatur vniuerſaliter de deſinito, concluſionum verò quædam ſunt negatiuæ, quædam particulares. 4 ratio ſecunda, quia non omnis concluſio vniuerſalis affirmans poteſt definiri. 5 ratio tertia ducens ad incommodum, rem demonſtrabilem ſciri poſſe ſine demonſtratione. 6 ratio quarta, id eſt, inductio. 7 ratio quinta, quia definitio ſignificat eſſentiam, demonſtrantur autem accidentia. 8 An quæcumque poſſunt definiri, poſſint etiam demonſtrari. 9 ratio prima ducens ad incommodum, rem demonſtrabilem ſciri ſine demonſtratione. 10 ratio ſecunda, quia definitio eſt principium demonſtrationum. 11 An quædam poſſint & definiri & demonſtrari. 12 Quod non poſſunt, ratio prima, quia demonſtrationes ſupponunt & ſumunt eſſentiam, & quid res ſit. 13 ratio ſecunda. quia concluſio affirmat, vel negat, non item definitio. 14 ratio tertia, quia definitio oſtendit quid ſit, demonſtratio verò quod ſit vel non ſit. 15 Concluſio. 16 Corollarium. 17 ¶ Epilogus.

CAP. III.

3

Quomodo autẽ probetur quid ſit, & quis *ſit* modus reductionis [a], & quid ac quorum ſit definitio, dicamus, cùm priùs de his dubitauerimus.

a Id eſt, quomodo definitio reducatur ad demonſtrationem.

9

Omnis enim definitio vel eſt principium, vel concluſio demõſtrationis, vel à demonſtratione differt ſolùm terminorum ſitu, vt dictum fuit lib. precedent. cap. 8. part. 1.

2 Initium autem futurorum eſto, quod eſt maximè proprium ſequentium ſermonum [b] dubitare enim aliquis poſſit, an idem & *ſecundum idẽ* definitione ſciri poſſit & demonſtratione.

b Quod eſt maxime accommodatũ ad ea, quæ mox dicẽtur, intelligenda.

3 An *hoc eſt* impoſſibile? nam definitio[c] videtur explicare quid *res* ſit: quicquid autem *ſignificat* quid *res* ſit, *eſt* vniuerſale & attributiuum: ſyllogiſmorũ verò quidam ſunt priuatiui, quidam non vniuerſales: veluti qui *extruuntur* in ſecunda figura, omnes *ſunt* priuatiui: qui verò in tertia, non vniuerſales.

c Eodem inſtrumẽto acquirantur ſcientia defi itiua & demonſtratiua.

10

4 Deinde non omniũ affirmationum quæ probantur in prima figura, eſt definitio, veluti *huius*, omne triangulum duobus rectis æquales *angulos* habere.

5 Huius *rei* ratio *eſt*: quia ſcire rem demonſtrabilem, eſt habere demonſtrationem. quare ſi huiuſmodi *rerum* eſt demonſtratio, perſpicuum *eſt* nõ poſſe eorũdem eſſe etiam definitionem: alioquin ſciret quiſpiam etiam ratione definitionis, non habẽs demonſtrationem: nihil enim prohibet, quominùs non ſimul [d] habeat *demonſtrationem*.

d Non vnà cum definitione.

11

6 Satis autem fidem facit etiam inductio: nihil enim vmquàm de-

Πῶς δὲ τὸ τί ἐστι δείκνυται, καὶ τίς ὁ τρόπος τῆς ἀναγωγῆς, καὶ τί ἐστιν ὁρισμὸς, καὶ τίνων, εἴπωμεν, διαπορήσαντες πρῶτον περὶ αὐτῶν. 2 Ἀρχὴ δ' ἔστω τῶν μελλόντων, ἥπερ ἐστὶν οἰκειοτάτη τῶν ἐχομένων λόγων. ἀπορήσειε γὰρ ἄν τις, ἆρ' ἐστὶ τὸ αὐτὸ καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ, ὁρισμῷ εἰδέναι, καὶ ἀποδείξει.

3 Ἢ ἀδύνατον; ὁ μὲν γὰρ ὁρισμὸς τοῦ τί ἐστιν εἶναι δοκεῖ· τὸ δὲ τί ἐστιν, ἅπαν καθόλου καὶ κατηγορικόν· συλλογισμοὶ δ' εἰσὶν, οἱ μὲν, στερητικοὶ, οἱ δ', οὐ καθόλου· οἷον, οἱ μὲν ἐν τῷ δευτέρῳ σχήματι, στερητικοὶ πάντες· οἱ δ' ἐν τῷ τρίτῳ, οὐ καθόλου.

4 Εἶτα, οὐδὲ τῶν ἐν τῷ πρώτῳ σχήματι κατηγορικῶν ἁπάντων ἐστὶν ὁρισμός· οἷον, ὅτι πᾶν τρίγωνον δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας ἔχει.

5 Τούτου δὲ λόγος, ὅτι τὸ ἐπίστασθαί ἐστι τὸ ἀποδεικτὸν, τὸ ἀπόδειξιν ἔχειν. ὥστ' εἰ ἐπὶ τῶν τοιούτων ἀπόδειξίς ἐστι, δῆλον ὅτι οὐκ ἂν εἴη αὐτῶν καὶ ὁρισμός. ἐπίσταιτο γὰρ ἄν τις καὶ κατὰ τὸν ὁρισμὸν, οὐκ ἔχων τὴν ἀπόδειξιν· οὐδὲν γὰρ κωλύει, μὴ ἅμα ἔχειν. 6 Ἱκανὴ δὲ πίστις καὶ ἐκ τῆς ἐπαγωγῆς· οὐδὲν γὰρ πώποτε ὁ-

ρισά-

εἰσάμενοι ἐγνωρίσαμεν, οὔτε τῶν καθ' αὑτὸ ὑπαρχόντων, οὔτε τῶν συμβεβηκότων. 7 Ἔτι, εἰ ὁ ὁρισμὸς, οὐσίας τις γνωρισμός· τά γε τοιαῦτα φανερὸν ὅτι οὐκ οὐσίαι. ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἔστιν ὁρισμὸς ἅπαντος, ὥσπερ καὶ ἀπόδειξις, δῆλον. 8 Τί δὲ, οὗ ὁρισμὸς ἆρα, παντὸς ἀπόδειξίς ἐστιν;

9 Ἢ οὔ; Εἷς μὲν δὴ λόγος, καὶ περὶ τούτου ὁ αὐτός. τοῦ γὰρ ἑνὸς, ᾗ ἕν, μία ἐπιστήμη. ὥστ' εἴπερ τὸ ἐπίστασθαι τὸ ἀποδεικτὸν, ἐστὶ τὸ τὴν ἀπόδειξιν ἔχειν· συμβήσεταί τι ἀδύνατον. ὁ γὰρ τὸν ὁρισμὸν ἔχων, ἄνευ ἀποδείξεως ἐπιστήσεται. 10 Ἔτι, αἱ ἀρχαὶ τῶν ἀποδείξεων, ὁρισμοί· ὧν ὅτι οὐκ ἔσονται ἀποδείξεις, δέδεικται πρότερον. ἢ ἔσονται αἱ ἀρχαὶ ἀποδεικταὶ, καὶ τῶν ἀρχῶν ἀρχαὶ, καὶ τοῦτ' εἰς ἄπειρον βαδιεῖται· ἢ τὰ πρῶτα, ὁρισμοὶ ἔσονται ἀναπόδεικτοι.

11 Ἀλλ' ἆρα εἰ μὴ παντὸς τοῦ αὐτοῦ, ἀλλά τινος τοῦ αὐτοῦ ἐστιν ὁρισμὸς καὶ ἀπόδειξις;

12 Ἢ ἀδύνατον; οὐ γάρ ἐστιν ἀπόδειξις, οὗ ὁρισμός. ὁρισμὸς μὲν γὰρ, τοῦ τί ἐστι, καὶ οὐσίας· αἱ δ' ἀποδείξεις φαίνονται πᾶσαι ὑποτιθέμεναι, καὶ λαμβάνουσαι τὸ τί ἐστιν· οἷον, αἱ μαθηματικαὶ, τί μονὰς, καὶ τί τὸ περιττὸν· καὶ αἱ ἄλλαι ὁμοίως. 13 Ἔτι, πᾶσα ἀπόδειξις τὶ κατά τινος δείκνυσιν· οἷον, ὅτι ἔστιν, ἢ οὐκ ἔστιν. ἐν δὲ τῷ ὁρισμῷ οὐδὲν ἕτερον ἑτέρου κατηγορεῖται. οἷον, οὔτε τὸ ζῷον κατὰ τοῦ δίποδος, οὔτε τοῦτο κατὰ τοῦ ζώου· οὐδὲ κατὰ τοῦ ἐπιπέδου τὸ σχῆμα· οὐ γάρ ἐστι τὸ ἐπίπεδον, σχῆμα· οὐδὲ τὸ σχῆμα, ἐπίπεδον.

finientes nouimus, ex iis quæ vel per ſe inſunt, vel accidentia ſunt. 12
7 Præterea ſi definitio *eſt* eſſentiæ notificatio quædam: eiuſmodi autem res conſtat non *eſſe* eſ- 13
ſentias: * patet igitur non omnium rerum eſſe definitionem, quarum eſt demonſtratio.

8 Quid autem? quarum rerum eſt definitio, éſtne omnium demonſtratio? 9 An non? Sanè vna ratio [a] etiã ad hoc *quæſitum* pertinet. vnius enim, quà vnum *eſt*, vna *eſt* ſcientia. quapropter ſi rẽ demonſtrabilem ſcire, eſt habere ſcientiam: eueniet aliquid impoſſibile: quia definitionem habens, ſine demonſtratione ſciet. 10 Præterea principia demonſtrationũ *ſunt* definitiones: quorum *principiorum* non eſſe demonſtrationes, antea [b] probatum fuit. aut *enim* principia erunt demonſtrabilia, necnon principiorum principia, & hoc in infinitum procedet: aut prima *principia* erunt definitiones indemonſtrabiles. 11 Numquid igitur, ſi non omnium, ſaltem quarundam rerum ſimul eſt definitio & demonſtratio? 12 An hoc quoque eſt impoſſibile? quia nõ eſt demonſtratio *eius rei* cuius *eſt* definitio: quandoquidem definitio *explicat* quid *res* ſit, & eſſentiam: demõſtrationes autem omnes videntur ſupponere & ſumere quid ſit: veluti mathematicæ, quid vnitas, & quid impar: & aliæ ſimiliter. 13 Præterea omnis demonſtratio probat aliquid de aliquo, veluti eſſe, aut nõ eſſe: in definitione verò alterum alteri non attribuitur [c]: vtputà, neque animal *dicitur* de bipede, neque hoc de animali: ſed neque de plano figura; quia nec planum *eſt* figura, nec figura *eſt* planum.

14 (beside 10 Præterea principia demonſtrationũ)
15 (beside 11 Numquid igitur)
16 (beside 13 Præterea)

a Quæ propoſita fuit in 5. part.

b Superiori lib. cap. 3. partic. 4. & cap. 22. part. vlt.

c Id eſt, pars definitionis non attribuitur alteri parti.

17 14 Præterea aliud *eſt* probare
quid ſit & *probare* quòd ſit. defi-
nitio igitur declarat quid ſit: de-
monſtratio verò, quòd hoc de
18 hoc eſt, aut non eſt*. rei autẽ di-
uerſæ diuerſa *eſt* demonſtratio:
niſi ſit vt pars quædã totius. hoc
autem *ideo* dico: quia probatum
fuit iſoſceles *habere tres angulos
æquales* duobus rectis, ſi proba-
tum fuit triangulum *eos habere*:
illud[a] enim *eſt* pars[b]: hoc[c] verò
eſt totum[d]. Sed hæc non ſunt i-
ta inter ſe affecta, quòd ſit, &
quid ſit: quia non eſt alterum al-
19 terius pars. 15 Perſpicuum igi-
tur *eſt*, neque cuius rei *eſt* defini-
tio, eius omnino *eſſe* demonſtra-
tionem: neque cuius *eſt* demon-
ſtratio, eius *eſſe* omnino defini-
tionem: neque vllius prorſus rei
poſſe vtraque[e] haberi.
16 Quare conſtat, definitionem
& demonſtrationem neque idẽ
eſſe, nec alterum ſub altero *con-
tineri*: nam alioqui etiam ſubiecta[f] ſimiliter *ſe* haberent. 17 De his i-
gitur hactenus dubitatum eſt.

a Iſoſceles.
b Nõ integrãs, ſed ſubiectiua, id eſt ſpecies.
c Triangulum.
d Totum attributiuum, id eſt genus.
e Definitionem & demonſtrationem.
f Res definitæ, & res demõſtratæ.

14 Ἔτι, ἕτερον τὸ τί ἐστι, καὶ τὸ ὅτι ἐστὶ, δεῖξαι. ὁ μὲν οὖν ὁρισμὸς, τί ἐστι δηλοῖ· ἡ δὲ ἀπόδειξις, ὅτι ἢ ἔστι τόδε κατὰ τοῦδε, ἢ οὐκ ἔστιν. ἑτέρου δὲ ἑτέρα ἀπόδειξις, ἐὰν μὴ ὡς μέρος ᾖ τι τῆς ὅλης. τοῦτο δὲ λέγω, ὅτι δέδεικται τὸ ἰσοσκελὲς δύο ὀρθαῖς, εἰ πᾶν τρίγωνον δέδεικται· μέρος γὰρ τὸ δὲ, ὅλον. ταῦτα δὲ πρὸς ἄλληλα οὐκ ἔχει οὕτως, τὸ ὅτι ἐστὶ, καὶ τὸ τί ἐστιν. οὐ γάρ ἐστι θατέρου θάτερον μέρος.

15 Φανερὸν ἄρα, ὅτι οὔτε οὗ ὁ ὁρισμὸς, τούτου πάντως ἀπόδειξις· οὔτε οὗ ἀπόδειξις, τούτου πάντως ὁρισμός· οὔτε ὅλως τοῦ αὐτοῦ οὐδενὸς ἐνδέχεται ἄμφω ἔχειν.

16 Ὥστε δῆλον ὡς οὐδὲ ὁρισμὸς καὶ ἀπόδειξις, οὔτε τὸ αὐτὸ ἂν εἴη, οὔτε θάτερον ἐν θατέρῳ· καὶ γὰρ ἂν τὰ ὑποκείμενα ὁμοίως εἶχε. 17 Ταῦτα μὲν οὖν μέχρι τούτου διηπορήσθω.

Quid res ſit, non probari ſyllogiſmo.
CAP. IV.

1 Ratio: quia ſi quid ſit, probaretur ſyllogiſmo, peteretur quæſitum in minori propoſitione. 2 Primum exemplum in ſimplicibus terminis. 3 Alterum exemplum in propoſitionibus. 4 Prolepſis.

CAP. IV.
20 QVid autẽ *res* ſit, vtrùm ex-
plicatur ſyllogiſmo & de-
monſtratione, an nõ explicatur,
ſicut præſens diſputatio ſuppo-
nebat? ſyllogiſmus enim aliquid
de aliquo ꝓbat per mediũ: qui-
ditas autem eſt propria, & attri-
buitur in *quæſtione* quid eſt. hęc[g]
autẽ reciprocari neceſſe *eſt*. nam
ſi τὸ α eſt propriũ τοῦ γ: conſtat *id
eſſe propriũ* etiam τοῦ β, atq; hoc τοῦ
γ: proinde omnia[h] viciſſim *reci-*

g Id eſt, quiditas, & id cuius eſt quiditas.
h Id eſt, α, β, γ.

Τοῦ δὲ τί ἐστι, πότερόν ἐστι συλλογισμὸς καὶ ἀπόδειξις, ἢ οὐκ ἔστι, καθάπερ νῦν ὁ λόγος ὑπέθετο; ὁ μὲν γὰρ συλλογισμὸς, τὶ κατά τινος δείκνυσι διὰ τοῦ μέσου· τὸ δὲ τί ἐστιν, ἴδιόν τε, καὶ ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορεῖται. ταῦτα δ' ἀνάγκη ἀντιστρέφειν. εἰ γὰρ τὸ α τοῦ γ ἴδιον· δῆλον ὅτι καὶ τοῦ β, καὶ τοῦτο τοῦ γ· ὥστε πάντα ἀλλήλων.

ἀλλὰ

ἀλλὰ μὴν καὶ εἰ τὸ α ἐν τῷ τί ἐστι παντὸς ὑπάρχει τῷ β, καὶ καθόλου τὸ β παντὸς τοῦ Γ ἐν τῷ τί ἐστι λέγεται· ἀνάγκη καὶ τὸ α ἐν τῷ τί ἐστι τοῦ Γ λέγεσθαι. εἰ δὲ μὴ οὕτω τις λήψεται διπλώσας, οὐκ ἀνάγκη ἔσται τὸ α τοῦ Γ κατηγορεῖσθαι ἐν τῷ τί ἐστιν. εἰ τὸ μὲν α τοῦ β ἐν τῷ τί ἐστι, μὴ καθ' ὅσων δὲ τὸ β ἐν τῷ τί ἐστι. τὸ δὴ τί ἐστιν, ἄμφω ταῦτα ἕξει. ἔσται ἄρα καὶ τὸ β κατὰ τοῦ Γ, τὸ τί ἐστιν. εἰ δὴ τὸ τί ἐστι, καὶ τὸ τί ἦν εἶναι, ἄμφω ἔχει ἐπὶ μέσου ὅρου ἔσται πρότερον τὸ τί ἦν εἶναι.

2 Ὅλως τε, εἰ ἔστι δεῖξαι τί ἐστιν ἄνθρωπος, ἔστω τὸ Γ, ἄνθρωπος· τὸ δὲ α, τὸ τί ἐστιν, εἴτε ζῷον δίπουν, εἴτε ἄλλο τι. εἰ τοίνυν συλλογιεῖται, ἀνάγκη κατὰ τοῦ β τὸ α παντὸς κατηγορεῖσθαι. τούτου δ' ἔσται ἄλλος λόγος μέσος. ὥστε καὶ τοῦτο ἔσται τί ἐστιν ἄνθρωπος. λαμβάνει οὖν, ὃ δεῖ δεῖξαι. καὶ γὰρ τὸ β ἐστι τί ἐστιν ἄνθρωπος. 3 Δεῖ δ' ἐν ταῖς δυσὶ προτάσεσι καὶ τοῖς πρώτοις καὶ ἀμέσοις σκοπεῖν· μάλιστα γὰρ φανερὸν τὸ λεγόμενον γίνεται. Οἱ μὲν οὖν διὰ τὸ ἀντιστρέφειν δεικνύντες τί ἐστι ψυχή, ἢ τί ἐστιν ἄνθρωπος, ἢ ἄλλο ὁποιοῦν τῶν ὄντων, τὸ ἐξ ἀρχῆς αἰτοῦνται. οἷον, εἴ τις ἀξιώσειε ψυχὴν εἶναι τὸ αὐτὸ ἑαυτῷ αἴτιον τοῦ ζῆν· τοῦτο δ' ἀριθμὸν αὐτὸν ἑαυτὸν κινοῦντα. ἀνάγκη γὰρ αἰτῆσαι τὴν ψυχήν, ὅπερ ἀριθμὸν εἶναι αὐτὸν ἑαυτὸν κινοῦντα, οὕτως ὡς τὸ αὐτὸ ὄν. 4 Οὐ γάρ, εἰ ἀκολουθεῖ τὸ α τῷ β, καὶ τοῦτο τῷ Γ, ἔσται τῷ γ τὸ α,

procari. atqui ſi τὸ α ineſt omni Γ in *quæſtione* quid eſt, & vniuerſaliter τὸ β dicitur de omni Γ in *quæſtione* quid eſt: neceſſe *eſt* etiã τὸ α dici de Γ in *quæſtione* quid eſt. Si quis verò ſine hac geminatione [a] ſumpſerit *principia*: non neceſſe erit vt τὸ α τῷ γ attribuatur in *quæſtione* quid eſt[b]: etiamſi τὸ α de β *dicatur*[c] in *quæſtione* quid eſt, non autẽ τὸ β de quibus *dicitur*[d], *de iis dicatur*[e] in *quæſtione* quid eſt. ergo quid *res* ſit[f], ambo hæc[g] ſignificabunt. itaque etiam τὸ β ſignificabit quid ſit τὸ Γ. Si igitur quid ſit & quiditatẽ ambo[h] ſignificant, in medio termino[i] ante *cõcluſionẽ* cõtinebatur quid res ſit. 2 Et omnino ſi licet probare quid ſit homo: eſto τὸ Γ, homo: τὸ α, quid ſit, ſiue animal bipes, ſiue aliud quidpiam. Si igitur concludetur: neceſſe *eſt*, vt τὸ α attribuatur omni β. huius autẽ erit alia definitio media. quapropter hæc quoque ſignificabit quid ſit homo. Sumit igitur, quod probare oportet: quoniam τὸ β[k] ſignificat quid ſit homo. 3 Oportet autẽ in duabus propoſitionibus & *in primis* atque immediatis *principiis*[l] *hoc* conſiderare: maximè enim perſpicuũ fiet, qđ dicimus. Qui igitur propter reciprocationẽ[m] oſtendũt quid ſit anima, aut quid ſit homo, aut quæuis alia res, poſtulant[n] id quod ab initio *quæſitum fuit*. veluti ſi quis ſibi concedi poſtulet animam[o] eſſe id quod ſibi eſt cauſa viuendi, hoc[p] autem eſſe numerum ſe ipſum mouentem. neceſſe *eſt* enim, vt poſtulet animam eſſe ipſiſſimum numerum ſe ipſum mouentem, adeo vt idem ſint.

4 Non enim ſi conſequens eſt τὸ α τῷ β, atque hoc τῷ γ: *propterea* τὸ α

a Non addens in vtraque propoſitione attributum attribui ſubiecto in quæſtiõe quid eſt, ſed ſimpliciter dicens τὸ α attribui τῷ β, & τὸ β τῷ γ.
b Sed ſimpliciter neceſſe erit vt attribuatur quomodocumque τὸ α τῷ γ.
c In maiori propoſitione.
d In minori propoſitione.
e In concluſione.
f Quid ſit τὸ γ.

21

g Τὸ α, & τὸ β.
h Id eſt, τὸ α maius extremum, & τὸ β medius terminus.
i Nõ ait in maiori extremo: quia quæritur quiditas & definitio τοῦ γ: maius autem extremũ ſumitur in maiori propoſitione vt quiditas τοῦ β: at minus extremũ in minori propoſitione ſumitur vt quiditas ipſius γ. ergo non in maiori, ſed in minori propoſitione petitur quæſitum.
k Quod ſumitur pro medio termino, & attribuitur homini in minori propoſitione.
l Id eſt, in duabus propoſitionibus, in quibus quiditas attribuitur ei cuius eſt quiditas.
m Quia termini ita reciprocantur inter ſe, vt idem ſint: ſicut definitio & definitum, ſeu quiditas & id cuius eſt quiditas, idem ſunt.

22

n In minori propoſitione. o Hæc eſt minor propoſitio. p Hæc eſt maior propoſitio.

erit quiditas τοῦ γ,(ſed tantùm licebit dicere *id* eſſe verũ) ne quidem ſi τὸ α ita dicatur de omni Ϭ, vt τὸ β ſit id ipſum quod τὸ α. etenim animal eſſe, attribuitur τῷ hominem eſſe. hoc enim *effatum* verum *eſt*, quicquid *eſt* hominẽ eſſe, *eſt* animal *eſſe*: (quemadmodum & omnis homo *eſt* animal) ſed nõ ita vt ſint vnum[a]. Si *quis* igitur non ita ſumpſerit *propoſitiones*, non concludetur τὸ α eſſe quiditatem & eſſentiam τοῦ γ. Si verò ita ſumpſerit, ante *concluſionem* ſumet τὸ Ϭ eſſe quiditatem τοῦ γ. quare non fuit demonſtratum: quia ſumpſit *id*, quod in principio *quæſitum fuit*.

a Quia genus non eſt idem quod ſpecies, ſed latiùs patet.

τὸ τί ἦν εἶναι, (ἀλλ' ἀληθὲς εἰπεῖν ἔσται μόνον) οὐδ' εἰ ἔστι τὸ α, ὅπερ τι κατὰ τοῦ β κατηγορεῖται παντός: καὶ γὰρ τὸ ζῴῳ εἶναι, κατηγορεῖται κατὰ τοῦ ἀνθρώπῳ εἶναι· ἀληθὲς γὰρ, πᾶν τὸ ἀνθρώπῳ εἶναι, ζῴῳ εἶναι, (ὥσπερ καὶ πάντα ἄνθρωπον, ζῶον) ἀλλ' οὐχ οὕτως, ὥστε ἓν εἶναι. ἐὰν μὲν οὖν μὴ οὕτω λάβῃ, οὐ συλλογιεῖται, ὅτι τὸ α ἐστὶ τοῦ γ τὸ τί ἦν εἶναι καὶ ἡ οὐσία, ἐὰν δὲ οὕτω λάβῃ, πρότερον ἔσται εἰληφὼς, τοῦ γ τὸ τί ἦν εἶναι τὸ β. ὥστ' οὐκ ἀποδέδεικται· τὸ γὰρ ἐν ἀρχῇ, εἴληφεν.

Quid ſit, non concludi per diuiſionem.

Cap. v.

1 *Ratio prima, quia methodus diuiſiua petit quæſitum.* 2 *Ratio ſecunda, quia non probat attributum eſſe eſſentiam & quiditatem.* 3 *Ratio tertia à vitiis definitionis, id eſt, ſuperfluitate, defectu, hyperbato.* 4 *Solutio tertiæ rationis, id eſt, ratio vitandi ſuprà dicta vitia.* 5 *Ratio quarta, quia concluſio ſyllogiſmi diuiſiui non eſt definitio.*

Cap. v. 23

necnon iuſtitia & iniuſtitia *perſpici poteſt*: vtriuſq; enim per negationem medium *eſt* interiectum. 11 Præterea quando nō eſt cōtrariū generi, cōſiderare *oportet*, non ſolùm an contrariū, ſed etiā an mediū *ſit* in eodē genere. in quo enim genere *ſunt* extrema, *in eo* & mediū *eſt*: vt in albo & nigro *videre licet*. color enim eſt genus & horū, & interiectorum colorum omniū. Obiectio *eſt*, quòd parū & nimium *ſunt* in eodem genere: ambo enim *ſunt* in eo quod malum eſt: mediocre autem, quod eſt mediū his interiectū, non *eſt* in eo quod eſt malum, ſed in eo quod eſt bonum. 12 Cōſiderare etiā *oportet*, an genus quidē *ſit* contrarium alicui, ſpecies verò nulli. nā ſi genus *eſt* alicui cōtrariū, etiā ſpecies: quēadmodum virtus & vitiū, necnō iuſtitia & iniuſtitia. ſimilitérq; ſi alia conſiderentur, hoc videri poſſit perſpicuū eſſe. Obiectio *eſt* in ſanitate & morbo. ſimpliciter enim ſanitas *eſt* morbo cōtraria: quidam autem morbus, cùm ſit ſpecies morbi, nulli *eſt* contrarium: vt febris & oculorum dolor, & ſinguli alij.

13 Ac ei quidem qui refellit, *hæc* tot modis cōſideranda *ſunt*: quia niſi inſint *hæc* quæ dicta ſunt [a], patet id quod eſt propoſitū, non eſſe genus. 14 Ei verò qui confirmat, tribus modis *conſideranda ſunt*. 15 Primùm quidē, an id quod eſt ſpeciei contrariū, *ſit* in dicto genere, cùm nihil ſit contrariū generi. ſi enim cōtrariū *ſit* in hoc *genere*, patet *in eodem genere eſſe* etiā id quod eſt propoſitū [b]. 16 Præterea an medium *ſit* in dicto genere. in quo. n. ſunt media, *in eo ſunt* etiā extrema [c]. 17 Rurſus ſi quid ſit contrarium generi: conſiderare oportet, an etiā contrarium *ſit* in cōtrario. ſi. n. ſit, patet etiā

a Niſi omnes cōditiones, quas expoſuimus, reperiantur in genere propoſito.

b Vt ſi morbus ſit qualitas, & qualitati nihil repugnet: neceſſe eſt etiam ſanitatem eſſe qualitatem.

c Vt ſi viride aut rubeū eſt ſpecies coloris, etiā album & nigrū ſunt ſpecies coloris.

propoſitam *ſpeciem eſſe* in propoſito *genere* [a].

προκείμενον ἐν τῷ προκειμένῳ.

a Vt ſi iniuſtitia eſt ſpecies vitii, iuſtitia eſt ſpecies virtutis.

Alij loci. Cap. IV.

1 ¶ A caſibus & coniugatis. 2 ¶ A proportione. 3 ¶ Ab ortu, & interitu: 4 necnon ab iis quæ gignendi, vel corrumpendi vim habent, & facultatibus, & vſibus, & quauis ſimilitudine. 5 ¶ A priuatione ſpeciei oppoſita. 6 ¶ A negatione generis. 7 A relatione. Si ſpecies vel genus referatur ad aliquid. 8 Si ſpecies non ad idem referatur ſecundum ſe, & ratione generis: 9 vel non ad idem referatur ratione generis, & ratione generum generis, 10 Si genus & ſpecies non referantur in eiſdem caſibus. 11 Si generis relatio, & ſpeciei relatio non ſimiliter reciprocentur. 12 A numero eorum, ad quæ genus, vel ſpecies referetur. 13 A genere oppoſiti. 14 A ſubiecto in quo ſunt relata.

22 CAP. IV. ITem in caſibus & coniugatis, an ſimiliter conſequantur, *videndum eſt*, ſiue refellatur, ſiue confirmetur. ſimul enim vni & omnibus ineſt, vel non ineſt. veluti ſi iuſtitia *eſt* ſcientia quædam: etiam iuſtè *eſt* ſcienter, & iuſtus *eſt* ſciens. at ſi quid horum nō *ita ſit*: nec aliorum vllum *eſt*.

23 2 Item *conſideranda ſunt*, quæ ſimiliter ſunt inter ſe affecta. veluti iucundum eādem rationem habet ad voluptatem, & vtile ad bonum: vtrúmque enim vtriuſque *eſt* effectiuum. ſi igitur voluptas eſt id quod bonum, etiam iucundum erit id quod vtile. patet enim eſſe boni efficiēs, quandoquidem voluptas *eſt* bonum [b]. 3 Itidem *fit* etiam in generationibus & corruptionibus. vt ſi ædificare *eſt* agere, ædificaſſe *eſt* egiſſe. & ſi diſcere *eſt* recordari, didiciſſe *eſt* recordatum eſſe. & ſi diſſolui *eſt* corrumpi, etiam diſſolutum eſſe *eſt* corruptum eſſe, & diſſolutio *eſt* corruptio quædam.

b In bonis.

4 Itidem etiā in iis quæ gignendi, aut corrumpendi vim habēt, & in facultatibus, & vſibus, & omnino ſecundū quācumque ſimilitudinē, conſiderandum *eſt*, ſiue refellatur, ſiue confirmetur: quemadmodum in generatione & corruptione dicebamus. nā ſi

ΠΆλιν ἐπὶ τῶν πτώσεων καὶ τῶν συστοίχων, εἰ ὁμοίως ἀκολουθοῦσι, καὶ ἀναιροῦντι, καὶ κατασκευάζοντι. ἅμα γὰρ ἑνὶ καὶ πᾶσιν ὑπάρχει, ἢ οὐχ ὑπάρχει. οἷον, εἰ ἡ δικαιοσύνη, ἐπιστήμη τις· καὶ τὸ δικαίως, ἐπιστημόνως· καὶ ὁ δίκαιος, ἐπιστήμων. ἐὰν δὲ τούτων τι μή, οὐδὲ τῶν λοιπῶν οὐδέν. 2 Πάλιν ἐπὶ τῶν ὁμοίως ἐχόντων πρὸς ἄλληλα. οἷον, τὸ ἡδὺ ὁμοίως ἔχει πρὸς τὴν ἡδονήν, καὶ τὸ ὠφέλιμον πρὸς τὸ ἀγαθόν· ἑκάτερον γὰρ ἑκατέρου ποιητικόν. εἰ οὖν ἐστιν ἡ ἡδονὴ ὅπερ ἀγαθόν, καὶ τὸ ἡδὺ ὅπερ ὠφέλιμον ἔσται. δῆλον γὰρ ὅτι ἀγαθοῦ ἂν εἴη ποιητικόν, ἐπειδὴ ἡ ἡδονὴ ἀγαθόν. 3 Ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν γενέσεων, καὶ ἐπὶ τῶν φθορῶν. οἷον, εἰ τὸ οἰκοδομεῖν, ἐνεργεῖν· τὸ ᾠκοδομηκέναι, ἐνηργηκέναι. καὶ εἰ τὸ μανθάνειν, ἀναμιμνήσκεσθαι· τὸ μεμαθηκέναι, ἀναμεμνῆσθαι. καὶ εἰ διαλύεσθαι, φθείρεσθαι· καὶ τὸ διαλελύσθαι, ἐφθάρθαι· καὶ ἡ διάλυσις, φθορά τις. 4 Καὶ ἐπὶ τῶν γεννητικῶν, καὶ φθαρτικῶν, ὡσαύτως· καὶ ἐπὶ τῶν δυνάμεων, καὶ χρήσεων, καὶ ὅλως καθ' ὁποιανοῦν ὁμοιότητα, καὶ ἀναιροῦντι καὶ κατασκευάζοντι σκεπτέον, καθάπερ ἐπὶ τῆς γενέσεως καὶ φθορᾶς ἐλέγομεν. εἰ γὰρ τὸ φθαρ-

φθαρτικὸν διαλυτικόν· καὶ τὸ φθείρεσθαι, διαλύεσθαι. καὶ εἰ τὸ γεννητικὸν, ποιητικὸν καὶ τὸ γίνεσθαι, ποιεῖσθαι· καὶ ἡ γένεσις, ποίησις. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν δυνάμεων, καὶ χρήσεων. καὶ ὅλως εἰ ἡ δύναμις, διάθεσις καὶ τὸ δύνασθαι, διακεῖσθαι. καὶ εἴ τινος ἡ χρῆσις, ἐνέργεια· τὸ χρῆσθαι, ἐνεργεῖν· καὶ τὸ κεχρῆσθαι, ἐνηργηκέναι. 5 Ἐὰν δὲ στέρησις ᾖ τὸ ἀντικείμενον τῷ εἴδει, διχῶς ἔστιν ἀνελεῖν. πρῶτον μὲν, εἰ ἐν τῷ ἀποδοθέντι γένει τὸ ἀντικείμενον. ἢ γὰρ ἁπλῶς ἐν οὐδενὶ γένει τῷ αὐτῷ ἡ στέρησις, ἢ οὐκ ἐν τῷ ἐσχάτῳ. οἷον, εἰ ἡ ὄψις ἐν ἐσχάτῳ γένει τῇ αἰσθήσει, ἡ τυφλότης οὐκ ἔσται αἴσθησις. Δεύτερον δὲ, εἰ καὶ τῷ γένει καὶ τῷ εἴδει ἀντίκειται στέρησις, μὴ ἔστι δὲ τὸ ἀντικείμενον ἐν τῷ ἀντικειμένῳ, οὐδ᾽ ἂν τὸ ἀποδοθὲν ἐν τῷ ἀποδοθέντι εἴη. Ἀναιροῦντι μὲν οὖν, καθάπερ εἴρηται, χρηστέον. Κατασκευάζοντι δὲ, μοναχῶς. εἰ γὰρ τὸ ἀντικείμενον ἐν τῷ ἀντικειμένῳ, καὶ τὸ προκείμενον ἐν τῷ προκειμένῳ ἂν εἴη. οἷον, εἰ ἡ τυφλότης, ἀναισθησία τις· καὶ ἡ ὄψις, αἴσθησις.

6 Πάλιν ἐπὶ τῶν ἀποφάσεων σκοπεῖν ἀνάπαλιν, καθάπερ ἐπὶ τοῦ συμβεβηκότος ἐλέγετο. οἷον, εἰ τὸ ἡδὺ, ὅπερ ἀγαθόν ἐστι· τὸ μὴ ἀγαθὸν, οὐχ ἡδύ. εἰ γὰρ μὴ οὕτως ἔχει, εἴη ἄν τι οὐκ ἀγαθὸν ἡδύ. ἀδύνατον δὲ, εἴπερ τὸ ἀγαθὸν γένος τοῦ ἡδέος, εἶναί τι μὴ ἀγαθὸν ἡδύ. ὧν γὰρ τὸ γένος μὴ κατηγορεῖται, οὐδὲ τῶν εἰδῶν οὐδέν. Καὶ κατασκευάζοντι δὲ, ὡσαύτως σκεπτέον. εἰ γὰρ τὸ μὴ ἀγαθὸν, οὐχ ἡδύ· τὸ ἡδὺ, ἀγαθόν· ὥστε γένος τὸ ἀγαθὸν τοῦ ἡδέος.

corruptiuum *eſt* diſſolutiuum[a], etiam corrumpi *eſt* diſſolui. & ſi generatiuum *eſt* effectiuum[b], etiam gigni *eſt* effici, & generatio *eſt* effectio. ſimiliter *ſit* in poteſtatibus & vſibus. & omninò ſi poteſtas *eſt* affectio. etiam poſſe *eſt* affectum eſſe: & ſi cuius *rei* vſus *eſt* actio, vti *eſt* agere, & vſũ eſſe *eſt* egiſſe. 5 Si vero id quod ſpeciei opponitur, ſit priuatio, dupliciter licet refellere. 24 Primùm quidem, ſi oppoſitũ *ſit* in genere propoſito. vel enim ſimpliciter in nullo eodem genere *eſt* priuatio, vel nõ in *eodem* poſtremo *genere*. vtputa ſi aſpectus, *vt* in extremo genere, *eſt* in ſenſu: cæcitas non erit ſenſus. Deinde ſi & generi & ſpeciei opponatur priuatio, nõ ſit autem oppoſitum in oppoſito: ne quidẽ propoſitum erit in propoſito[c]. Ac is quidem qui refellit, ita vt dictum eſt, vti debet. Qui verò cõfirmat, vno modo *argumẽtabitur*. ſi enim oppoſitum *ſit* in oppoſito, etiam propoſitũ erit in propoſito. veluti ſi cæcitas *eſt* priuatio quædam ſenſus, etiã aſpectus *eſt* ſenſus. 25 6 Rurſus negationes conſiderandæ ſunt ordine commutato, quemadmodum in accidẽte dicebatur[d]. vt ſi quod eſt iucundum, eſt id quod bonum: quod non eſt bonum, non *eſt* iucũdum. niſi enim ita *res* habeat, aliquod non bonum poterit eſſe iucundum: fieri autem nequit, ſi quidem bonum ſit genus iucundi, vt aliquid non bonum ſit iucundum. quibus enim genus nõ attribuitur, ne ſpecierum quidẽ vlla *attribuitur*. Et ſi quis confirmet, itidẽ cõſiderare debet. ſi enim quod non eſt bonũ, non *eſt* iucundũ: quod eſt iucũdũ, *eſt* bonũ: quare bonũ *eſt* genus iucũdi.

a Si quod corrũpẽdi vim habet, diſſoluendi vim habet.

b Quod gignendi vim habet, efficiendi vim habet.

c Vt ſi ignorantia non eſt priuatio ſenſus, ſciẽtia non eſt ſẽſus.

d Lib. 2. cap. 8

26 7 Quòd ſi ſpecies ſit ad aliquid, conſiderare *oportet*, an etiam genus *ſit* ad aliquid. nam ſi ſpecies *refertur* ad aliquid, etiam genus: vt in duplo & multiplo *videre licet*: vtrumque enim *refertur* ad aliquid. ſi verò genus ad aliquid *referatur*, non neceſſe *eſt* etiam ſpeciem *referri*. nam ſciẽtia quidẽ *refertur* ad aliquid, grammatica verò non *item* [a]. An nec id quòd priùs dictum eſt, verũ eſſe videri poſſit? virtus enim *eſt* id quod bonum, & id quod honeſtum: & virtus quidem *refertur* ad aliquid: bonũ autem, & honeſtum non *ſunt* ad aliquid *relata*, ſed qualia. 8 Rurſus *vidẽdũ eſt*, an nõ ad idem referatur ſpecies per ſe, & ratione generis. veluti ſi duplum, dimidii dicitur duplum: etiam multiplum dimidij dici oportet. ſin minùs, multiplum nõ poteſt eſſe genus dupli. 9 Præterea an non ad idem referatur ratione generis, & ratione omnium generum generis. nam ſi duplum dimidij & multiplum eſt, etiam exſuperare dimidium dicetur, & omnino ſecundum omnia ſuperiora genera ad dimidiũ referetur. Obiicitur, quòd non neceſſe *ſit*, per ſe & ratione generis ad idẽ referri: quia ſcientia dicitur *ſciẽtia rei* ſcibilis, habitus autem & affectio, non *rei* ſcibilis, ſed animæ. 10 Item an eodem modo dicantur genus & ſpecies, quod ad caſus *attinet*: veluti an alicui, vel alicuius, vel alio quouis modo dicantur. vt enim ſpecies, *ita* etiam genus *dicitur*. vt *ſit* in duplo & ſuperioribus *generibus*. alicuius enim dicitur & duplum, & multiplum. Similiter *ſit* etiam in ſcientia. alicuius enim diciitur & ipſa *ſcientia*,

7 Ἐὰν δὲ ᾖ πρός τι τὸ εἶδος, σκοπεῖν, εἰ καὶ τὸ γένος, πρός τι. εἰ γὰρ τὸ εἶδος, τῶν πρός τι, καὶ τὸ γένος, καθάπερ ἐπὶ τοῦ διπλασίου καὶ πολλαπλασίου· ἑκάτερον γὰρ, τῶν πρός τι. εἰ δὲ τὸ γένος, τῶν πρός τι, οὐκ ἀνάγκη καὶ τὸ εἶδος. ἡ μὲν γὰρ ἐπιστήμη, τῶν πρός τι· ἡ δὲ γραμματική, οὔ. ἢ οὐδὲ τὸ πρότερον ῥηθὲν, ἀληθὲς ἂν δόξειεν; ἡ γὰρ ἀρετὴ, ὅπερ ἀγαθὸν, καὶ ὅπερ καλόν· καὶ ἡ μὲν ἀρετὴ, τῶν πρός τι· τὸ δὲ ἀγαθὸν, καὶ τὸ καλὸν, οὐ τῶν πρός τι, ἀλλὰ ποιά.

8 Πάλιν, εἰ μὴ πρὸς τὸ αὐτὸ λέγεται τὸ εἶδος, καθ᾽ αὐτό τε, καὶ κατὰ τὸ γένος. οἷον, εἰ τὸ διπλάσιον, ἡμίσεως λέγεται διπλάσιον. καὶ τὸ πολλαπλάσιον, ἡμίσεως δεῖ λέγεσθαι. εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἂν εἴη τὸ πολλαπλάσιον, γένος τοῦ διπλασίου. 9 Ἔτι, εἰ μὴ πρὸς τὸ αὐτὸ κατά τε τὸ γένος λέγεται, καὶ κατὰ πάντα τὰ τοῦ γένους γένη. εἰ γὰρ τὸ διπλάσιον ἡμίσεος, καὶ πολλαπλάσιόν ἐστι· καὶ τὸ ὑπερέχον ἡμίσεος ῥηθήσεται· καὶ ἁπλῶς κατὰ πάντα τὰ ἐπάνω γένη, πρὸς τὸ ἥμισυ ῥηθήσεται. ἔνστασις, ὅτι οὐκ ἀνάγκη καθ᾽ αὑτὸ καὶ κατὰ τὸ γένος πρὸς ταὐτὸ λέγεσθαι. ἡ γὰρ ἐπιστήμη, ἐπιστητοῦ λέγεται· ἕξις δὲ καὶ διάθεσις, οὐκ ἐπιστητοῦ, ἀλλὰ ψυχῆς. 10 Πάλιν, εἰ ὡσαύτως λέγεται τὸ γένος καὶ τὸ εἶδος κατὰ τὰς πτώσεις· οἷον, εἴ τινι, ἤ τινος, ἢ ὁσαχῶς ἄλλως λέγεται. ὡς γὰρ τὸ εἶδος, καὶ τὸ γένος· καθάπερ ἐπὶ τοῦ διπλασίου, καὶ τῶν ἐπάνω. τινὸς γὰρ καὶ τὸ διπλάσιον, καὶ τὸ πολλαπλάσιον. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἐπιστήμης· τινὸς γὰρ καὶ αὐτὴ,

a Vide lib. Categ. cap. 8. part. pen.

καὶ τοῦ γε-

καὶ τὰ γένη· οἷον, ἥ τε διάθεσις, καὶ ἡ ἕξις. ἔνστασις, ὅτι ἐνιαχοῦ οὐχ οὕτω. τὸ μὲν γὰρ διάφορον, καὶ τὸ ἐναντίον, τινί· τὸ δ᾽ ἕτερον. γένος ὂν τούτων, οὔ τινι, ἀλλά τινος· ἕτερον γάρ τινος λέγεται. 11 Πάλιν, εἰ ὁμοίως τὰ πρός τι κατὰ τὰς πτώσεις λεγόμενα, μὴ ὁμοίως ἀντιστρέφει, καθάπερ ἐπὶ τοῦ διπλασίου καὶ τοῦ πολλαπλασίου. ἑκάτερον γὰρ τούτων, τινὸς, καὶ αὐτὸ, καὶ κατὰ τὴν ἀντιστροφὴν λέγεται. τινὸς γὰρ καὶ τὸ ἥμισυ, καὶ τὸ πολλοστημόριον. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἐπιστήμης, καὶ ἐπὶ τῆς ὑπολήψεως· αὗται γάρ τινος· καὶ ἀντιστρέφει ὁμοίως· τό, τε γὰρ ὑποληπτὸν καὶ τὸ ἐπιστητὸν, τινί. εἰ οὖν ἐπί τινος μὴ ὁμοίως ἀντιστρέφει, δῆλον ὅτι οὐ γένος θάτερον θατέρου.

12 Πάλιν, εἰ μὴ πρὸς ἴσα τὸ γένος καὶ τὸ εἶδος λέγεται. ὁμοίως γὰρ καὶ ἰσαχῶς ἑκάτερον δοκεῖ λέγεσθαι· καθάπερ ἐπὶ τῆς δωρεᾶς, καὶ τῆς δόσεως· ἥ τε γὰρ δωρεὰ, καὶ τινὸς καὶ τινὶ λέγεται· καὶ ἡ δόσις, τινὸς, καὶ τινί. ἔστι δὲ ἡ δόσις γένος τῆς δωρεᾶς· ἡ γὰρ δωρεὰ, δόσις ἐστὶν ἀναπόδοτος. ἐπ᾽ ἐνίων δὲ οὐ συμβαίνει πρὸς ἴσα λέγεσθαι· τὸ μὲν γὰρ διπλάσιον, τινὸς διπλάσιον· τὸ δ᾽ ὑπερέχον, καὶ τὸ μεῖζον, τινὸς καὶ τινί. πᾶν γὰρ τὸ ὑπερέχον, καὶ τὸ μεῖζον, τινὶ ὑπερέχει, καὶ τινὸς ὑπερέχει. ὥστ᾽ οὐ γένη τὰ εἰρημένα τοῦ διπλασίου, ἐπειδὴ οὐ πρὸς ἴσα τῷ εἴδει λέγεται. ἢ οὐ καθόλου ἀληθὲς, τὸ πρὸς ἴσα τὸ γένος καὶ τὸ εἶδος λέγεσθαι.

13 Ὁρᾶν δὲ καὶ, εἰ τοῦ ἀντικειμένου τὸ ἀντικείμενον, γένος· οἷον, εἰ τοῦ διπλασίου τὸ πολλαπλάσιον, καὶ τοῦ ἡμίσεως τὸ πολλοστημόριον. δεῖ γὰρ τὸ ἀντικεί-

& *eius* genera, vt affectio & habitus. Obiicitur, quòd interdum non ita *fiat*. nam præſtans, & contrarium alicui dicitur: diuerſum autem, cùm ſit horum genus, non dicitur alicui, ſed ab aliquo: diuerſum enim ab aliquo dicitur. 11 Item *videndum eſt* an ea, quæ ſimiliter, quantum ad caſus, dicuntur, non ſimiliter reciprocétur: vt *fit* in duplo & multiplo. horum enim vtrumque alicuius dicitur & ipſum, & ſecũdum reciprocationem. alicuius enim dicitur & dimidium, & ſubmultiplum. itidémque *fit* in ſcientia & in exiſtimatione: hæ namque *dicuntur* eſſe alicuius: & ſimiliter fit reciprocatio: quoniã aliquo [a] exiſtimabile & ſcibile *eſſe dicitur*. Si igitur in aliquo nõ ſimiliter reciprocatur: patet, alterum non *eſſe* genus alterius.

a Id eſt, exiſtimatione, & ſciẽtia.

12 Item *videndum eſt*, an non ad totidem genus & ſpecies referãtur. ſimiliter [b] enim, & ad totidẽ referri vtrumque videtur: vt *fit* in donatione & datione. nam & donatio alicuius & alicui dicitur, & datio alicuius & alicui: datio autem eſt genus donationis: nam donatio eſt datio non reſtituenda. Quædam autem non contingit ad totidem referri. nã duplum *eſt* alicuius duplum. exſuperans autem & excellens [c], aliquod & aliquo. quicquid enim exſuperat, & excellit: aliqua re exſuperat, & aliquam rem exſuperat. quocirca hæc quæ dixi, nõ ſunt genera dupli: quia nõ ad totidẽ ſpecie referũtur. aut nõ vniuerſaliter verũ *eſt*, ad totidẽ gen⁹ & ſpeciẽ referri. 13 Videre etiã *oportet*, an oppoſitum *ſit* oppoſiti genus. vt ſi multiplum *eſt genus* dupli, etiã ſubmultiplũ *eſt genus* dimidij. oportet enim oppoſi-

b In eiſdem caſibus.

c Græcum vocabulum ſignificat maius: ſed verbũ mutaui, vt ſententia conſtaret.

tum eſſe oppoſiti genus. Si quis igitur poſuerit ſcientiam *eſſe* id quod ſenſum, oportebit etiã ſcibile eſſe id quod ſenſibile. ſed nõ *ita* eſt. neque enim omne ſcibile *eſt* ſenſibile: quoniam in rerum intelligibilium numero nõnulla ſcibilia *ſunt*. quare ſenſibile non *eſt* genus ſcibilis. quòd ſi hoc nõ *ſit genus*: ne ſenſus quidem *eſt genus* ſcientiæ. 14 Quoniam autẽ eorum quæ ad aliquid referũtur, alia neceſſariò in illis aut circa illa ſunt ad quæ referuntur, (vt affectio & habitus, & ſymmetria: hæc enim in nulla alia re eſſe poſſunt, quàm in iis ad quas referuntur) alia verò non neceſſe *eſt* in illis ineſſe ad quæ referuntur, contingit tamẽ *ineſſe*, (vt ſi anima *ſit* res ſcibilis. nihil enim vetat, quo minùs anima ſui ipſius ſcientiam habeat: non tamen neceſſe *eſt*, quia poteſt & in alio hæc ipſa *ſcientia* ineſſe) alia verò ſimpliciter non poſſunt in illis ineſſe ad quæ referuntur: (vt contrarium *non poteſt eſſe* in cõtrario: nec ſcientia in ſcibili: niſi accidat vt id quod eſt ſcibile, ſit anima vel homo) conſiderare igitur oportet, an aliquis quod tale eſt, poſuerit in genere nõ tali. cuiuſmodi *eſt*, ſi quis dixerit memoriam eſſe manſionẽ[a] ſciẽtiæ. omnis enim manſio in eo quod manet, & circa illud *eſt*. quapropter etiam ſcientiæ manſio *debet eſſe* in ſcientia. memoria igitur *eſt* in ſcientia, quia eſt manſio ſcientiæ. hoc autem nequit[b], quoniã omnis memoria *eſt* in anima. Hic autẽ locus etiã ad accidens pertinet. nihil enim refert, vtrùm mãſio dicatur eſſe ren' memoriæ, an dicatur ei ac-

a Permanſionẽ, retentionem.

b Eſt impoſſibile.

μένον τοῦ ἀντικειμένου γένος ἐστί. εἰ οὖν τις θείη τὴν ἐπιστήμην ὅπερ αἴσθησιν, δεήσει καὶ τὸ ἐπιστητὸν ὅπερ αἰσθητὸν εἶναι. οὐκ ἔστι δέ· οὐδὲ γὰρ πᾶν τὸ ἐπιστητὸν, αἰσθητόν· καὶ γὰρ τῶν νοητῶν ἔνια, ἐπιστητά. ὥστ' οὐ γένος τὸ αἰσθητὸν τοῦ ἐπιστητοῦ. εἰ δὲ τοῦτο μὴ, οὐδ' ἡ αἴσθησις τῆς ἐπιστήμης.

14 Ἐπεὶ δὲ τῶν πρός τι λεγομένων, τὰ μὲν, ἐξ ἀνάγκης ἐν ἐκείνοις ἢ περὶ ἐκεῖνά ἐστι πρὸς ἅ ποτε τυγχάνει λεγόμενα· (οἷον, ἡ διάθεσις καὶ ἡ ἕξις, καὶ ἡ συμμετρία· ἐν ἄλλῳ γὰρ οὐδενὶ δυνατὸν ὑπάρχειν τὰ εἰρημένα, ἢ ἐν ἐκείνοις πρὸς ἃ λέγεται) τὰ δ', οὐκ ἀνάγκη μὲν ἐκείνοις ὑπάρχειν πρὸς ἅ ποτε λέγεται, ἐνδέχεται δέ· (οἷον, εἰ ἐπιστητὸν ἡ ψυχή· οὐδὲν γὰρ κωλύει τὴν αὐτῆς ἐπιστήμην ἔχειν τὴν ψυχήν· οὐκ ἀναγκαῖον δέ· δυνατὸν γὰρ καὶ ἐν ἄλλῳ ὑπάρχειν τὴν αὐτὴν ταύτην) τὰ δὲ, ἁπλῶς οὐκ ἐνδέχεται ἐν ἐκείνοις ὑπάρχειν, πρὸς ἅ ποτε τυγχάνει λεγόμενα· (οἷον τὸ ἐναντίον ἐν τῷ ἐναντίῳ· οὐδὲ τὴν ἐπιστήμην ἐν τῷ ἐπιστητῷ. ἐὰν μὴ τυγχάνῃ τὸ ἐπιστητὸν, ψυχὴ ἢ ἄνθρωπος ὄν) σκοπεῖν οὖν χρὴ, ἐάν τις εἰς γένος θῇ τὸ τοιοῦτον εἰς τὸ μὴ τοιοῦτον. οἷον, εἰ τὴν μνήμην, μονὴν ἐπιστήμης εἴποι. πᾶσα γὰρ μονὴ, ἐν τῷ μένοντι, καὶ περὶ ἐκεῖνο· ὥστε καὶ ἡ τῆς ἐπιστήμης μονὴ, ἐν τῇ ἐπιστήμῃ. ἡ μνήμη ἄρα ἐν τῇ ἐπιστήμῃ· ἐπειδὴ μονὴ τῆς ἐπιστήμης ἐστί. τοῦτο δ' οὐκ ἐνδέχεται. μνήμη γὰρ πᾶσα, ἐν ψυχῇ. Ἔστι δ' ὁ εἰρημένος τόπος, καὶ πρὸς τὸ συμβεβηκὸς κοινός. οὐδὲν γὰρ διαφέρει, τῆς μνήμης γένος τὴν μονὴν εἰπεῖν, ἢ συμβεβηκέναι φάσκειν αὐτῇ τοῦτο.

τοῦτο. εἰ γὰρ ὁπωσοῦν ἐστιν ἡ μνήμη, μονὴ ἐπιστήμης, ὁ αὐτὸς ἁρμόσει περὶ αὐτῆς λόγος.

cidere. nam ſi quouis modo memoria eſt manſio ſcientiæ, hæc eadem de ea ratio conueniet.

Alij loci. Cap. v.

1 Si habitus ad actum reducatur, vel actus ad habitum. 2 Si habitus ad facultatem referatur. 3 Si conſequens pro genere ponatur. 4 Si non in eodem ſubiecto ſint genus & ſpecies. 5 Si ſpecies ſit generis particeps ex parte. 6 Si genus ſit pars ſpeciei. 7 Si id quod vituperandum & fugiendum eſt, ad facultatem, ſiue ad id quod poteſt, referatur. 8 Si id quod eſt per ſe honorabile: ad facultatem, vel ad id quod poteſt, vel ad effectiuum referatur. 9 Si in vno genere ponatur, quod eſt in duobus. 10 Si genus pro differentia ſumatur, & differētia pro genere. 11 Si affectio dicatur eſſe ſpecies, 12 vel genus ſubiecti.

Πάλιν εἰ τὴν ἕξιν εἰς τὴν ἐνέργειαν ἔθηκεν, ἢ τὴν ἐνέργειαν εἰς τὴν ἕξιν, οὐκ ἔστι γένος τὸ τοιοῦτον· οἷον, εἰ τὴν αἴσθησιν, κίνησιν διὰ σώματος· ἡ μὲν γὰρ αἴσθησις, ἕξις· ἡ δὲ κίνησις, ἐνέργεια. ὁμοίως δὲ καὶ εἰ τὴν μνήμην, ἕξιν καθεκτικὴν ὑπολήψεως εἶπεν. οὐδεμία γὰρ μνήμη, ἕξις, ἀλλὰ μᾶλλον ἐνέργεια.

2 Διαμαρτάνουσι δὲ καὶ οἱ τὴν ἕξιν εἰς τὴν ἀκολουθοῦσαν δύναμιν τάττοντες· οἷον, τὴν πρᾳότητα, ἐγκράτειαν ὀργῆς· καὶ τὴν ἀνδρείαν καὶ τὴν δικαιοσύνην, φόβων καὶ κερδῶν ἐγκράτειαν. ἀνδρεῖος μὲν γὰρ καὶ πρᾶος ὁ ἀπαθὴς λέγεται· ἐγκρατὴς δὲ, ὁ πάσχων καὶ μὴ ἀγόμενος. ἴσως μὲν οὖν ἀκολουθεῖ δύναμις ἑκατέρῳ τοιαύτη, ὥστ', εἰ πάθοι, μὴ ἄγεσθαι, ἀλλὰ κρατεῖν. οὐ μὴν τοῦτό γε ἐστι τῷ μὲν ἀνδρείῳ, τῷ δὲ πρᾴῳ εἶναι, ἀλλὰ τὸ ὅλως μὴ πάσχειν ὑπὸ τῶν τοιούτων μηδέν. 3 Ἐνίοτε δὲ καὶ τὸ παρακολουθοῦν ὁπωσοῦν, ὡς γένος τιθέασιν· οἷον, τὴν λύπην τῆς ὀργῆς, καὶ τὴν ὑπόληψιν τῆς πίστεως. ἄμφω γὰρ τὰ εἰρημένα παρακολουθεῖ μὲν τρόπον τινὰ τοῖς ἀποδοθεῖσιν εἴδεσιν· οὐδέτερον δ' αὐτῶν γένος ἐστί.

Præterea ſi habitum ad actū retulerit, vel actum ad habitum: id non eſt genus. veluti ſi *dixerit* ſenſum *eſſe* motum per corpus. nam ſenſus *eſt* habitus: motus verò *eſt* actus. item ſi dixerit memoriam *eſſe* habitū retinendæ exiſtimationis: nulla enim memoria *eſt* habitus, ſed potiùs actus. CAP. V. 27

2 Peccant etiam, qui habitum ad conſequentem facultatem reducunt: vt *qui dicant* clementiam *eſſe* continentiam iræ, & fortitudinem ac iuſtitiam *eſſe* continentiam metus & lucri. Fortis[a] enim & clemens dicitur, qui eſt perturbatione vacuus: continēs autem, qui à perturbatione, in qua eſt, non trahitur. Fortaſſe autem vtrique cōſequens eſt talis facultas, vt, ſi in perturbatione eſſet, non traheretur, ſed *eam* vinceret. nō tamē hæc eſt *viri* fortis vel clementis eſſentia, ſed omnino ab his perturbationibus non affici. 28

[a] Vide lib. 6. Ethic. Nicom.

3 Interdum verò & quod quoquo modo conſequens eſt, quaſi genus ponunt: vt dolorem *genus* iræ, & exiſtimationem fidei. ambo enim illa conſequentia ſunt aliquo modo his ſpeciebus: ſed neutrum eorum eſt genus

nam qui iraſcitur, dolet, cùm in eo dolor præceſſerit. quãdoquidem non ira doloris, ſed dolor iræ cauſa *eſt*, quare ſimpliciter ira non eſt dolor. Secundũ hæc nec fides *eſt* exiſtimatio: quia fieri poteſt, vt aliquis fidem non habens, eandem exiſtimationẽ habeat. quod fieri nequit, ſi fides *eſt* ſpecies exiſtimationis. non poteſt enim quidpiam idem permanere, ſi ex ſpecie omnino mutatum ſit: quemadmodum idem animal non *poteſt* interdum eſſe homo, interdum nõ *homo*. Quòd ſi quis dixerit, neceſſariò eũ qui exiſtimat, etiã credere: æqualiter[a] exiſtimatio & opinio dicentur. quocirca ne ſic quidem poteſt eſſe genus: quoniam oportet ge-
26 nus de pluribus dici. 4 Videre etiam *oportet*, an naturâ comparatum ſit vt in eodẽ aliquo *ſubiecto* ambo inſint. in quo enim ineſt genus, *ineſt* etiã ſpecies: vt in quo albor, etiam color: & in quo grammatica, etiam ſcientia. Si quis igitur dixerit verecundiã *eſſe* metum, aut iram *eſſe* dolorẽ: non accidet, vt in eodẽ & genus & ſpecies inſint. nam verecũdia *eſt* in *parte animæ* ratiocinatiua, metus autem in iraſcibili. ac dolor quidẽ in concupiſcibili, quoniam in hac *eſt* etiam voluptas: ira autem in cõcupiſcibili. quare ea quæ allata fuerunt, non ſunt genera: quia nõ eſt naturâ comparatum, vt inſint in eodem *ſubiecto*, in quo *inſunt* ſpecies. Similitérque ſi amicitia *eſt* in concupiſcibili, non poteſt eſſe volũtas quædam: omnis enim voluntas *eſt* in *parte* ratiocinatiua. Vtilis autem eſt hic locus etiã ad accidẽs *examinandũ*: quoniam in eodẽ *ſunt* accidẽs[b] & id cui accidit.

[a] De totidem

[b] Ad differendũ de problemate accidentis.

ὁ μὲν γὰρ ὀργιζόμενος λυπεῖται, προτέρας ἐν αὐτῷ τῆς λύπης γενομένης. οὐ γὰρ ἡ ὀργὴ τῆς λύπης, ἀλλ' ἡ λύπη τῆς ὀργῆς αἰτία. ὥσθ' ἁπλῶς ἡ ὀργὴ οὐκ ἔστι λύπη. κατὰ ταῦτα δὲ οὐδ' ἡ πίστις ὑπόληψις. ἐνδέχεται γὰρ τὴν αὐτὴν ὑπόληψιν, καὶ μὴ πιστεύοντα ἔχειν. οὐκ ἐνδέχεται δ', εἴπερ ἡ πίστις εἶδος τῆς ὑπολήψεως. οὐ γὰρ ἐνδέχεται τι τὸ αὐτὸ ἔτι διαμένειν, εἴπερ ἐκ τοῦ εἴδους ὅλως μεταβάλη· καθάπερ οὐδὲ τὸ αὐτὸ ζῶον, ὁτὲ μὲν ἄνθρωπον εἶναι, ὁτὲ δὲ μή. ἐὰν δέ τις φῇ ἐξ ἀνάγκης τὸν ὑπολαμβάνοντα καὶ πιστεύειν, ἐπ' ἴσων ἡ ὑπόληψις καὶ ἡ πίστις ῥηθήσεται. ὥστε οὐδ' ἂν οὕτως εἴη γένος· ἐπὶ πλεῖον γὰρ δεῖ λέγεσθαι τὸ γένος.

4 Ὁρᾶν δὲ καὶ εἰ ἔν τινι τῷ αὐτῷ πέφυκεν ἄμφω γίνεσθαι. ἐν ᾧ γὰρ τὸ εἶδος, καὶ τὸ γένος· οἷον, ἐν ᾧ τὸ λευκὸν, καὶ τὸ χρῶμα. καὶ ἐν ᾧ γραμματικὴ, καὶ ἐπιστήμη. ἐὰν οὖν τις τὴν αἰσχύνην φόβον εἴπῃ, ἢ τὴν ὀργὴν λύπην· οὐ συμβήσεται ἐν τῷ αὐτῷ τὸ, τε γένος τὸ εἶδος ὑπάρχειν. ἡ μὲν γὰρ αἰσχύνη, ἐν τῷ λογιστικῷ· ὁ δὲ φόβος, ἐν τῷ θυμοειδεῖ. καὶ ἡ μὲν λύπη, ἐν τῷ ἐπιθυμητικῷ, ἐν τούτῳ γὰρ καὶ ἡ ἡδονή· ἡ δὲ ὀργὴ, ἐν τῷ θυμοειδεῖ. ὥστ' οὐ γένη τὰ ἀποδοθέντα, ἐπειδὴ οὐκ ἐν τῷ αὐτῷ τοῖς εἴδεσι πέφυκε γίνεσθαι. ὁμοίως δὲ καὶ εἰ ἡ φιλία ἐν τῷ ἐπιθυμητικῷ, οὐκ ἂν εἴη βούλησίς τις. πᾶσα γὰρ βούλησις ἐν τῷ λογιστικῷ. Χρήσιμος δ' ὁ τόπος καὶ πρὸς τὸ συμβεβηκός. ἐν τῷ αὐτῷ γὰρ τὸ συμβεβηκὸς, καὶ ᾧ συμβέβηκεν.

ὥστ' αὐ-

ὥστ᾽ ἂν μὴ ἐν τῷ αὐτῷ φαίνηται, δῆλον ὅτι οὐ συμβέβηκεν. 5 Ἔτι, εἰ κατά τι τὸ εἶδος τοῦ εἰρημένου γένους μετέχει· οὐ δοκεῖ γὰρ κατά τι μετέχεσθαι τὸ γένος· οὐ γάρ ἐστιν ὁ ἄνθρωπος κατά τι ζῷον, οὐδ᾽ ἡ γραμματικὴ κατά τι ἐπιστήμη. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. σκοπεῖν οὖν, εἰ ἐπί τινων κατά τι μετέχεται τὸ γένος. οἷον, εἰ τὸ ζῷον ὅπερ αἰσθητὸν ἢ ὁρατὸν εἴρηται. κατά τι γὰρ αἰσθητὸν καὶ ὁρατὸν τὸ ζῷον. κατὰ τὸ σῶμα γὰρ, αἰσθητὸν καὶ ὁρατόν, κατὰ δὲ τὴν ψυχὴν οὔ. ὥστε οὐκ ἂν εἴη γένος τοῦ ζῴου, τὸ ὁρατὸν καὶ τὸ αἰσθητόν. 6 Λανθάνουσι δ᾽ ἐνίοτε καὶ τὸ ὅλον εἰς τὸ μέρος τιθέντες. οἷον, τὸ ζῷον, σῶμα ἔμψυχον. οὐδαμῶς δὲ τὸ μέρος τοῦ ὅλου κατηγορεῖται. ὥστ᾽ οὐκ ἂν εἴη τὸ σῶμα, γένος τοῦ ζῴου, ἐπειδὴ μέρος ἐστίν. 7 Ὁρᾷν δὲ καὶ εἴ τι τῶν ψεκτῶν ἢ φευκτῶν εἰς δύναμιν ἢ τὸ δυνατὸν ἔθηκεν· οἷον, τὸν σοφιστὴν, τὸν δυνάμενον ἀπὸ φαινομένης σοφίας χρηματίζεσθαι. ἢ διάβολον, τὸν δυνάμενον διαβάλλειν, καὶ ἐχθροὺς ποιεῖν τοὺς φίλους· ἢ κλέπτην, τὸν δυνάμενον τὰ ἀλλότρια λάθρα κλέπτειν. οὐδεὶς γὰρ τῶν εἰρημένων, τῷ δυνατὸς εἶναί τι τούτων, τοιοῦτος λέγεται. δύναται μὲν γὰρ καὶ ὁ Θεὸς, καὶ ὁ σπουδαῖος τὰ φαῦλα δρᾷν, ἀλλ᾽ οὐκ εἰσὶ τοιοῦτοι. πάντες γὰρ οἱ φαῦλοι κατὰ προαίρεσιν λέγονται. Ἔτι πᾶσαι αἱ δυνάμεις τῶν αἱρετῶν· καὶ γὰρ αἱ τῶν φαύλων δυνάμεις αἱρεταί. διὸ καὶ τὸν Θεὸν καὶ τὸν σπουδαῖον ἔχειν φαμὲν αὐτάς. δυνατοὺς γάρ φαμεν εἶναι τὰ φαῦλα πράττειν.

quamobrem niſi in eodem *eſſe* videantur, conſtat non accidere. 5 Præterea *videndum eſt*, an ex 30
parte ſpecies ſit eius particeps, quod dicitur eſſe genus: quia nō videtur genus communicari ex parte. non enim homo eſt quadamtenus animal, neque grammatica *eſt* quadantenus ſciētia. ſimilis *eſt* ceterorū ratio. Conſiderare igitur *oportet*, an cū quibuſdam ex parte genus comunicetur. quale *eſt*, ſi animal dictum ſit *eſſe* id quod ſenſibile, aut viſibile: quoniam animal *eſt* ex parte ſenſibile & viſibile: quandoquidem ratione corporis *eſt* ſēſibile & viſibile, ratione autem animæ nō *item*. quare viſibile & ſenſibile non poſſunt eſſe genera animaliū. 6 Interdum etiam 31
non animaduertūt, ſe totum ad partem reducere: vt *qui dicunt* animal *eſſe* corpus animatum. atqui nullo modo pars toti attribuitur. quare corpus non poteſt eſſe genus animalis, cùm ſit pars. 7 Videre etiam *oportet*, an ali- 32
quid vituperandum vel fugiendum, ad facultatē, vel ad id quod poteſt, retulerit. quale *eſt*, *ſi dixerit* ſophiſtā eſſe eum qui poteſt ex ſapiētia, qua videtur eſſe præditus, lucrari: aut calumniatorē, eum qui poteſt calumniari, & ex amicis inimicos facere: aut furē, eum qui poteſt aliena clam furari. nullus enim eorum quos dixi, talis eſſe dicitur, quia poſſit aliquid horum facere. poteſt enim & Deus, & *vir* probus, quę mala ſunt, efficere: nō tamē tales ſunt: omnes enim improbi ex prælectione nominantur. Præterea omnes facultates *ſunt in* rerum eligendarum *numero*. nam & improborum facultates *ſunt* eligendæ. idcirco & Deum & *virum* bonum dicimus eas habere: dicimus enim eos poſſe quæ mala ſunt, agere.

Quare facultas nullius rei vituperandæ genus eſſe poteſt. alioquin accidet, vt aliquid quod ſit vituperandum, ſit eligendum: erit enim aliqua facultas vituperanda.
33 8 *Videndum* etiam *eſt*, an aliquid eorum quæ ſunt per ſe honorabilia vel eligenda, ad facultatem, vel ad id quod poteſt, vel ad effectiuũ retulerit. omnis enim facultas, & quicquid poteſt, aut efficiẽdi vim habet, propter aliud *eſt* eligendum.
34 9 Vel an aliquid eorum, quæ in duob[9] pluribúſve generibus *collocátur*, ad vnum reduxerit. quædam enim non licet ad vnum genus referre: vt impoſtorẽ, & calumniatorem. etenim nec qui conſilium capit, cùm *efficere* non poſſit, nec qui *efficere* poteſt, niſi cõſiliũ capiat, calumniator *eſt*, vel impoſtor: ſed qui ambo hæc habet: quamobrẽ ea quę dicta ſűt[a], non in vno genere, ſed in vtroque poni debẽt.
35 10 Præterea interdum vice verſa genus ponũt pro differentia, & differentiam pro genere. *vt qui dicũt* ſtuporẽ *eſſe* exſuperantiam admirationis, & fidem *eſſe* vehementiam exiſtimationis. nam neq; exſuperãtia, neq; vehementia *eſt* genus, ſed differentia. ſtupor enim videtur *eſſe* admiratio exſuperãs[b]: & fides, exiſtimatio vehemens. quare admiratio & exiſtimatio ſunt genera: exſuperantia verò & vehementia, differentiæ. Præterea, ſi quis exſuperantiam & magnitudinẽ pro genere acceperit, etiam res inanimæ fidẽ habebũt, & obſtupeſcẽt. cuiuſq; enim rei vehemẽtia & exſuperãtia ineſt in eã re, cuius eſt vehementia & exſuperantia. ſi igitur ſtupor eſt exſuperantia admirationis, inerit in admiratione ſtupor, quapropter admiratio obſtupeſcet

a Impoſtor & calumniator.

b Nimia.

ὥστε οὐδενὸς ἂν εἴη ψεκτοῦ γένος ἡ δύναμις. εἰ δὲ μὴ, συμβήσεταί τι τῶν ψεκτῶν, αἱρετὸν εἶναι· ἔσται γάρ τις δύναμις ψεκτή. 8 Καὶ εἴ τι τῶν δι᾽ αὑτὸ τιμίων ἢ αἱρετῶν, εἰς δύναμιν, ἢ τὸ δυνατὸν, ἢ τὸ ποιητικὸν ἔθηκε. πᾶσα γὰρ δύναμις, καὶ πᾶν τὸ δυνατὸν, ἢ τὸ ποιητικὸν, δι᾽ ἄλλο αἱρετόν. 9 Ἢ εἴ τι τῶν ἐν δυσὶ γένεσιν ἢ πλείοσιν, εἰς θάτερον ἔθηκεν. ἔνια γὰρ οὐκ ἔστιν εἰς ἓν γένος θεῖναι· οἷον, τὸν φένακα, καὶ τὸν διάβολον. οὔτε γὰρ ὁ προαιρούμενος, ἀδυνατῶν δέ· οὔτε ὁ δυνάμενος μὲν, μὴ προαιρούμενος δὲ, διάβολος ἢ φέναξ· ἀλλ᾽ ὁ ἄμφω ταῦτα ἔχων. ὥστ᾽ οὐ θετέον εἰς ἓν γένος, ἀλλ᾽ εἰς ἀμφότερα, τὰ εἰρημένα. 10 Ἔτι, ἐνίοτε ἀνάπαλιν τὸ μὲν γένος, ὡς διαφορὰν ἀποδιδόασι· τὴν δὲ διαφορὰν, ὡς γένος· οἷον, τὴν ἔκπληξιν, ὑπερβολὴν θαυμασιότητος· καὶ τὴν πίστιν, σφοδρότητα ὑπολήψεως. οὔτε γὰρ ἡ ὑπερβολὴ, οὔτε ἡ σφοδρότης, γένος, ἀλλὰ διαφορά. δοκεῖ γὰρ ἡ ἔκπληξις, θαυμασιότης εἶναι ὑπερβάλλουσα· καὶ ἡ πίστις, ὑπόληψις σφοδρά. ὥστε γένος ἡ θαυμασιότης, καὶ ἡ ὑπόληψίς ἐστιν· ἡ δὲ ὑπερβολὴ καὶ ἡ σφοδρότης, διαφορά. Ἔτι, εἴ τις τὴν ὑπερβολὴν καὶ τὴν σφοδρότητα ὡς γένος ἀποδώσει, τὰ ἄψυχα πιστεύσει καὶ ἐκπλαγήσεται. ἡ γὰρ ἑκάστου σφοδρότης καὶ ὑπερβολὴ πάρεστιν ἐκείνῳ, οὗ ἐστι σφοδρότης καὶ ὑπερβολή. εἰ οὖν ἡ ἔκπληξις, ὑπερβολή ἐστι θαυμασιότητος, παρέσται τῇ θαυμασιότητι ἡ ἔκπληξις. ὥστε ἡ θαυμασιότης ἐκπλαγήσεται.

ὁμοίως

ὁμοίως δὲ καὶ ἡ πίστις παρέσται τῇ ὑπολήψει, εἴπερ σφοδρότης ὑπολήψεώς ἐστιν. ὥστε ἡ ὑπόληψις πιστεύσει. Ἔτι συμβήσεται τῷ οὕτως ἀποδιδόντι, σφοδρότητα σφοδρὰν λέγειν, καὶ ὑπερβολὴν ὑπερβάλλουσαν. ἔστι γάρ τις πίστις σφοδρά. εἰ οὖν ἡ πίστις σφοδρότης ἐστὶ, σφοδρότης ἂν εἴη σφοδρά. ὁμοίως δὲ καὶ ἔκπληξίς τίς ἐστιν ὑπερβάλλουσα. εἰ οὖν ἡ ἔκπληξις, ὑπερβολή ἐστιν, ὑπερβολὴ ἂν εἴη ὑπερβάλλουσα. οὐ δοκεῖ δὲ οὐδέτερον τούτων· ὥσπερ οὐδὲ ἡ ἐπιστήμη ἐπιστητὸν, οὐδὲ ἡ κίνησις κινούμενον. 11 Ἐνίοτε δὲ διαμαρτάνουσι, καὶ τὸ πάθος εἰς γένος τὸ πεπονθὸς τιθέντες· οἷον, ὅσοι τὴν ἀθανασίαν, ζωὴν ἀΐδιόν φασιν εἶναι. πάθος γάρ τι ζωῆς, ἢ σύμπτωμα, ἡ ἀθανασία ἔοικεν εἶναι. ὅτι δ' ἀληθὲς τὸ λεγόμενον, δῆλον ἂν γένοιτο, εἴ τις συγχωρήσειέ τινα ἐκ θνητοῦ ἀθάνατον γίνεσθαι. οὐδεὶς γὰρ φήσει ἑτέραν αὐτὸν ζωὴν λαμβάνειν· ἀλλὰ σύμπτωμά τι, ἢ πάθος αὐτῇ ταύτῃ παραγεγενῆσθαι. ὥστ' οὐ γένος ἡ ζωὴ τῆς ἀθανασίας. 12 Ἔτι, εἰ τοῦ πάθους, οὗ ἐστι πάθος, ἐκεῖνο γένος φασὶν εἶναι. οἷον, τὸ πνεῦμα ἀέρα κινούμενον. μᾶλλον γὰρ κίνησις ἀέρος τὸ πνεῦμα. ὁ γὰρ αὐτὸς ἀὴρ διαμένει, ὅταν τε κινῆται, καὶ ὅταν μένῃ. ὥστ' οὐκ ἔστιν ὅλως ἀὴρ τὸ πνεῦμα· ἦν γὰρ ἂν καὶ μὴ κινουμένου τοῦ ἀέρος πνεῦμα, εἴπερ ὁ αὐτὸς ἀὴρ διαμένει, ὅσπερ ἦν πνεῦμα. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων. εἰ δ' ἄρα καὶ ἐπὶ τούτου δεῖ συγχωρῆσαι, ὅτι ἐστὶν ἀὴρ κινούμενος τὸ πνεῦμα, ἀλλ' οὔτι γε κατὰ πάντων τὸ τοιοῦτον ἀποδεκτέον,

Similitérque fides inerit in exiſtimatione: ſiquidem eſt vehementia exiſtimationis: quamobrem exiſtimatio fidem habebit. Præterea accidit ei qui ita *genus* accipit, vt vehemẽtiam vehemẽtem dicat, & exſuperantiam exſuperantem. nam quædam fides eſt vehemẽs: ſi igitur fides ſit vehementia, certè vehementia erit vehemens. Similiter etiam quidam ſtupor eſt exſuperans[a]. ſi igitur ſtupor ſit exuperãtia, certè exſuperantia erit exſuperans. Atqui horum neutrum *eſſe* videtur[b]: quemadmodum nec ſciẽtia *eſt* res ſcibilis, nec motio *eſt* id quod mouetur. 11 Interdum etiam errãt, affectionem, *quaſi* in genere, ponentes *in* eo quod affectum eſt: vt quicunque aiunt immortalitatẽ eſſe vitam æternam: quoniam immortalitas videtur eſſe affectio quædam ſiue accidens vitæ. quod quidem verum eſſe, perſpicuũ fieri poſſit, ſi quis conceſſerit, aliquem ex mortali immortalem fieri poſſe. nemo enim dicet eum aliam vitam accipere, ſed accidẽs quoddam vel affectionem ei *vitæ quã degebat*, acceſſiſſe. quocirca vita non *eſt* genus immortalitatis.
12 *Errant* etiã, ſi id cuius eſt affectio, dicant eſſe affectionis gen⁹: vt ventum, aërem motum. nam ventus *eſt* potiùs aëris motio: quandoquidem idẽ aër permanet, & cùm mouetur, & cũ ſtat: quare omnino vẽtus nõ eſt aër: alioquin & non moto aëre ventus eſſet: ſiquidem aër idem permanet, qui erat ventus. Similiter *dicendum eſt* de huiuſmodi aliis *rebus*. Sed & ſi cõcedere oporteat ventũ eſſe aërẽ motũ: non tamẽ in omnibus hoc admitti debet,

a Nimium.

b Non vel etiam exſuperãtia eſſe exſuperans, nec magnitudo magna.

36

id eſt, *nō etiā in iis* de quibus nō verè dicitur genus propoſitū, ſed in iis *tantum*, quibus verè attribuitur genus. nam in quibuſdam non videtur verè dici: vt in niue, & *in* luto. niuem enim aiunt eſſe aquam concretam: lutum autem, terram humore temperatā. ſed nec lutum eſt terra: nec nix, aqua. quare ex propoſitis generibus neutrū poteſt eſſe genus. oportet enim genus ſemper verè dici de ſpeciebus. Similiter nec vinum eſt aqua putrefacta, vt Empedocles ait *illo loco*,

--Putrefacta in ligno aqua.

ſimpliciter enim *vinum* non eſt aqua.

καθ' ὧν μὴ ἀληθεύεται τὸ τεθὲν γένος, ἀλλ' ἐφ' ὅσων ἀληθῶς κατηγορεῖται τὸ ἀποδοθὲν γένος. ἐπ' ἐνίων γὰρ οὐ δοκεῖ ἀληθεύεσθαι· οἷον, ὅτι τῆς χιόνος, καὶ τοῦ πηλοῦ. τὴν μὲν γὰρ χιόνα φασὶν ὕδωρ εἶναι πεπηγός· τὸν δὲ πηλὸν, γῆν ὑγρῷ πεφυρμένην. ἔστι δὲ οὔθ' ὁ πηλὸς γῆ, οὔθ' ἡ χιὼν ὕδωρ. ὥστε οὐκ ἂν εἴη γένος, οὐδέτερον τῶν ἀποδοθέντων γενῶν. δεῖ γὰρ τὸ γένος ἀληθεύεσθαι ἀεὶ κατὰ τῶν εἰδῶν. ὁμοίως οὐδ' ὁ οἶνος, ὕδωρ ἐστὶ σεσηπὸς, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς φησι,

-- Σαπὲν ἐν ξύλῳ ὕδωρ.

ἁπλῶς γὰρ οὐκ ἔστιν ὕδωρ.

Alij loci. CAP. VI.

1 Si dicatur alicuius rei genus eſſe id quod nullius rei eſt genus. 2 Si genus vel differētia omnibus rebus conſequens ſit. 3 Si genus ſit in ſpecie vt in ſubiecto. 4 Si non ſit ſynonymum. 5 Si melior ſpecies deteriori generi ſubiiciatur. 6 Si id quod ad duo eodem modo affectum eſt, ad deterius genus referatur. 7 Ab eo quod magis vel æquè vel minus eſt genus, aut ſpecies 14 Si quid multis ſpecie differentibus attribuatur in quæſtione quid eſt. 15 Diſtinctio generis & differentiæ. 16 A denominatis. 17 Si quid ſit ſemper conſequens, nec reciprocetur. 19 Epilogus.

CAP. VI. 37

PRæterea *videndum eſt*, an omnino id quod propoſitū eſt nullius rei ſit genus. manifeſtum enim erit, ne ſpeciei quidē propoſitæ *genus eſſe*, videndum autē eſt ex eo, quod ſpecie *inter ſe* nō differunt ea, quæ participāt propoſitū genus: vt alba: hæc enim ſpecie non differunt inter ſe: omnis autem generis ſpecies differunt. quare album nullius *rei* genus eſſe poteſt. 2 Rurſus *videndum eſt*, an id quod omnibus rebus eſt conſequens, genus vel differentiam *eſſe* dixerit. multa enim *ſunt* omnibus rebus conſequētia, vt ens & vnum *in* eorum *numero* ſunt, quę res omnes conſequūtur. ſi igitur ens pro genere poſuerit: procul dubio *rerum* omnium genus futurum eſt: quoniam eis attribuitur: nulli enim *rei* genus, præterquam ſpeciebus, attribuitur.

ΕΤι, εἰ ὅλως τὸ ἀποδοθὲν, μηδενός ἐστι γένος. δῆλον γὰρ, ὡς οὐδὲ τοῦ λεχθέντος. σκοπεῖν δ' ἐκ τοῦ μηδὲν διαφέρειν εἴδει τὰ μετέχοντα τοῦ ἀποδοθέντος γένους· οἷον, τὰ λευκά· οὐδὲν γὰρ διαφέρει τῷ εἴδει ταῦτ' ἀλλήλων. παντὸς δὲ γένους ἐστὶν εἴδη διάφορα. ὥστ' οὐκ ἂν εἴη τὸ λευκὸν, γένος οὐδενός. 2 Πάλιν, εἰ τὸ πᾶσιν ἀκολουθοῦν, γένος ἢ διαφορὰν εἶπε. πλείω γὰρ τὰ πᾶσιν ἑπόμενα, οἷον, τὸ ὂν, καὶ τὸ ἓν, τῶν πᾶσιν ἑπομένων ἐστίν. εἰ οὖν τὸ ὂν, γένος ἀπέδωκε· δῆλον, ὅτι πάντων ἂν εἴη γένος· ἐπειδὴ κατηγορεῖται αὐτῶν. κατ' οὐδενὸς γὰρ τὸ γένος, ἀλλ' ἢ κατὰ τῶν εἰδῶν, κατηγορεῖται.

ὥστε

ὥστε καὶ τὸ ἓν, εἶδος ἂν εἴη τοῦ ὄντος. συμβαίνει οὖν κατὰ πάντων, ὧν τὸ γένος κατηγορεῖται, καὶ τὸ εἶδος κατηγορεῖσθαι, (ἐπειδὴ καὶ τὸ ὂν καὶ τὸ ἓν κατὰ πάντων ἁπλῶς κατηγορεῖται) δέον ἐπ' ἔλαττον τὸ εἶδος κατηγορεῖσθαι. εἰ δὲ τὸ πᾶσιν ἑπόμενον, διαφορὰν εἶπε· δῆλον, ὅτι ἐπίσης, ἢ ἐπὶ πλέον ἡ διαφορὰ τοῦ γένους ῥηθήσεται. εἰ μὲν γὰρ καὶ τὸ γένος τῶν πᾶσιν ἑπομένων, ἐπίσης. εἰ δὲ μὴ πᾶσιν ἕποιτο τὸ γένος, ὅτι πλέον ἡ διαφορὰ λέγοιτ' ἂν αὐτοῦ. 3 Ἔτι, εἰ ἐν ὑποκειμένῳ τῷ εἴδει τὸ ἀποδοθὲν γένος λέγεται, καθάπερ τὸ λευκὸν ἐπὶ τῆς χιόνος. ὥστε δῆλον ὅτι οὐκ ἂν εἴη γένος. καθ' ὑποκειμένου γὰρ τοῦ εἴδους μόνον τὸ γένος λέγεται. 4 Σκοπεῖν δὲ καὶ, εἰ μὴ συνώνυμον τὸ γένος τῷ εἴδει. κατὰ πάντων γὰρ τῶν εἰδῶν συνωνύμως τὸ γένος κατηγορεῖται.

5 Ἔτι, ὅταν ὄντος τῷ γένει καὶ τῷ εἴδει ἐναντίου, τὸ βέλτιον τῶν ἐναντίων εἰς τὸ χεῖρον γένος τεθῇ· συμβήσεται γὰρ τὸ λοιπὸν ἐν τῷ λοιπῷ εἶναι· ἐπειδὴ τὰ ἐναντία, ἐν τοῖς ἐναντίοις γένεσιν. ὥστε τὸ βέλτιον ἐν τῷ χείρονι ἔσται. δοκεῖ δὲ τοῦ βελτίονος καὶ τὸ γένος βέλτιον εἶναι. 6 Καὶ εἰ τοῦ αὐτοῦ ὁμοίως πρὸς ἄμφω ἔχοντος, εἰς τὸ χεῖρον, καὶ μὴ εἰς τὸ βέλτιον γένος ἔθηκεν· οἷον, τὴν ψυχὴν, ὅπερ κίνησιν, ἢ κινούμενον. ὁμοίως γὰρ ἡ αὐτὴ στατικὴ καὶ κινητικὴ δοκεῖ εἶναι. ὥστ' εἰ βέλτιον ἡ στάσις, εἰς τοῦτο ἔδει τὸ γένος θεῖναι. 7 Ἔτι ἐκ τοῦ μᾶλλον καὶ ἧττον, ἀνασκευάζοντι μὲν, εἰ τὸ γένος δέχεται τὸ μᾶλ

quare etiam vnum erit ſpecies entis. accidit igitur, vt iis omnibus, quibus genus attribuitur,[a] etiam ſpecies attribuatur, (quandoquidem & ens & vnum omnibus *rebus* ſimpliciter attribuuntur) cùm paucioribus ſpeciē attribui oporteat. Si verò id quod omnibus conſequens eſt, differentiam *eſſe* dixerit: patet, de totidem aut de plurib. differentiam quàm genus dictum iri. ſi enim & genꝰ *ſit in* eorum *numero* quæ omnibus conſequentia ſunt, de totidem *dicetur*. ſi verò *genus* non omnibus *rebus* conſequens ſit, de pluribus differentia dicetur, quàm ipſum *genus*. 3 Præterea *videndum eſt*, an in ſubiecta ſpecie propoſitum genꝰ *eſſe* dicatur[a], vt album in niue. itaque perſpicuum *eſt* nō eſſe genus. de ſubiecta enim ſpecie tantùm genus dicitur [b].
4 Cōſiderare[c] etiam *oportet*, an genus & ſpecies nō ſint ſynonyma. omnib. enim ſpeciebus ſynonymus genus attribuitur.
5 Præterea *peccatur*, cùm eſt & generi & ſpeciei aliquid contrarium: & ex cōtrarijs *ſpeciebus* ea quæ melior eſt, ad deterius genus refertur. accidet enim vt reliqua in reliquo ſit: quoniam cōtraria *ſunt* in cōtrarijs generibꝰ. quare melior *ſpecies* erit in deteriori *genere*[d]: videtur autē melioris melius genus eſſe. 6 *Peccat* etiā, ſi cùm eadē res ad vtrumq; ſit eodē modo affecta, ad deterius, non ad melius genus retulerit: vt ſi *dixerit* animam eſſe id quod motionem, vel rem motam. eadem enim videtur æquè habere vim ſiſtendi, ac mouēdi. quare ſi ſtatus *eſt* melior, ad hoc genus referri oportebat. 7 *Præterea* ab *eo quod eſt* magis vel minùs, ei qui refellit, *arguere licet*, ſi genus recipiat intentio-

a An genus ſit in ſpecie vt in ſubiecto, proinde ſit accidens, non genus.
b Genus quà genus, dicitur de ſpeciebus. nam genus & ſpecies auctore Porphyrio, ſunt relata. Ceterùm eadem res poteſt quà genus attribui ſpeciebus, & quà accidens attribui ſubiectis. vt color quà genus, attribuitur albori & nigrori: quà accidens, corpori.
c Coniunge locum expoſitum
38
cap. 3. part. 3.
d Vt iuſtitia & iniuſtitia ſunt contraria: item εὐβουλία & κακοβουλία, id eſt, bona conſultatio &
39
mala conſultatio. Cùm igitur Thraſimachus apud Platonē dicat
40
iniuſtitiā eſſe εὐβουλίαν cogitur fateri iuſtitiā eſſe κακοβουλίαν: proinde meliorem ſpeciem ad deterius genus, deteriorem ad melius reduxit. Aliud exemplū: Contraria ſunt bonum & malū,
14
item voluptas & dolor. ſi igitur voluptas eſt ſpecies mali, dolor eſt ſpecies boni: atqui bonum eſt præferendū malo, & voluptas dolori: ergo præſtantior ſpecies ſubijcietur deteriori generi, de-
42
terior autē præſtantiori,

nem, ſpecies autem nō recipiat, neque ipſa, neq; quod ab ea denominatur. vtputa ſi virtus intentionem capit, etiam iuſtitia & iuſtus *capiunt*: dicitur enim alter altero iuſtior. ſi igitur ꝓpoſitū genus intentionem recipit, ſpecies autem non recipit, nec ipſa, nec quod ab ea denominatur: id quod propoſitum eſt, nō poteſt eſſe genus.

8 Rurſus ſi id quod magis vel æquè *eſſe* videtur, non eſt genus: patet, ne id quidem quod propoſitū fuit, *eſſe genus*. Vtilius autē *eſt* hic locus in ijs maximè, in quibus plura *eſſe* videntur, quæ ſpeciei in *quæſtione* quid eſt attribuantur, nec definitum eſt, nec dicere poſſumus, quodnam eorū *ſit* genus: vtputà iræ & dolor & exiſtimatitio cōtemptionis in *quæſtione* quid eſt videtur attribui. nam qui iraſciturt, dolet, ſéque contemni exiſtimat.

9 Eadem conſideratio *eſt* in ſpecie, ſi cum alia quapiam conferatur. ſi enim quod magis, vel quod æquè videtur eſſe in genere propoſito, non eſt in genere: manifeſtum *eſt*, nec propoſitam omnino ſpeciem in genere eſſe.

10 Qui igitur refellit, ita vt dictum eſt, vti *hoc loco* debet.

11 Confirmanti autem non eſt vtilis locus, ſi & genus & ſpecies intentionem recipiant. nihil enim vetat, cùm ambo recipiant[a], non eſſe alterum alterius genus. nam & album & honeſtum [b] intentionem ſuſcipit, ac neutrum eſt alterius genus.

12 Generum autem & ſpecierū inter ſe collatio vtilis *eſt*. veluti ſi æquè hoc & illud *eſt* genus, alterū autem *eſt* genus, etiā alterū *erit*. Item ſi id quod minùs *eſt genus*, *eſt genus*, etiam quod magis:

a Sub. intentionem.
b Vel, *pulchrū*.

λον, τὸ δὲ εἶδος μὴ δέχεται, μήτ' αὐτό, μήτε τὸ κατ' ἐκεῖνο λεγόμενον. οἷον, εἰ ἡ ἀρετὴ δέχεται τὸ μᾶλλον· καὶ ἡ δικαιοσύνη, καὶ ὁ δίκαιος· λέγεται γὰρ δίκαιος μᾶλλον ἕτερος ἑτέρου. εἰ οὖν τὸ μὲν ἀποδοθὲν γένος δέχεται τὸ μᾶλλον, τὸ δ' εἶδος μὴ δέχεται, μήτ' αὐτό, μήτε τὸ κατ' ἐκεῖνο λεγόμενον· οὐκ ἂν εἴη τὸ ἀποδοθὲν, γένος. 8 Πάλιν, εἰ τὸ μᾶλλον δοκοῦν ἢ ὁμοίως, μή ἐστι γένος, δῆλον ὅτι οὐδὲ τὸ ἀποδοθέν. Χρήσιμος δ' ὁ τόπος ἐστὶν ἐπὶ τῶν τοιούτων μάλιστα, ἐφ' ὅσων πλείω φαίνεται τοῦ εἴδους ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορούμενα, καὶ μὴ διώρισται, μηδ' ἔχομεν εἰπεῖν ποῖον αὐτῶν γένος· οἷον, τῆς ὀργῆς καὶ ἡ λύπη καὶ ἡ ὑπόληψις ὀλιγωρίας ἐν τῷ τί ἐστι δοκεῖ κατηγορεῖσθαι· λυπεῖται γὰρ ὁ ὀργιζόμενος, καὶ ὑπολαμβάνει ὀλιγωρεῖσθαι. 9 Ἡ αὐτὴ δὲ σκέψις ἐστὶ καὶ ἐπὶ τοῦ εἴδους πρὸς ἄλλο τι συγκρίνοντι. εἰ γὰρ τὸ μᾶλλον, ἢ τὸ ὁμοίως δοκοῦν εἶναι ἐν τῷ ἀποδοθέντι γένει, μή ἐστιν ἐν τῷ γένει· δῆλον ὅτι οὐδὲ τὸ ἀποδοθὲν ὅλως εἶδος, εἴη ἂν ἐν τῷ γένει. 10 Ἀναιροῦντι μὲν οὖν, καθάπερ εἴρηται, χρηστέον. 11 Κατασκευάζοντι δέ, εἰ μὲν ἐπιδέχεται τὸ μᾶλλον τὸ ἀποδοθὲν γένος καὶ τὸ εἶδος, οὐ χρήσιμος ὁ τόπος· οὐδὲν γὰρ κωλύει, ἀμφοτέρων ἐπιδεχομένων, μὴ εἶναι θάτερον, θατέρου γένος. τό, τε γὰρ λευκὸν καὶ τὸ καλὸν ἐπιδέχεται τὸ μᾶλλον καὶ οὐδ' ἕτερον, ἑτέρου γένος. 12 Ἡ δὲ τῶν γενῶν καὶ τῶν εἰδῶν πρὸς ἄλληλα σύγκρισις, χρήσιμος. οἷον, εἰ ὁμοίως τόδε καὶ τόδε γένος, εἰ θάτερον γένος, καὶ θάτερον. ὁμοίως δὲ καὶ εἰ τὸ ἧττον, καὶ τὸ μᾶλλον·

οἷον

οἷον, εἰ τῆς ἐγκρατείας μᾶλλον ἡ δύναμις ἢ ἡ ἀρετὴ γένος, ἡ δ' ἀρετὴ γένος, καὶ ἡ δύναμις. 13 Τὰ δ' αὐτὰ καὶ ἐπὶ τοῦ εἴδους ἁρμόσει λέγεσθαι. εἰ γὰρ ὁμοίως τόδε καὶ τόδε τοῦ προκειμένου εἶδος· εἰ θάτερον, εἶδος· καὶ τὸ λοιπόν. καὶ εἰ τὸ ἧττον δοκοῦν, εἶδός ἐστι· καὶ τὸ μᾶλλον. 14 Ἔτι, πρὸς τὸ κατασκευάζειν, σκεπτέον, εἰ καθ' ὧν ἀπεδόθη τὸ γένος, ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορεῖται, μὴ ὄντος ἑνὸς τοῦ ἀποδοθέντος εἴδους, ἀλλὰ καὶ πλειόνων καὶ διαφερόντων· δῆλον γὰρ, ὅτι γένος ἔσται. εἰ δ' ἓν τὸ ἀποδοθὲν εἶδός ἐστι, σκοπεῖν, εἰ καὶ κατὰ τῶν ἄλλων εἰδῶν τὸ γένος ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορεῖται. πάλιν γὰρ συμβήσεται κατὰ πλειόνων αὐτὸ καὶ διαφερόντων κατηγορεῖσθαι, καὶ γένος ὁμολογεῖσθαι. 15 Ἐπεὶ δὲ δοκεῖ τισι καὶ ἡ διαφορὰ ἐν τῷ τί ἐστι τῶν εἰδῶν κατηγορεῖσθαι, χωριστέον τὸ γένος ἀπὸ τῆς διαφορᾶς, χρωμένους τοῖς εἰρημένοις στοιχείοις. πρῶτον μὲν, ὅτι τὸ γένος ἐπὶ πλέον λέγεται τῆς διαφορᾶς. εἶθ' ὅτι καὶ τὴν τί ἐστιν ἀπόδοσιν μᾶλλον ἁρμόττει τὸ γένος, ἢ τὴν διαφορὰν εἰπεῖν· ὁ γὰρ ζῷον εἰπὼν τὸν ἄνθρωπον, μᾶλλον δηλοῖ τί ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, ἢ ὁ πεζὸν εἰπών. καὶ ὅτι ἡ μὲν διαφορὰ ποιότητα τοῦ γένους ἀεὶ σημαίνει. τὸ δὲ γένος, τῆς διαφορᾶς οὔ· ὁ μὲν γὰρ εἰπὼν πεζὸν, ποιόν τι λέγει ζῷον· ὁ δὲ ζῷον εἰπὼν, οὐ λέγει ποιόν τι πεζόν. τὴν μὲν οὖν διαφορὰν ἀπὸ τοῦ γένους οὕτω χωριστέον. 16 Ἐπεὶ δὲ δοκεῖ τὸ μουσικὸν, ᾗ μουσικόν ἐστιν, ἐπιστῆμον εἶναι. καὶ ἡ μουσικὴ ἐπιστήμη τίς ἐστι. καὶ εἰ τὸ βαδίζον, τῷ βαδίζειν κινεῖται. ἡ βα-

veluti ſi continentiæ potiùs genus *ſit* facultas quàm virtus, virtus autem *ſit* genus: etiam facultas *eſt genus*. 13 Eadem de ſpecie dici conueniet. nam ſi æquè hoc & illud *ſit* propoſiti *generis* ſpecies, alterum autem *ſit* ſpecies, etiã reliquum *erit*. & ſi quod minùs videtur, ſpecies eſt: etiam quod magis. 14 Præterea vt confirmetur cõſiderandũ *eſt*, an *iis* quibus aſſignatũ eſt genus in *quæſtione* quid eſt attribuatur, cùm nõ ſit[a] vna data ſpecies, ſed plures ac differentes: quia proculdubio erit genus [b]. At ſi vna ſit ſpecies data, cõſiderare *oportet*, an etiam aliis ſpeciebus genus in *quæſtione* quid eſt attribuatur [c]. rurſus enim efficietur, vt idem pluribus ac differẽtibus attribuatur, & genus *eſſe* concedatur. 15 Quoniam autem quibuſdam videtur etiam differentia in *quæſtione* quid eſt, ſpeciebus attribui: ſeparandum *eſt* genus à differentia per dicta elementa [d]. Primùm, quia genus de pluribus dicitur, quàm differentia. deinde quia in reſponſione ad *quæſtionem* quid eſt, aptiùs dicitur genus, quã differentia: nã qui dicit hominem *eſſe* animal, magis declarat quid ſit homo, quàm qui dicit *eſſe* pedeſtre. & quia differẽtia qualitatẽ generis ſemper ſignificat, genus autem differentiæ *qualitatem* non *ſignificat*. nam qui ait pedeſtre, quale quid animal dicit: qui verò inquit animal, non dicit quale quid pedeſtre. Ac differentia quidem à genere ita ſeparanda eſt.

16 Quia [e] verò muſicum videtur, quà muſicum eſt, ſciens eſſe; etiam muſica eſt ſcientia quædam: & ſi ambulans propterea quòd ambulat, mouetur; ambu-

43

a In problemate.

b Vt animal eſt genus hominis & equi: quoniam hæc ſpecie differunt, & ambobus animal attribuitur in quæſtione quid eſt.

c Vt virtus rectè dicitur eſſe genus fortitudinis, ſi & fortitudini & aliis ſpecie differẽtibus (veluti liberalitati & temperantiæ) attribuatur in quæſtione quid eſt.

d Ex principiis ſuprà expoſitis, vt cap. 2. part. 10. huius libri.

44

e Hoc loco Ariſtoteles ſæpiſſime vtitur.

latio eſt motio quædam: hoc *igitur* modo conſiderandum eſt, in quo quis velit genere aliquid collocare. vt ſi *quis probare velit* ſcientiam *eſſe* id quod fidem: *videndum eſt*, an ſciēs, quà ſcit, credat: *ſic* enim manifeſtũ *fiet*, ſcientiam eſſe fidem quandã. Eodem modo *fieri debet* in aliis eiuſmodi. 17 Præterea, quoniam quod alicui ſemper cõſequens eſt, nec reciprocatur, difficile *eſt* ſeparare *à genere, & oſtendere* non eſſe genus: ſi hoc illi omni conſequés ſit, illud autem huic non omni: (vt trãquillitati quies, & numero diuiduum: non contrà, quia non omne diuiduum *eſt* numerus, nec omnis quies *eſt* trãquillitas) ipſe quidem *diſputans* vti *hoc loco debet*, quaſi genus ſit id quod ſemper eſt cõſequens, cùm alterum non reciprocetur.

18 Alio verò *hoc argumentum* proponente, nõ in omnibus admitti debet, ſed obiicere, id q̃d non eſt, ei omni quod fit, conſequens eſſe, (quod enim fit, non eſt) nec reciprocari, (non enim quicquid non eſt, fit) attamen non eſſe genus id quod non eſt, eius quod fit. ſimpliciter enim eius quod non eſt, non ſunt ſpecies. 19 De genere igitur expoſita methodo diſſerendum eſt.

δισις, κίνησίς τίς ἐστι· σκοπεῖν, ἐν ᾧ ἂν βούλει γένει τι κατασκευάσαι, τὸν εἰρημένον τρόπον. οἷον, εἰ τὴν ἐπιστήμην, ὅπερ πίστιν· εἰ ὁ ἐπιστάμενος, ᾗ ἐπίσταται, πιστεύει· δῆλον γὰρ, ὅτι ἡ ἐπιστήμη, πίστις ἄν τις εἴη. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων. 17 Ἔτι, ἐπεὶ τὸ παρεπόμενόν τινι ἀεὶ, καὶ μὴ ἀντιστρέφον, χαλεπὸν χωρίσαι τοῦ μὴ γένος εἶναι· ἂν τόδε μὲν τῷδε ἕπηται παντὶ, τόδε δὲ τῷδε μὴ παντί. (οἷον, τῇ νηνεμίᾳ ἡ ἠρεμία, καὶ τῷ ἀριθμῷ τὸ διαιρετόν. ἀνάπαλιν δ' οὔ· τὸ γὰρ διαιρετὸν οὐ πᾶν ἀριθμός, οὐδ' ἡ ἠρεμία νηνεμία πᾶσα) αὐτῷ μὲν χρηστέον, ὡς γένους ὄντος τοῦ ἀεὶ ἀκολουθοῦντος, ὅταν μὴ ἀντιστρέφῃ θάτερον. 18 Ἄλλου δὲ προτείναντος, μὴ ἐπὶ πάντων ὑπακούειν. ἔνστασις δὲ αὐτοῦ, ὅτι τὸ μὴ ὂν ἕπεται παντὶ τῷ γινομένῳ, (τὸ γὰρ γινόμενον οὐκ ἔστι) καὶ οὐκ ἀντιστρέφει (οὐ γὰρ πᾶν τὸ μὴ ὂν γίνεται) ἀλλ' ὅμως οὐκ ἔστι γένος τὸ μὴ ὂν τοῦ γινομένου. ἁπλῶς γὰρ οὐκ ἔστι τοῦ μὴ ὄντος εἴδη.

19 Περὶ μὲν οὖν τοῦ γένους, καθάπερ εἴρηται, μεθοδευτέον.

ΑΡΙΣΤΟ-

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΤΟΠΙΚΩΝ
ΤΟ ΠΕΜΠΤΟΝ.

ARISTOTELIS
TOPICORVM
LIBER V.

IVLIO PACIO
interprete.

SYNOPSIS SEV METHODVS QVINTI LIBRI TOPICI.

Hoc libro agitur de
- Proprio, & problemate proprij. } *Cap.*1.
- Locis pertinētibus ad proprium,
  - Quod in collatione cū altero conſiſtit. } *Cap.*1.
  - Quod ſemper & per ſe ineſt. Hîc quæritur,
    - Vtrùm rectè an ſecus proprium expoſitum ſit. *Cap.*2.3.
    - Vtrùm ſit propriū, an non. De hac quæſtione declarantur loci.
      - Varij. *Cap.*4.5.
      - Ab oppoſitis. *Cap.*6.
      - Varij. *Cap.*7.
      - A comparatione. *Cap.*8.
      - A poteſtate. Ab hyperbole. } *Cap.* 9.

ARIST.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΤΟΠΙΚΩ͂Ν ΤῸ ΠΈΜΠΤΟΝ.

ARISTOTELIS
TOPICORVM,
Lib. V.

De proprio, & problemate proprij. Cap. I.

1 Protheſis. 2 Diuiſio proprij. 3 Quot efficiantur problemata, cùm proprium ponitur per collationem cum altero. 4 Definitiones ſingulorum propriorum. 5 Subdiuiſio. 6 Quæ ſint problemata maximè logica. 7 De locis pertinentibus ad proprium quod in collatione conſiſtit.

CAP. I.

ΠΌΤΕΡΟΝ δ' ἴδιον ἢ οὐκ ἴδιόν ἐστι τὸ εἰρημένον, διὰ τῶνδε σκεπτέον. 2 Ἀποδίδοται δὲ τὸ ἴδιον ἢ καθ' αὑτὸ καὶ ἀεί, ἢ πρὸς ἕτερον, καὶ ποτέ. οἷον, καθ' αὑτὸ μὲν ἀνθρώπου, τὸ ζῷον ἥμερον φύσει. πρὸς ἕτερον δέ, οἷον, ψυχῆς πρὸς σῶμα· ὅτι τὸ μέν, προστακτικόν· τὸ δ', ὑπηρετικόν ἐστιν. ἀεὶ δέ, οἷον, Θεοῦ, τὸ ζῷον ἀθάνατον. ποτὲ δέ, οἷον, τινὸς ἀνθρώπου, τὸ περιπατεῖν ἐν τῷ γυμνασίῳ.

3 Ἔστι δὲ τὸ πρὸς ἕτερον ἴδιον ἀποδιδόμενον, ἢ δύο προβλήματα, ἢ τέτταρα. ἐὰν γὰρ τοῦ μὲν ἀποδῷ, τοῦ δ' ἀρνήσηται ταὐτὸ τοῦτο, δύο μόνον προβλήματα γίνονται· καθάπερ τὸ ἀνθρώπου πρὸς ἵππον ἴδιον, ὅτι δίπουν ἐστί. καὶ γὰρ ὅτι ὁ ἄνθρωπος οὐ δίπουν ἐστίν, ἐπιχειροίη τις ἄν, καὶ ὅτι ὁ ἵππος δίπουν· ἀμφοτέρως δ' ἂν κινοῖτο τὸ ἴδιον. ἐὰν δὲ ἑκατέρου

4 Κατασκευάζοντα δὲ, εἰ μὴ ὑπερβολῇ τέθεικε τὸ ἴδιον. ἔσται γὰρ κατὰ τοῦτο, καλῶς κείμενον τὸ ἴδιον. οἷον, ἐπεὶ ὁ θεὶς ἀνθρώπου ἴδιον, ζῶον ἥμερον φύσει, οὐχ ὑπερβολῇ ἀπέδωκε τὸ ἴδιον. εἴη ἂν, κατὰ τοῦτο, καλῶς κείμενον τὸ ἴδιον.

non eſſe proprium, erit propriũ. veluti quoniam is qui entis propriũ ſtatuit, poſſe pati vel facere, cùm poteſtate propriumſtatuat, ad id quod eſt accommodauit illud proprium: (nam quando ens eſt, etiam pati quidpiam vel efficere poteſt)idcirco erit propriũ entis, poſſe facere vel pati. 16

3 Deinde reprehenditur, ſi ſuperlatione[a] poſuit proprium. quod enim poſitum eſt eſſe proprium non erit proprium. accidit enim iis qui ita proprium tradunt, vt de quo oratio[b], non etiam nomen[c] verè dicatur: quoniam re corrupta, nihilo minùs oratio manebit: quippe cùm alicui eorum quę ſunt, maximè inſit. veluti ſi quis proprium ignis ſtatuat, corpus leuiſſimum, corrupto enim igne, erit aliquod corpus[d], quod leuiſſimũ erit. quocirca non eſt proprium ignis, corpus leuiſſimum.

4 Confirmatur autem ſi non ſuperlatione poſuit proprium. erit enim, quantum ad hoc, rectè poſitum proprium. veluti, quia is qui poſuit hominis proprium, animal naturâ manſuetum, non ſuperlatione tradidit proprium: erit, quantum ad hoc, proprium rectè poſitum.

a Vtens nomine ſuperlatiui gradus.

b Id eſt, proprium.

c Eius cuius proprium traditum eſt.

d Vt aër.

Digitized by Google

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΤΟΠΙΚΩΝ
ΤΟ ΕΚΤΟΝ.

ARISTOTELIS
TOPICORVM
Liber VI.

IVLIO PACIO
interprete.

SYNOPSIS SEV METHODVS SEXTI LIBRI TOPICI.

- Loci pertinẽtes ad problema definitionis.
  - Generales. *Cap.* 1.
  - Speciales, quibus oſtẽditur
    - Non rectè definitum eſſe.
      - Propter obſcuritatem. *Cap.* 2:
      - Propter ſuperfluitatem. *Cap.* 3.
    - Definitum non eſſe.
      - Si non ex prioribus & notioribus definitum ſit. *Cap.* 4.
      - A genere, & obiter ab iis ad quæ definitum refertur. *Cap.* 5.
      - A differentiis. *Cap.* 6.
      - A comparatione. / A disiunctione. / A definitione. — *Cap.* 7.
      - Ab Omiſſione. *Cap.* 8.
      - De abſtractis vel concretis: & de oppoſitis. *Cap.* 9.
      - A caſibus. / Ab idea. / De homonymia, & ſynonymia. — *Cap.* 10.
      - De compoſitis. *Cap.* 11.
      - Varij loci. *Cap.* 12.
      - Si quis in definitione dixerit eſſe hæc, vel ex his, vel hoc cum illo. *Cap.* 13.
      - Reliqui loci. *Cap.* 14.

ἈΡΙΣΤΟ-

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΤΟΠΙΚΩΝ ΤΟ ΕΚΤΟΝ.

ARISTOTELIS TOPICORVM,

Liber VI.

DE LOCIS GENERALIBVS TRACTATVS I.

CAP. I.

1 *Quinque modis reprehendi definitionem.* 2 *Vnde petendi ſint loci ſpeciales, qui ad primũ,* 3 *vel ſecundum,* 4 *vel tertium, vel quartum modum pertinent.* 5 *Collatio tertii & quarti modi.* 6 *Diuiſio quarti modi.* 7 *Subdiuiſio.*

Τῆς δὲ περὶ τοὺς ὅρους πραγματείας μέρη πέντε ἐστίν. ἢ γὰρ, ὅτι ὅλως οὐκ ἀληθὲς εἰπεῖν, καθ' οὗ τοὔνομα, καὶ τὸν λόγον (δεῖ γὰρ τὸν τοῦ ἀνθρώπου ὁρισμὸν, κατὰ παντὸς ἀνθρώπου ἀληθεύεσθαι) ἢ ὅτι ὄντος γένους, οὐκ ἔθηκεν εἰς γένος, ἢ οὐκ εἰς τὸ οἰκεῖον γένος ἔθηκε (δεῖ γὰρ τὸν ὁριζόμενον, εἰς τὸ γένος θέντα, τὰς διαφορὰς προσάπτειν· μάλιστα γὰρ τῶν ἐν τῷ ὁρισμῷ, τὸ γένος δοκεῖ τὴν τοῦ ὁριζομένου οὐσίαν σημαίνειν) ἢ ὅτι οὐκ ἴδιος ὁ λόγος (δεῖ γὰρ τὸν ὁρισμὸν, ἴδιον εἶναι, καθάπερ καὶ πρότερον εἴρηται) ἢ, εἰ πάντα τὰ εἰρημένα πεποιηκὼς, μὴ ὥρισται, μηδ' εἴρηκε τὸ τί ἦν εἶναι τῷ ὁριζομένῳ· λοιπὸν δὲ παρὰ τὰ εἰρημένα, εἰ ὥρισται μὲν, μὴ καλῶς δ' ὥρισται. 2 Εἰ μὲν οὖν μὴ ἀληθεύεται, καθ' οὗ τοὔνομα, καὶ ὁ λόγος, ἐκ τῶν πρὸς τὸ συμβεβηκὸς τόπων

CAP. I.

EIus tractationis, quæ ad definitiones *pertinet*, quinque ſunt partes. vel enim *definitio reprehenditur*, quia omnino non verè dicitur, de quo nomen[a], etiam oratio[b]: (quandoquidem oportet hominis definitionem de omni homine verè dici) vel quia cùm ſit *aliquod* genus, non collocauit *rem definitã* in genere[c], aut non collocauit in proprio genere: (quoniam debet is qui definit, cùm in genere definitum collocauerit, differentias adiungere: ſiquidem eorum quæ in definitione *ponuntur*, maximè genus videtur rei definitæ eſſentiam declarare) vel quia oratio non *eſt* propria[d]: (nam oportet definitionẽ propriam eſſe, quẽadmodum & ſuprà[e] dictũ fuit) vel quia, cùm omnia quæ dixi, *per*fecerit, *tamen* non definiuit, nec dixit quidditatem rei definitæ: reliquũ *eſt* præterea *definitionis vitium*, ſi definiuit quidẽ, non tamen rectè definiuit. 2 An igitur de quo nomẽ *dicitur*, nõ etiam oratio verè dicatur, ex locis ad accidens

a Definitum.

b Definitio.

c Non accommodauit, non retulit ad genus.

d Quia definitio non eſt propria definiti, ſed aliis quoque conuenit.

e Lib. 1. cap. 6.

Digitized by Google

pertinentibus conſiderandum *eſt*. nam ibi quoque omnis conſideratio in eo conſiſtit, *vt intelligatur*. vtrùm *ſit* verum, an non verum. cùm enim diſſerendo oſtẽdimus accidens ineſſe, dicimus *eſſe* verum. cùm autem *oſtẽdimus* non ineſſe, *dicimus* nõ *eſſe* verũ. 3 An autem non in proprio genere poſuit, vel non propria *eſt* oratio tradita, ex dictis locis, qui ad genus, & ad proprium *pertinent*, conſiderandum *eſt*. 4 Reliquum *eſt* vt dicamus, quomodo diſquiri debeat, an nõ ſit definitum, vel an non rectè ſit definitũ. 5 Primùm igitur videndum *eſt*, an non rectè definitum ſit facilius. n. eſt quoduis facere, quàm rectè facere. cõſtat igitur, ſæpius in hoc peccari, quia *eſt* difficilius. vnde fit vt argumẽtatio faciliùs de hoc, quàm de illo ſuppetat. 6 Huius autem *inquiſitionis*, an non rectè *ſit definitum*, duæ ſunt partes. vna, ſi obſcura interpretatione vſus ſit: (oportet enim eum qui definit, quoad eius fieri poteſt, clariſſima interpretatione vti: quia cognoſcendi causâ definitio traditur) altera, ſi plus dixit in definitione, quàm oportuit: quicquid enim adiicitur in definitione, ſuperuacuum *eſt*. 7 Rurſus vtrumque eorum quæ dicta ſunt [a], in plures partes eſt diſtributum.

CAP. II. a Vterque locus propoſitus in præced. partic.

ἐπισκεπτέον. καὶ γὰρ ἐκεῖ, πότερον ἀληθὲς ἢ οὐκ ἀληθές, πᾶσα ἡ σκέψις γίνεται. ὅταν μὲν γὰρ, ὅτι ὑπάρχει τὸ συμβεβηκός, διαλεγώμεθα· ὅτι ἀληθές, λέγομεν· ὅταν δέ, ὅτι οὐχ ὑπάρχει· ὅτι οὐκ ἀληθές.

3 Εἰ δὲ μὴ ἐν τῷ οἰκείῳ γένει τέθηκεν, ἢ εἰ μὴ ἴδιος ὁ ἀποδοθεὶς λόγος· ἐκ τῶν πρὸς τὸ γένος, καὶ τὸ ἴδιον ῥηθέντων τόπων ἐπισκεπτέον.

4 Λοιπὸν δέ, εἰ μὴ ὥρισται, ἢ εἰ μὴ καλῶς ὥρισται, πῶς μετιτέον, εἰπεῖν.

5 Πρῶτον μὲν οὖν ἐπισκεπτέον, εἰ μὴ καλῶς ὥρισται. ῥᾷον γὰρ ὁποιονοῦν ποιῆσαι, ἢ καλῶς ποιῆσαι. δῆλον οὖν, ὅτι ἡ ἁμαρτία περὶ τοῦτο πλείων, ἐπειδὴ ἐργωδέστερον. ὥστε ἡ ἐπιχείρησις ῥᾴων ἡ περὶ τοῦτο, ἢ ἡ περὶ ἐκεῖνο γίνεται. 6 Ἔστι δὲ τοῦ μὴ καλῶς, μέρη δύο· ἓν μέν, τὸ ἀσαφεῖ τῇ ἑρμηνείᾳ κεχρῆσθαι· (δεῖ γὰρ τὸν ὁριζόμενον, ὡς ἐνδέχεται σαφεστάτῃ τῇ ἑρμηνείᾳ κεχρῆσθαι, ἐπειδὴ τοῦ γνωρίσαι χάριν ἀποδίδοται ὁ ὁρισμός) δεύτερον δέ, εἰ ἐπὶ πλεῖον εἴρηκε τὸν λόγον τοῦ δέοντος· πᾶν γὰρ τὸ προσκείμενον ἐν τῷ ὁρισμῷ, περίεργον.

7 Πάλιν δ' ἑκάτερον τῶν εἰρημένων, εἰς πλείω μέρη διῄρηται.

DE LOCIS PERTINENTIBVS AD QVAESTIONEM, AN RECTE definitum ſit, néene.

TRACTATVS II.

De obſcuritate definitionis.

CAP. II.

Ab homo

1 Ab homonymia. 4 A tranſlatione. 5 A verbis inuſitatis. 6 Ab improprietate. 7 Si non appareat rei contrariæ definitio. 8 Si non appareat, cuius rei ſit definitio. 9 Epilogus.

1 ΕΙΣ μὲν οὖν τόπος τοῦ ἀσαφῶς, εἰ ὁμώνυμόν ἐστί τινι τὸ ῥηθέν. οἷον, ὅτι ἡ γένεσις, ἀγωγὴ εἰς οὐσίαν· ἢ ὅτι ἡ ὑγίεια, συμμετρία θερμῶν καὶ ψυχρῶν. ὁμώνυμος γὰρ ἡ ἀγωγὴ, καὶ ἡ συμμετρία. ἄδηλον οὖν, ὁπότερον βούλεται λέγειν τῶν δηλουμένων, ὑπὸ τοῦ πλεοναχῶς λεγομένου.

2 Ὁμοίως δὲ καὶ, εἰ τοῦ ὁριζομένου πλεοναχῶς λεγομένου, μὴ διελὼν εἶπεν· ἄδηλον γὰρ, ὁπότερον τὸν ὅρον ἀποδέδωκεν. ἐνδέχεταί τε συκοφαντεῖν, ὡς οὐκ ἐφαρμόττοντος τοῦ λόγου ἐπὶ πάντων, ὧν τὸν ὁρισμὸν ἀπέδωκε. 3 Μάλιστα δ' ἐνδέχεται τὸ τοιοῦτον ποιεῖν, λανθανούσης τῆς ὁμωνυμίας. Ἐνδέχεται δὲ καὶ διελόμενον αὐτὸν, ποσαχῶς λέγεται τὸ ἐν τῷ ὁρισμῷ ἀποδοθὲν, συλλογισμὸν ποιήσασθαι. εἰ γὰρ κατὰ μηδένα τῶν τρόπων ἱκανῶς εἴρηται, δῆλον ὅτι οὐκ ἂν ὡρισμένος εἴη κατὰ τρόπον.

4 Ἄλλος, εἰ κατὰ μεταφορὰν εἴρηκεν· οἷον, εἰ τὴν ἐπιστήμην, ἀμετάπτωτον· ἢ τὴν γῆν, τιθήνην· ἢ τὴν σωφροσύνην, συμφωνίαν. πᾶν γὰρ, ἀσαφὲς, τὸ κατὰ μεταφορὰν λεγόμενον. ἐνδέχεται δὲ καὶ τὸν μεταφορὰν εἰπόντα συκοφαντεῖν, ὡς οὐ κυρίως εἰρηκότα. οὐ γὰρ ἐφαρμόσει ὁ λεχθεὶς ὅρος· οἷον, ἐπὶ τῆς σωφροσύνης· πᾶσα γὰρ συμφωνία ἐν φθόγγοις. ἔτι, εἰ γένος ἡ συμφωνία τῆς σωφροσύνης, ἐν δύο γένεσιν ἔσται ταὐτὸν οὐ περιέχουσιν ἄλληλα.

PRIMVS igitur locus *probandæ* obſcuritatis *eſt*, ſi homonymum ſit aliquod *verbum* quod *in definitione* dictũ eſt. vt *ſi quis* generationẽ *definiet* deductionem ad ſubſtãtiam: aut ſanitatem, ſymmetriam calidorũ & frigidorum. nam & deductio & ſymmetria *ſunt verba* homonyma. itaque dubium *eſt*, vtrum dicere velit eorum, quæ declarãtur eo *verbo*, quod multis modis dicitur. 1

2 Idẽ contingit, ſi, cùm definitum multis modis dicatur, non adhibita diſtinctione dixerit *definitionem*: quia dubium *eſt*, vtrius definitionẽ tradiderit: & cauillari licet, quaſi definitio nõ omnibus aptetur, quorum definitionem tradidit. 3 Maximè autem tale *quidpiam* euenit, cùm homonymia latet. Fieri etiã poteſt, vt *aliquis*, cùm ipſe diſtinxerit *& expoſuerit* quot modis dicatur id quod in definitione cõtinetur ſyllogiſmum conficiat. nã ſi in nulla ſignificatione ſufficienter dicta eſt *definitio*: patet, *eo* modo definitum non fuiſſe.

4 Alius *locus eſt*, ſi *definitionem* dixit per trãſlationem, vt ſi *dixerit* ſciẽtiam *eſſe*, quæ labi nõ poteſt: aut terram, altricem: aut tẽperantiam, cõcentum. quicquid enim per tranſlationem dicitur, obſcurum *eſt*. Licet etiam *aduerſus* eũ qui tranſlatione vſus eſt, calumniari, quaſi non propriè locutus ſit: quia dicta definitio non accommodabitur *rei definitæ*: vt in temperantia *perſpicere poſſumus*: omnis enim concentus *eſt* in ſonis. Præterea ſi concentus *ſit* genus temperantiæ, idem erit in duobus generibus, quorum neutrum continet alterum: 2

quia neque concẽtus virtutem, nec virtus concentum continet.

3 5 Præterea *obſcurè definit*, qui nõ poſitis[a] nominibus vtitur: vt Plato *fecit*, *qui* oculum *definiuit* ciliumbrem: aut araneam, putrimordacem: aut medullam, oſſigenam. omne enim *verbum* inuſitatum: obſcurum *eſt*.

4 6 Quædam autem nec per homonymiam, nec per trãſlationem, nec propriè dicũtur. vt *ſi* lex *definiatur* mẽſura[b], vel imago eorũ quæ naturâ iuſta ſunt[c]. ſed eiuſmodi *omnia* ſunt tranſlatione deteriora. nam tranſlatio facit quodammodo notum id quod ſignificatur, propter ſimilitudinem. quicumque enim *verba* transferunt, ratione alicuius ſimilitudinis trans ferunt. at *illud* tale non facit rem notam: quia nec ſimilitudo *vlla* eſt, cuius ratione lex ſit menſura vel imago: nec propriè dici ſolet. Quare ſi legẽ dicat propriè menſuram, vel imaginem eſſe, mentitur: quãdoquidẽ imago eſt, quæ per imitationem efficitur: quod in lege non reperitur[d]. Quòd ſi nõ propriè: patet, *eum* obſcurè locutum eſſe, ac deteriùs quouis eorũ quę per tranſlationem dicuntur.

5 7 Prætereà rectè *reprehẽditur*, ſi ex data *definitione*, rei contrariæ[e] definitio non *fiat* perſpicua[f]. nã qui rectè *definitiones* tradunt, etiam contrarias adſignificant. 8 Aut ſi per ſe non appareat, cuius ſit definitio, *qua* data *eſt*: ſed ſimilis ſit veterum pictorum operibus, quæ erant eiuſmodi, vt, niſi quis ſuperſcripſiſſet cognoſci nõ poſſet, quid vnumquodque eſſet.

9 An igitur nõ dilucidè *aliquis definierit*, ex huiuſmodi locis videndum *eſt*.

[a] Inuſitatis, non receptis.

[b] Modus.

[c] Simulachrum iurium naturalium.

[d] De lege dici non poteſt.

[e] Hoc igitur loco tunc vti poſſumus, cùm aliquid eſt contrarium rei definitæ.

[f] Vt ex definitione alboris perſpicua fit definitio nigroris. nam ſi albor eſt color habẽs vim diſgregandi viſum, nigror eſt color habẽs vim congregandi viſum.

οὔτε γὰρ ἡ συμφωνία τὴν ἀρετὴν, οὔθ' ἡ ἀρετὴ τὴν συμφωνίαν περιέχει.

5 Ἔτι, εἰ μὴ κειμένοις ὀνόμασι χρῆται. οἷον, Πλάτων ὀφρυόσκιον, τὸν ὀφθαλμὸν· ἢ τὸ φαλάγγιον, σηψιδακές· ἢ τὸν μυελὸν, ὀστεογενές. πᾶν γὰρ ἀσαφὲς τὸ μὴ εἰωθός.

6 Ἔνια δ' οὔτε καθ' ὁμωνυμίαν, οὔτε κατὰ μεταφορὰν, οὔτε κυρίως εἴρηται. οἷον ὁ νόμος, μέτρον, ἢ εἰκὼν τῶν φύσει δικαίων. ἔστι δὲ τὰ τοιαῦτα, χείρω τῆς μεταφορᾶς· ἡ γὰρ μεταφορὰ ποιεῖ πως γνώριμον τὸ σημαινόμενον, διὰ τὴν ὁμοιότητα. πάντες γὰρ οἱ μεταφέροντες, κατά τινα ὁμοιότητα μεταφέρουσι· τὸ δὲ τοιοῦτον οὐ ποιεῖ γνώριμον· οὔτε γὰρ ὁμοιότης ὑπάρχει, καθ' ἣν μέτρον ἢ εἰκὼν ὁ νόμος ἐστὶν, οὔτε κυρίως εἴωθε λέγεσθαι. ὥστε εἰ μὲν κυρίως μέτρον, ἢ εἰκόνα τὸν νόμον φησὶν εἶναι, ψεύδεται· εἰκὼν γάρ ἐστιν, οὗ ἡ γένεσις διὰ μιμήσεως· τοῦτο δ' οὐχ ὑπάρχει τῷ νόμῳ. εἰ δὲ μὴ κυρίως, δῆλον ὅτι ἀσαφῶς εἴρηκε, καὶ χεῖρον ὁποιουοῦν τῶν κατὰ μεταφορὰν λεγομένων.

7 Ἔτι, εἰ μὴ δῆλος ὁ τοῦ ἐναντίου λόγος ἐκ τοῦ λεχθέντος. οἱ γὰρ καλῶς ἀποδεδομένοι, καὶ τοὺς ἐναντίους προσσημαίνουσιν.

8 Ἢ εἰ καθ' αὑτὸν λεχθεὶς, μὴ φανερὸς εἴη τίνος ἐστὶν ὁρισμός· ἀλλὰ καθάπερ τὰ τῶν ἀρχαίων γραφέων, εἰ μή τις ἐπιγράψειεν, οὐκ ἂν ἐγνωρίζετο, τί ἐστιν ἕκαστον. 9 Εἰ μὲν οὖν μὴ σαφῶς, ἐκ τῶν τοιούτων ἐστὶν ἐπισκεπτέον.

De ſuper-

De ſuperfluitate. Cap. III.

1 A verbo communi. Si parte detracta, vel quaſi ſit perfecta definitio. 3 Si pars definitionis non conueniat omnibus ſub definito contentis. 4 Si idem ſæpius dicatur, 5 aut vniuerſali particulare ſubiiciatur. 6 Epilogus.

Εἰ δ' ἐπὶ πλεῖον εἴρηκε τὸν ὅρον· πρῶτον μὲν σκοπεῖν, εἴ τινι κέχρηται ὃ πᾶσιν ὑπάρχει, ἢ ἁπλῶς τοῖς οὖσιν, ἢ τοῖς ὑπὸ ταὐτὸ γένος τῶν ὁριζομένων· ἐπὶ πλεῖον γὰρ εἰρῆσθαι ἀνάγκη κατὰ τοῦτο. δεῖ γὰρ, τὸ μὲν γένος, ἀπὸ τῶν ἄλλων χωρίζειν· τὴν δὲ διαφορὰν, ἀπό τινος τῶν ἐν τῷ αὐτῷ γένει. τὸ μὲν οὖν πᾶσιν ὑπάρχον, ἁπλῶς ἀπ' οὐδενὸς χωρίζει. τὸ δὲ τοῖς ὑπὸ ταὐτὸ γένος πᾶσιν ὑπάρχον, οὐ χωρίζει ἀπὸ τῶν ἐν ταὐτῷ γένει. ὥστε μάταιον τὸ τοιοῦτον προσκείμενον. 2 Ἢ εἰ ἔστι μὲν ἴδιον τὸ προσκείμενον· ἀφαιρεθέντος δὲ τούτου, καὶ ὁ λοιπὸς λόγος ἴδιός ἐστι, καὶ δηλοῖ τὴν οὐσίαν. οἷον, ἐν τῷ τοῦ ἀνθρώπου λόγῳ, τὸ ἐπιστήμης δεκτικὸν προστεθὲν, περίεργον· καὶ γὰρ ἀφαιρεθέντος τούτου, καὶ ὁ λοιπὸς λόγος, ἴδιος, καὶ δηλοῖ τὴν οὐσίαν. ἁπλῶς δ' εἰπεῖν, ἅπαν περίεργον, οὗ ἀφαιρεθέντος, τὸ λοιπὸν, δῆλον ποιεῖ τὸ ὁριζόμενον. τοιοῦτος δὲ καὶ ὁ τῆς ψυχῆς ὅρος, εἴπερ ἀριθμὸς αὐτὸς αὑτὸν κινῶν ἐστι. καὶ γὰρ τὸ αὐτὸ ἑαυτὸ κινοῦν, ψυχή, καθάπερ Πλάτων ὥρισαι. ἢ ἴδιον μὲν ἐστι τὸ εἰρημένον, οὐ δηλοῖ δὲ τὴν οὐσίαν, ἀφαιρεθέντος τοῦ ἀριθμοῦ; ποτέρως μὲν οὖν ἔχει, χαλεπὸν διασαφῆσαι. χρηστέον δ' ἐπὶ πάντων τῶν τοιούτων, πρὸς τὸ συμφέρον. οἷον, ὁ τοῦ φλέγματος ὅρος, ὑγρὸν πρῶτον ἀπὸ τροφῆς, ἄπεπτον.

QVòd ſi plus dixerit in definitione, *quàm debuerit*: primùm videre *oportet*, an aliquid adhibuerit, quod omnibus inſit *id eſt*, vel ſimpliciter iis quæ ſunt, vel iis quæ *continentur* ſub eodem genere, ſub quo *ſunt* res definitæ: quia neceſſe *eſt*, vt id ſuperuacuò dictum fuerit. quandoquidem opus eſt, vt genus ab aliis[a] ſecernat, differentia verò ab aliquo eorum quæ *ſunt* in eodem genere. quod igitur omnibus ineſt, ſimpliciter à nulla reſciungit. quod verò ineſt omnibus ſub eodem genere *contentis*, nõ ſeparat ab iis quæ *ſunt* ini eodem genere. quare inane eſt eiuſmodi adiunctum. 2 Vel[b] an ſit quidem proprium id quod adiunctum eſt: ſed eo detracto *nihilominus* reliqua definitio ꝓpria ſit, & eſſentiam declaret. vt in definitione hominis, ſi adiungatur ſcientiæ capax, ſuperuacaneum *eſt*. nam & eo dempto, reliqua definitio *eſt* propria, & eſſẽtiam declarat. Et vt vno verbo dicam: *id* omne ſuperuacuum *eſt*, quo ſublato, id quod reliquũ eſt, perſpicuã facit rem definitã. Talis eſt etiã animæ definitio, ſi quidẽ eſt numerus ſeipſum mouens: etenim quod ſeipſum mouet,[c] *eſt* anima, vt Plato definiuit. An[e] *quod* dictũ *eſt*, propriũ[d] quidẽ eſt, ſed nõ declarat eſſentiam[e] numero ſublato? Vtro autẽ modo *res* habeat[f], difficile eſt explicare. Vtẽdũ porrò eſt *hoc loco* in omnib' huiuſmodi *rebus*, quatenus expedit. vt cùm pituita definitur humor primus ex cibo incoctus[g].

a Quæ non ſunt in eodem genere.

2

b Ἀπὸ τὸ κοινοῦ repete, videre oportet.

c Quod ſe ipſum mouet.

d Animæ.

e Quid ſit anima.

f Id eſt, vtrùm animæ definitio ſit, numerus ſeipſum mouens, an quod ſeipſum mouet.

g Non concoctus.

vnum enim eſt *humor* primus, nō multi. quare ſuperuacuum *eſt* illud adiunctum, incoctus[a]: cum eo quoque ſublato, reliqua futura ſit propria definitio: quia fieri nequit, vt ex cibo & hoc & aliud primū ſit. An non ſimpliciter pituita eſt primū ex cibo, ſed primū eorū quæ ſunt incocta? quare adiiciendum *eſt in definitione* illud *verbum* incoctus. illo enim modo ſi dicatur, nō *erit* vera definitio: ſi quidem non omnium
3 primū eſt. 3 Præterea *videndum eſt*, an aliquid eorum quæ *ſunt* in definitione, nō omnibus iis conueniat, quæ *continentur* ſub eadē ſpecie. nā huiuſcemodi definitio deterior eſt iis, in quibus adhibetur quod omnib. rebus ineſt. illo enim modo *ſi definiatur, ſublato eo quod commune eſt*, reliqua oratio eſt propria, & tota eſt ꝓpria. ſimpliciter enim ſi ad proprium addatur aliquid quod ſit verum, tota oratio ſit propria. ſi quid autem eorum quæ *ſunt* in definitione, non conuenit iis omnibus quæ *ſunt* ſub eadem ſpecie, fieri nequit vt tota oratio ꝓpria ſit: non enim de re viciſſim dicetur: vt *hæc oratio*, animal pedeſtre bipes quatuor cubitorum: neque enim huiuſmodi oratio de re viciſſim dicitur: quia illud, quatuor cubitorū, nō omnibus iis ineſt quæ *ſunt* ſub
4 eadem ſpecie. 4 Rurſus *videndum eſt*, an idem ſæpe dixerit: vt qui dixit cupiditatem *eſſe* appetitionem iucundi. omnis enim cupiditas eſt rei iucundæ quamobrem id quoque quod eſt idem atque cupiditas, erit rei iucundæ. d finitio igitur cupiditatis conſtituitur, appetitio iucundi: (nihil enim refert, vtrùm cupiditatem dicat, an appetitionem iucundi) quare horum vtrumque erit rei iucundæ. An hoc non eſt abſurdum? nam & homo eſt bipes. quare

[a] Non cōcoctus.

ἓν γὰρ τὸ πρῶτον, οὐ πολλά. ὥστε περίεργον, τὸ ἄπεπτον, προσκείμενον· καὶ γὰρ τούτου ἀφαιρεθέντος, ὁ λοιπὸς ἔσται ἴδιος λόγος. οὐ γὰρ ἐνδέχεται ἀπὸ τῆς τροφῆς, καὶ τοῦτό τι καὶ ἄλλο πρῶτον εἶναι. ἢ οὐχ ἁπλῶς πρῶτον ἀπὸ τροφῆς τὸ φλέγμα, ἀλλὰ τῶν ἀπέπτων πρῶτον; ὥστε προσθετέον τὸ ἄπεπτον. ἐκείνως μὲν γὰρ ῥηθέντος, οὐκ ἀληθὴς ὁ λόγος, εἴπερ μὴ πάντων πρῶτόν ἐστιν. 3 Ἔτι, εἴ τι τῶν ἐν τῷ λόγῳ, μὴ πᾶσιν ὑπάρχει τοῖς ὑπὸ ταὐτὸ εἶδος. ὁ γὰρ τοιοῦτος χεῖρον ὥρισται τῶν χρωμένων ὃ πᾶσιν ὑπάρχει τοῖς οὖσιν. ἐκείνως μὲν γὰρ ἂν ὁ λοιπὸς ἴδιος ᾖ λόγος, καὶ ὁ πᾶς ἴδιος ἔσται· ἁπλῶς γὰρ πρὸς τὸ ἴδιον ὁτουοῦν προστεθέντος ἀληθοῦς, ὅλος ὁ λόγος ἴδιος γίνεται. εἰ δέ τι τῶν ἐν τῷ λόγῳ μὴ πᾶσιν ὑπάρχει τοῖς ὑπὸ ταὐτὸ εἶδος, ἀδύνατον ὅλον τὸν λόγον ἴδιον εἶναι. οὐ γὰρ ἀντικατηγορηθήσεται τοῦ πράγματος. οἷον, τὸ ζῶον πεζὸν, δίπουν, τετράπηχυ. ὁ γὰρ τοιοῦτος λόγος οὐκ ἀντικατηγορεῖται τοῦ πράγματος, διὰ τὸ μὴ πᾶσιν ὑπάρχειν τοῖς ὑπὸ ταὐτὸ εἶδος τὸ τετράπηχυ.

4 Πάλιν, εἰ ταὐτὸ πλεονάκις εἴρηκεν· οἷον, τὴν ἐπιθυμίαν, ὄρεξιν ἡδέος εἰπών, πᾶσα γὰρ ἐπιθυμία, ἡδέος ἐστίν. ὥστε καὶ τὸ ταὐτὸν τῇ ἐπιθυμίᾳ, ἡδέος ἔσται. γίνεται οὖν ὁ ὅρος τῆς ἐπιθυμίας, ὄρεξις ἡδέος· (οὐδὲν γὰρ διαφέρει, ἐπιθυμίαν εἰπεῖν, ἢ, ὄρεξιν ἡδέος) ὥσθ' ἑκάτερον αὐτῶν ἡδέος ἔσται. ἢ τοῦτο μὲν οὐδὲν ἄτοπον; καὶ γὰρ ὁ ἄνθρωπος, δίπουν ἐστίν. ὥστε

καὶ τὸ ταὐτὸν τῷ ἀνθρώπῳ, δίπουν ἔσται. ἔστι δὲ ταὐτὸν τῷ ἀνθρώπῳ, ζῷον πεζὸν δίπουν. ὥστε ζῷον πεζὸν δίπουν, δίπουν ἐστίν. ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο ἄτοπόν τι συμβαίνει. οὐ γὰρ κατὰ ζῴου πεζοῦ δὶς τὸ δίπουν κατηγορεῖται· (οὕτω μὲν γὰρ ἂν δὶς περὶ τοῦ αὐτοῦ τὸ δίπουν κατηγορεῖτο) ἀλλὰ περὶ ζῴου πεζοῦ δίποδος, τὸ δίπουν λέγεται. ὥστε ἅπαξ μόνον τὸ δίπουν κατηγορεῖται. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἐπιθυμίας. οὐ γὰρ κατὰ τῆς ὀρέξεως, τὸ ἡδὺ εἶναι κατηγορεῖται, ἀλλὰ κατὰ τοῦ σύμπαντος. ὥστε ἅπαξ καὶ ἐνταῦθα ἡ κατηγορία γίνεται. οὐκ ἔστι δὲ τὸ δὶς φθέγξασθαι ταὐτὸν ὄνομα, τῶν ἀτόπων· ἀλλὰ τὸ πολλάκις περί τινος τὸ αὐτὸ κατηγορῆσαι· οἷον, ὁ Ξενοκράτης τὴν φρόνησιν, ὁριστικὴν καὶ θεωρητικὴν τῶν ὄντων φησὶν εἶναι. ἡ γὰρ ὁριστική, θεωρητική τίς ἐστιν· ὥστε δὶς τὸ αὐτὸ λέγει, προσθεὶς πάλιν καὶ θεωρητικήν. ὁμοίως δὲ καὶ ὅσοι τὴν κατάψυξιν, στέρησιν τοῦ κατὰ φύσιν θερμοῦ, φασὶν εἶναι· πᾶσα γὰρ στέρησις ἐστὶ τοῦ κατὰ φύσιν ὑπάρχοντος· ὥστε περίεργον τὸ προσθεῖναι τοῦ κατὰ φύσιν· ἀλλ' ἱκανὸν ἦν εἰπεῖν στέρησιν θερμοῦ· ἐπειδὴ αὐτὴ ἡ στέρησις γνώριμον ποιεῖ, ὅτι τοῦ κατὰ φύσιν λέγεται.

5 Πάλιν εἰ τοῦ καθόλου εἰρημένου, προστεθείη καὶ ἐπὶ μέρους· οἷον, εἰ τὴν ἐπιείκειαν ἐλάττωσιν τῶν συμφερόντων καὶ δικαίων· τὸ γὰρ δίκαιον, συμφέρον τι· ὥστε περιέχεται ἐν τῷ συμφέροντι. περιττὸν οὖν τὸ δίκαιον. ὥστε καθόλου εἰπὼν, ἐπὶ μέρους προσέθηκε. καὶ εἰ τὴν ἰατρικὴν, ἐπιστήμην τῶν ὑγιεινῶν ζῴῳ καὶ ἀνθρώπῳ·

id quoque quod eſt idẽ atque homo, erit bipes. atqui idem quod homo, eſt animal pedeſtre bipes. itaque animal pedeſtre bipes, eſt bipes. Sed nõ ideo aliquid abſurdi accidit. non enim animali pedeſtri bis pibes attribuitur, (ſic enim pibes eidẽ bis attribueretur) ſed de animali pedeſtri bipede bipes dicitur. Quapropter ſemel tantùm bipes attribuitur. Similiter *fit* etiam in cupiditate. nõ enim appetitioni attribuitur eſſe rei iucundæ, ſed toti *orationi*[a]. quocirca hîc quoque ſemel attribuitur. non eſt autem res abſurda, ſi idem nomen bis pronuncietur, ſed ſi idem alicui ſæpius attribuatur. vt cùm Xenocrates ait prudentiam eſſe definitiuam & contemplatiuam eorum quæ ſunt. nam *quæ* definitiua *eſt*, cõtemplatiua quædam eſt. quare bis eandem rem dicit, adiecto *verbo* Contemplatiua. Similiter *faciunt*, quicumque refrigerationem aiunt eſſe priuationem caloris naturalis. omnis enim priuatio eſt rei naturâ inſitæ. quare ſuperuacaneum eſt addere *verbũ illud* Naturalis: ſed ſufficiebat dicere, priuationem caloris: quandoquidem ex ipſo priuationis verbo apparet, rei naturalis *priuationem* dici[b]. 5 Itẽ *videndũ eſt*, an ad id quod vniuerſaliter dictũ eſt, *aliquid* adiũgatur *quòd ſit* in parte. vt ſi quis æquitatẽ *definiat* imminutionẽ eorum quæ vtilia & iuſta ſunt[c]. quod enim iuſtũ eſt, vtile quiddã eſt[d]. proinde in eo quod eſt vtile cõtinetur. ſuperuacaneum igitur eſt *illud verbũ*, Iuſta. itaq; cùm vniuerſale dixerit, particulare adiunxit. *Idem fit* etiã, ſi *quis* medicinã *definiat* ſcientiã eorũ quę ſalubria ſunt animali & homini:

a Appetitioni iucũdi. nam appetitio iucundi, dicitur eſſe rei iucundæ.

b Simili ratione Piſcator Ramũ reprehendit quòd dialecticã definierit artem bene differẽdi. cùm illud, bene, ſatis in vocabulo artis cõtineatur. vtrùm autẽ iuſta, an temeraria ſit hæc reprehenſio, nolo in præſentia dicere.

5

c Vtilitatis & iuris.

d Videtur Ariſtoteles vtilitatis verbum ita accipere, vt ſub ſe cõplectatur & ſummum ſeu ſtrictũ ius, & æquitatẽ. Iuriſconſulti verò vtilitatẽ accipiunt pro æquitate quæ diſtinguitur à iure ſtricto.

aut legem, ſimulachrum eorum quę naturâ honeſta & iuſta ſunt. quod enim iuſtum eſt, honeſtũ quiddã eſt. quocirca ſæpius eandem rem dicit. 6 Vtrum igitur rectè an non rectè definierit, ex his & eiuſmodi *aliis locis* videndum eſt.

ἢ τὸν νόμον, εἰκόνα τῶν φύσει καλῶν καὶ δικαίων· τὸ γὰρ δίκαιον, καλόν τι· ὥστε πλεονάκις τὸ αὐτὸ λέγει.

6 Πότερον μὲν οὖν καλῶς, ἢ οὐ καλῶς ὥρισται, διὰ τούτων καὶ τῶν τοιούτων ἐπισκεπτέον·

DE LOCIS PERTINENTIBVS AD QVÆSTIONEM, AN DEFINITVM SIT.

TRACTATVS III.

Si definitum non ſit ex prioribus & notioribus.

CAP. IV.

1 Quæſtio. 2 ¶ Expoſitio huius loci generaliter accepti. 3 ¶ Partes huius loci. De notioribus aut ignotioribus naturâ, vel ſecundum nos. 11 De quiete & motu: necnon de finito & infinito. 12 De iis quæ ſunt ſimul, 13 vt oppoſitis, 14 iiſdem, 15 & iis quæ ex in eadem diuiſione ponuntur. 16 De ſuperioribus, vel inferioribus in categoria. 17 Nexus loci modò expoſiti cum loco ab eodem. 18 Epilogus.

BAP. III.

VTRVM autem dixerit ac definierit quid res ſit, necne, *videndũ eſt* ex his *quæ deinceps exponam*. 2 *Ac* primũ ſi non ex prioribus & notioribus confecit definitionem. cùm enim definitio tradatur, eius quod dictum eſt, cognoſcendi causâ: cognoſcamus autem, nõ ex quibuſuis, ſed ex prioribus & notioribus: (quẽadmodũ in demõſtrationibus *cõtingit*: ſic enim omnis doctrina & diſciplina *ſe* habet[a]) perſpicuum igitur *eſt*, eum qui non ex his definiuit, *re vera* non definiuiſſe. nã ſi definiuit, plures erunt eiuſdem *rei* definitiones. conſtat enim eum qui ex prioribus & notioribus *definierit*, melius definiuiſſe. quare ambę definitiones erunt eiuſdẽ *rei*. quod ita *eſſe* non videtur: quandoquidem vna eſt

a Comparatus.

ΠΟΤΕΡΟΝ δ' εἴρηκε καὶ ὥρισε τὸ τί ἦν εἶναι, ἢ οὐχί, ἐκ τῶνδε. 2 Πρῶτον μὲν, εἰ μὴ διὰ προτέρων καὶ γνωριμωτέρων πεποίηται τὸν ὁρισμόν. ἐπεὶ γὰρ ὁ ὅρος ἀποδίδοται τοῦ γνωρίσαι χάριν τὸ λεχθέν· γνωρίζομεν δ', οὐκ ἐκ τῶν τυχόντων, ἀλλ' ἐκ τῶν προτέρων καὶ γνωριμωτέρων (καθάπερ ἐν ταῖς ἀποδείξεσιν· οὕτω γὰρ πᾶσα διδασκαλία καὶ μάθησις ἔχει) φανερὸν οὖν, ὅτι ὁ μὴ διὰ τοιούτων ὁριζόμενος, οὐχ ὥρισεν. εἰ γὰρ ὥρισε, πλείους ἔσονται τοῦ αὐτοῦ ὁρισμοί. δῆλον γὰρ, ὅτι καὶ ὁ διὰ προτέρων καὶ γνωριμωτέρων, βέλτιον ὥρισεν. ὥστε ἀμφότεροι ἂν εἶεν ὅροι τοῦ αὐτοῦ. τὸ δὲ τοιοῦτον οὐ δοκεῖ· ἑκάστῳ γὰρ τῶν ὄντων ἕν ἐστι

τὸ εἶ)

τὸ εἶναι ὅπερ ἐστίν. ὥστε, εἰ πλείους ἔσονται τοῦ αὐτοῦ ὁρισμοί, ταὐτὸν ἔσται τῷ ὁριζομένῳ τὸ εἶναι, ὅπερ καθ᾽ ἑκάτερον τῶν ὁρισμῶν δηλοῦται. ταῦτα δ᾽ οὐ ταὐτά ἐστιν· ἐπειδὴ καὶ οἱ ὁρισμοὶ ἕτεροι. δῆλον οὖν, ὅτι οὐχ ὥρισται ὁ μὴ διὰ προτέρων καὶ γνωριμωτέρων ὁρισάμενος.

3 Τὸ μὲν οὖν μὴ διὰ γνωριμωτέρων εἰρῆσθαι τὸν ὅρον, διχῶς ἐστιν ἐκλαβεῖν. ἢ γὰρ, εἰ ἁπλῶς ἐξ ἀγνωστοτέρων, ἢ εἰ ἡμῖν ἀγνωστοτέρων. ἐνδέχεται γὰρ ἀμφοτέρως. ἁπλῶς μὲν οὖν γνωριμώτερον, τὸ πρότερον τοῦ ὑστέρου· οἷον, στιγμὴ γραμμῆς, καὶ γραμμὴ ἐπιπέδου, καὶ ἐπίπεδον στερεοῦ· καθάπερ μονὰς ἀριθμοῦ· πρότερον γὰρ καὶ ἀρχὴ παντὸς ἀριθμοῦ. ὁμοίως δὲ καὶ στοιχεῖον συλλαβῆς. ἡμῖν δ᾽ ἀνάπαλιν ἐνίοτε συμβαίνει. μάλιστα γὰρ τὸ στερεὸν ὑπὸ τὴν αἴσθησιν πίπτει. τὸ δ᾽ ἐπίπεδον μᾶλλον τῆς γραμμῆς, γραμμὴ δὲ σημείου μᾶλλον. διὸ μᾶλλον οἱ πολλοὶ τὰ τοιαῦτα γνωρίζουσι. τὰ μὲν γὰρ, τῆς τυχούσης· τὰ δ᾽, ἀκριβοῦς καὶ περιττῆς διανοίας καταμαθεῖν ἐστιν.

4 Ἁπλῶς μὲν οὖν βέλτιον, τὸ διὰ προτέρων τὰ ὕστερα πειρᾶσθαι γνωρίζειν· ἐπιστημονικώτερον γὰρ τὸ τοιοῦτόν ἐστιν. οὐ μὴν ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἀδυνατοῦντας γνωρίζειν διὰ τῶν τοιούτων, ἀναγκαῖον ἴσως διὰ τῶν ἐκείνοις γνωρίμων ποιεῖσθαι τὸν λόγον. εἰσὶ δὲ τῶν τοιούτων ὁρισμῶν ὅ, τε τῆς στιγμῆς, καὶ ὁ τῆς γραμμῆς, καὶ ὁ τοῦ ἐπιπέδου· πάντες γὰρ διὰ τῶν ὑστέρων τὰ πρότερα δηλοῦσι. τὸ μὲν γὰρ, γραμμῆς· τὸ δ᾽ ἐπιπέδου· τὸ δὲ, στερεοῦ φασὶ πέρας εἶναι. 5 Οὐ δεῖ δὲ λανθάνειν,

cuiuſque rei eſſentia, *quæ eſt* id quod eſt. quocirca ſi plures erũt eiuſdem *rei* definitiones, eadem erit rei definitæ eſſentia, quæ vtrâque definitione declaratur. hæ verò *eſſentiæ* nõ ſunt eædem: quoniam & definitiones *ſunt* diuerſæ. Patet igitur, eum non definiuiſſe, qui non ex prioribus & notioribus definiuit.

3 Ergo non ex notioribus ſumptam eſſe definitionem, dupliciter accipi poteſt: nempe ſi ex ſimpliciter ignotioribus, vel *ex* iis quæ ſunt nobis ignotiora: quoniam vtroque modo *id fieri* accidit. Quod igitur prius *eſt*, id eo quod poſterius *eſt*, notius *eſt* ſimpliciter: vt punctum *eſt prius* linea, & linea plano, & planum ſolido: quemadmodum vnitas numero, quoniam prior *eſt* & principium omnis numeri. ſimiliterque elementum *eſt prius* ſyllaba. Nobis verò contrà interdum accidit: quia ſolidum ſub ſenſum maximè cadit: planum autẽ, magis quàm linea: & linea magis quàm pũctũ. idcirco multi ea magis cognoſcunt, quæ *ſunt* eiuſmodi. hæc enim cuiuſuis, illa verò exquiſitæ & excellentis cogitationis eſt diſcere.

4 Simpliciter igitur melius *eſt* conari vt ex prioribus poſteriora cognoſcantur: quoniam ad ſcientiam gignendam hoc magis eſt accommodatum. attamen apud eos qui ex talibus cognitionem adipiſci nequeunt, neceſſe *eſt* fortaſſe definitionem conficere ex iis quæ illis nota *ſunt*. Tales ſunt definitiones & puncti, & lineæ, & plani: omnes enim ex poſteriorib. priora declarãt: illud [a] .n. lineæ, illud [b] plani, hoc [c] ſolidi aiunt terminum eſſe. 5 Sed non eſt ignorandũ,

a Punctum.
b Lineæ.
c Planum.

eos qui ita definiunt, non poſſe declarare quiditatem rei definitę: niſi *fortè* idem ſit & nobis notius & ſimpliciter notius. ſiquidem oportet eum qui rectè definit, ex genere & differētiis definire: hæc autem ſunt *in* eorum *numero*, quæ ſunt notiora & priora, quàm ſpecies. ſecum enim aufert genus & differentia ſpeciē [a]. quare hæc ſunt priora quàm ſpecies. Sunt etiam notiora: quia cognita ſpecie, neceſſe *eſt* & genus & differentiam cognoſci: etenim qui hominem cognoſcit, & animal & pedeſtre cognoſcit. cognito autem genere, vel differentiâ, non *eſt* neceſſe etiam ſpeciē cognoſci. itaq; ſpecies ignotior *eſt*. 6 Præterea qui re vera eiuſmodi definitiones eſſe aiunt, quæ ex vnicuique notis *conſtant*, iis accidit vt dicant eiuſdem *rei* multas eſſe definitiones. alia nāque aliis, non eadem omnibus ſunt notiora. quare alia apud alium definitio tradenda erit: ſiquidem ex iis quæ cuique ſunt notiora, definitionem conficere oportet. Præterea iiſdem *hominibus* aliàs alia ſunt notiora. nam ab initio *notiora ſunt ea*, quæ ſub ſenſum cadunt. cùm autem tales effecti ſunt, vt exquiſitiùs res cognoſcere valeant, *tum* contrà *res habet*. quocirca ne apud eundem quidem *hominem* ſemper eadem definitio tradenda *eſt ab* iis qui definitionem ex cuique notioribus tradendam eſſe aſſerunt. Patet igitur non eſſe ex talibus definiēdum, ſed ex ſimpliciter notioribus. nam hoc tantùm modo vna & eadem definitio ſemper fiet. 7 Fortaſſis autem quod ſimpliciter notum *eſt*, non id eſt quod omnibus notum *eſt*, ſed qđ *notū eſt* iis qui ratione bene

[a] Id eſt, ſublato genere, vel differētiâ, ſimul tollitur ſpecies.

ὅτι τοὺς οὕτως ὁριζομένους οὐκ ἐνδέχεται τὸ τί ἦν εἶναι τῷ ὁριζομένῳ δηλοῦν, ἐὰν μὴ τύχῃ ταὐτὸν ἡμῖν τε γνωριμώτερον ὂν, καὶ ἁπλῶς γνωριμώτερον· εἴπερ δεῖ μὲν διὰ τοῦ γένους καὶ τῶν διαφορῶν ὁρίζεσθαι τὸν καλῶς ὁριζόμενον· ταῦτα δὲ, τῶν ἁπλῶς γνωριμωτέρων καὶ προτέρων τοῦ εἴδους εἰσί. συναναιρεῖ γὰρ τὸ γένος καὶ ἡ διαφορὰ τὸ εἶδος· ὥστε πρότερα ταῦτα τοῦ εἴδους. ἔστι δὲ καὶ γνωριμώτερα. τοῦ μὲν γὰρ εἴδους γνωριζομένου, ἀνάγκη καὶ τὸ γένος καὶ τὴν διαφορὰν γνωρίζεσθαι. ὁ γὰρ ἄνθρωπον γνωρίζων, καὶ ζῷον καὶ πεζὸν γνωρίζει· τοῦ δὲ γένους ἢ τῆς διαφορᾶς γνωριζομένης, οὐκ ἀνάγκη καὶ τὸ εἶδος γνωρίζεσθαι· ὥστε ἀγνωστότερον τὸ εἶδος.

6 Ἔτι, τοῖς κατ' ἀλήθειαν τοὺς τοιούτους ὁρισμοὺς φάσκουσιν, τοὺς ἐκ τῶν ἑκάστῳ γνωρίμων, πολλοὺς τοῦ αὐτοῦ συμβήσεται λέγειν ὁρισμοὺς εἶναι. ἕτερα γὰρ ἑτέροις, καὶ οὐ ταὐτὰ πᾶσι τυγχάνει γνωριμώτερα ὄντα. ὥστε πρὸς ἕκαστον ἕτερος ἂν εἴη ὁρισμὸς ἀποδοτέος, εἴπερ ἐκ τῶν ἑκάστοις γνωριμωτέρων τὸν ὁρισμὸν ποιεῖσθαι χρή. Ἔτι, τοῖς αὐτοῖς ἄλλοτε ἄλλα μᾶλλον γνώριμα· ἐξ ἀρχῆς μὲν γὰρ τὰ αἰσθητά· ἀκριβεστέροις δὲ γινομένοις, ἀνάπαλιν. ὥστ' οὐδὲ πρὸς τὸν αὐτὸν ἀεὶ ὁ αὐτὸς ὁρισμὸς ἀποδοτέος, τοῖς διὰ τῶν ἑκάστοις γνωριμωτέρων τὸν ὁρισμὸν φάσκουσιν ἀποδοτέον εἶναι. Δῆλον οὖν, ὅτι οὐχ ὁριστέον διὰ τῶν τοιούτων, ἀλλὰ διὰ τῶν ἁπλῶς γνωριμωτέρων· μόνως γὰρ ἂν οὕτως εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ὁρισμὸς ἀεὶ γίνοιτο. 7 Ἴσως δὲ καὶ τὸ ἁπλῶς γνώριμον, οὐ τὸ πᾶσι γνώριμόν ἐστιν, ἀλλὰ τὸ τοῖς εὖ δια-

κει-

κειμένοις τὴν διάνοιαν· καθάπερ καὶ τὸ ἁπλῶς ὑγιεινόν, τὸ τοῖς εὖ ἔχουσι τὸ σῶμα. 8 Δεῖ μὲν οὖν ἕκαστα τῶν τοιούτων ἐξακριβοῦν. χρῆσθαι δὲ διαλεγομένοις, πρὸς τὸ συμφέρον. 9 Μάλιστα δ' ὁμολογουμένως ἀναιρεῖν ἐνδέχεται τὸν ὁρισμόν, ἐὰν μήτ' ἐκ τῶν ἁπλῶς γνωριμωτέρων, μήτ' ἐκ τῶν ἡμῖν τυγχάνῃ τὸν λόγον πεποιημένος.

10 Εἷς μὲν οὖν τόπος τοῦ μὴ διὰ γνωριμωτέρων, ὅδε, τὸ διὰ τῶν ὑστέρων τὰ πρότερα δηλοῦν, καθάπερ πρότερον εἴπομεν.

11 Ἄλλος δέ, εἰ τοῦ ἐν ἠρεμίᾳ, καὶ τοῦ ὡρισμένου, διὰ τοῦ ἀορίστου καὶ τοῦ ἐν κινήσει ἀποδέδοται ὁ λόγος. πρότερον γὰρ καὶ γνωριμώτερον τὸ μένον, καὶ τὸ ὡρισμένον, τοῦ ἀορίστου, καὶ τοῦ ἐν κινήσει ὄντος.

12 Τοῦ δὲ μὴ ἐκ προτέρων, τρεῖς εἰσι τόποι. 13 Πρῶτος μέν, εἰ διὰ τῶν ἀντικειμένων τὸ ἀντικείμενον ὥρισται· οἷον, διὰ τοῦ κακοῦ τὸ ἀγαθόν· ἅμα γὰρ τῇ φύσει τὰ ἀντικείμενα. ἐνίοις δὲ καὶ ἡ αὐτὴ ἐπιστήμη ἀμφοτέρων δοκεῖ εἶναι. ὥστε οὐδὲ γνωριμώτερον τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου. Δεῖ δὲ μὴ λανθάνειν, ὅτι ἔνια ἴσως οὐκ ἔστιν ὁρίσασθαι ἄλλως· οἷον, τὸ διπλάσιον ἄνευ τοῦ ἡμίσεος· καὶ ὅσα καθ' αὑτὰ πρός τι λέγεται· πᾶσι γὰρ τοῖς τοιούτοις, ταὐτὸν τὸ εἶναι τῷ πρός τι πως ἔχειν· ὥστ' ἀδύνατον ἄνευ θατέρου θάτερον γνωρίζειν. διόπερ ἀναγκαῖον ἐν τῷ τοῦ ἑτέρου λόγῳ συμπεριειλῆφθαι καὶ θάτερον. Γνωρίζειν μὲν οὖν δεῖ τὰ τοιαῦτα πάντα· χρῆσθαι δ' αὐτοῖς καὶ ἐπὶ τούτων, ὡς ἂν δοκεῖ συμφέρειν.

conſtituta præditi ſunt: quemadmodum & ſimpliciter ſalubre dicitur id, quod ſalubre eſt iis, quorum corpus bene affectū eſt. 8 Oportet igitur ſingula quæ ſunt eiuſmodi, accuratè explicare. qui verò diſputant, iis vti *debent*, quatenus expedit. 9 Maximè autem in confeſſo eſt, definitionem euerti, ſi neq; ex ſimpliciter notiorib', neq; ex iis quę *ſunt* nobis *notiora*, oratio confecta ſit. 10 Vnus igitur locus *probandi* definitionem non eſſe ex notioribus, is eſt quem antea diximus, nempe cùm priora per poſteriora declarantur. 11 Alius autem *eſt*, ſi eius quod in quiete *conſiſtit*, & definitum *eſt*, definitio tradita ſit per id quod eſt indefinitum, & in motione *conſiſtit* [a]. quod enim manet & definitum eſt, prius & notius *eſt* eo quod indefinitū & in motu *eſt*. 12 *Ad probandum* autem *definitionem* non *eſſe* ex prioribus, tres ſunt loci. 13 Primus *eſt*, ſi oppoſitum per oppoſita definiuit: vt bonum per malum: quoniam oppoſita ſimul ſunt naturâ. quibuſdam autem etiam eſſe eadem amborum ſcientia videtur. quapropter alterum altero notius non *eſt*. Sed non eſt ignorãdum, quædam fortaſſe nō poſſe aliter definiri: vt duplum *non poteſt definiri* ſine dimidio: & quæcumq; per ſe ad aliquid referuntur. *in* his enim omnibus idē eſt eſſentia, & ad aliquid quodam modo affectum eſſe. quare fieri nequit, vt ſine altero alterius notitia cōparetur. ꝓinde neceſſe eſt, vt in alterius definitione alterū quoq; cōprehēdatur. Oportet igitur *ea* omnia quę *ſunt* eiuſmodi, cognoſcere: his autem *locis* in his *rebus* vti, prout videbitur vtile eſſe.

2

a Vt ſi quis ſanitatem definiat, morbi abſentiam: vel ſcientiam, quod ſtudio & labore dicitur.

3 14 Alius *locus eſt*, ſi *in definitione*
adhibuit ipſum definitum. *Hoc*
autem latet, cùm non vtitur ipſo
rei definitæ nomine. vt ſi quis
Solem definiat, aſtrum die per-
ſpicuum. nam qui die [a] vtitur, e-
tiam Sole [b] vtitur. Vt autem hu-
iuſcemodi *viſa* deprehendátur,
ſumenda eſt pro nomine [c] defi-
nitio: veluti diē eſſe Solis latio-
nem ſupra terram. patet enim,
eum qui Solis lationem ſupra
terram dixit, Solem dixiſſe: qua-
re Sole vſus eſt, qui die vſus eſt.
4 15 Rurſus, ſi definiuit id quod in
diuiſione ponitur, per id quod
in eadem diuiſione collocatur.
vt *ſi* impar *definiuit*, quod vnitate
maius eſt quàm par. ſimul enim
naturâ ſunt ea, quæ in eiuſdem
generis diuiſione ponuntur: im-
par autem & par in eadem diui-
ſione ponuntur, cùm ambo ſint
5 numeri differentiæ. 16 Simili-
ter, ſi ſuperius per inferiora de-
finiuit: vt *ſi* parem numerum *di-
xit eſſe* eum qui bifariam diuidi-
tur: aut bonum *eſſe* habitum vir-
tutis. nam & illud, bifariā, ſum-
ptum eſt à duobus, quæ paria
ſunt: & virtus eſt bonum quid-
dam. quare hæc ſub illis ſunt.
6 17 Neceſſe autē *eſt*, vt is qui in-
feriori vtitur, etiam ipſo *definito*
vtatur. nam & qui vtitur virtu-
te, vtitur bono: quia virt⁹ *eſt* bo-
num quiddam. & ſimiliter qui
vtitur *verbo* bifariam, vtitur pa-
ri: quia verbum, bifariam, ſignifi-
cat in duo [d] diuidi: duo verò, pa-
ria ſunt. 18 Vt igitur vniuerſali-
ter dicam, vnus eſt locus, non ex
prioribus & notioribus confe-
ctam eſſe definitionem: cuius *lo-
ci* partes *ſunt* eæ quæ dictæ ſunt.

[a] Id eſt, diei vocabulo.
[b] Solis vocabulo.
[c] Loco nominis poſiti in rei propoſitæ definitione.
[d] In duas partes.

14 Ἄλλος, εἰ αὐτῷ κέχρηται τῷ ὁριζομένῳ. Λανθάνει δ', ὅταν μὴ αὐτῷ τῷ τοῦ ὁριζομένου ὀνόματι χρήσηται. οἷον, εἰ τὸν ἥλιον, ἄστρον ἡμεροφανὲς ὡρίσατο. ὁ γὰρ ἡμέρᾳ χρώμενος, καὶ ἡλίῳ χρῆται. δεῖ δὲ πρὸς τὸ φωρᾶσθαι τὰ τοιαῦτα, μεταλαμβάνειν ἀντὶ τοῦ ὀνόματος τὸν λόγον· οἷον, ὅτι ἡ ἡμέρα, ἡλίου φορὰ ὑπὲρ γῆς ἐστί· δῆλον γάρ, ὅτι ὁ τὴν φορὰν ἡλίου ὑπὲρ γῆς εἰρηκώς, τὸν ἥλιον εἴρηκεν· ὥστε κέχρηται τῷ ἡλίῳ, ὁ τῇ ἡμέρᾳ χρησάμενος. 15 Πάλιν, εἰ τῷ ἀντιδιῃρημένῳ τὸ ἀντιδιῃρημένον ὥρισαι· οἷον, περιττὸν, τὸ μονάδι μεῖζον ἀρτίου. ἅμα γὰρ τῇ φύσει, τὰ ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους ἀντιδιῃρημένα· τὸ δὲ περιττὸν καὶ ἄρτιον ἀντιδιῄρηνται· ἄμφω γὰρ, ἀριθμοῦ διαφοραί.

16 Ὁμοίως δὲ, καὶ εἰ διὰ τῶν ὑποκάτω τὸ ἐπάνω ὥρισαι· οἷον, ἄρτιον ἀριθμὸν, τὸν δίχα διαιρούμενον· ἢ ἀγαθὸν, ἕξιν ἀρετῆς. τό, τε γὰρ δίχα, ἀπὸ τῶν δύο εἴληπται, ἀρτίων ὄντων. καὶ ἡ ἀρετή, ἀγαθόν τι ἐστίν. ὥστε ὑποκάτω ταῦτα ἐκείνων ἐστίν.

17 Ἔστι δ' ἀνάγκη τὸν τῷ ὑποκάτω χρώμενον, καὶ αὐτῷ χρῆσθαι. ὅ, τε καὶ τῇ ἀρετῇ χρώμενος, χρῆται τῷ ἀγαθῷ· ἐπειδὴ ἀγαθόν τι ἡ ἀρετή. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ τῷ δίχα χρώμενος, τῷ ἀρτίῳ χρῆται· ἐπειδὴ εἰς δύο διῃρῆσθαι σημαίνει τὸ δίχα· τὰ δὲ δύο, ἄρτιά ἐστι.

18 Καθόλου μὲν οὖν εἰπεῖν, εἷς ἐστι τόπος, τὸ μὴ διὰ προτέρων καὶ γνωριμωτέρων ποιήσασθαι τὸν λόγον· μέρη δ' αὐτοῦ, τὰ εἰρημένα.

Loci à ge-

Loci à genere, & ab iis ad quæ definitum refertur.

Cap. V.

1 Si genus omiſſum ſit. 2 Si cùm definitnm ad multa pertineat, vel non ad omnia ſit aptatum, 3 vel non ad melius, ſed ad deterius. 4 A locis generis. 5 Si poſitum ſit genus remotũ non proximum.

Δεύτερος δὲ, εἰ ἐν γένει τοῦ πράγματος ὄντος, μὴ κεῖται ἐν γένει. ἐν ἅπασι δὲ τὸ τοιοῦτον ἁμάρτημά ἐστιν, ἐν οἷς οὐ προέκειται τοῦ λόγου τὸ τί ἐστιν. οἷον, ὁ τοῦ σώματος ὁρισμὸς, τὸ ἔχον τρεῖς διαστάσεις. ἢ εἴ τις τὸν ἄνθρωπον ὁρίσαιτο, τὸ ἐπιστάμενον ἀριθμεῖν. οὐ γὰρ εἴρηται, τί ὂν, τρεῖς ἔχει διαστάσεις· ἢ τί ὂν, ἐπίσταται ἀριθμεῖν· τὸ δὲ γένος βούλεται τὸ τί ἐστι, σημαίνειν, καὶ πρῶτον ὑποτίθεται τῶν ἐν τῷ ὁρισμῷ λεγομένων. 2 Ἔτι, εἰ πρὸς πλείω λεγομένου τοῦ ὁριζομένου, μὴ πρὸς πάντα ἀπέδωκεν. οἷον, εἰ τὴν γραμματικὴν, ἐπιστήμην τοῦ γράψαι τὸ ὑπαγορευθέν· προσδεῖται γὰρ, ὅτι καὶ τοῦ ἀναγνῶναι· οὐδὲν γὰρ μᾶλλον τοῦ γράψαι, ἢ τοῦ ἀναγνῶναι, ὁ ἀποδοὺς ὥρισται. ὥστ' οὐδέτερος, ἀλλ' ὁ ἄμφω ταῦτ' εἰπών· ἐπειδὴ πλείους οὐκ ἐνδέχεται τοῦ αὐτοῦ ὁρισμοὺς εἶναι. Ἐπ' ἐνίων μὲν οὖν κατ' ἀλήθειαν ἔχει, καθάπερ εἴρηται. ἐπ' ἐνίων δ' οὔ· οἷον, ἐφ' ὅσων μὴ καθ' αὐτὸ πρὸς ἄμφω λέγεται. καθάπερ ἡ ἰατρικὴ, τοῦ νόσον καὶ ὑγίειαν ποιῆσαι· τοῦ μὲν γὰρ, καθ' αὐτὴν λέγεται· τοῦ δὲ, κατὰ συμβεβηκός· ἁπλῶς γὰρ ἀλλότριον τῆς ἰατρικῆς, τὸ νόσον ποιεῖν. ὥστ' οὐδὲν μᾶλλον ὥρισται, ὁ πρὸς ἄμφω ἀποδοὺς, τοῦ πρὸς θάτερον· ἀλλ' ἴσως καὶ χεῖρον· ἐπειδὴ καὶ τῶν λοιπῶν ὁστισοῦν δυνατός ἐστι νόσον ποιῆσαι.

Secundus *locus eſt*, ſi, cùm res ſit in genere, non ſit poſita [a] in genere. in *iis* autẽ omnibus eſt huiuſmodi peccatum, in quibus orationi non præponitur quid ſit: cuiuſmodi *eſt hæc* corporis definitio, id quod habet tres dimenſiones: aut ſi quis hominem definiat, id quod ſcit numerare. quia dictum non fuit, quid ſit id quod habet tres dimẽſiones, aut quid ſit quod ſcit numerare. genus autẽ debet ſignificare quid ſit: & eorum quæ in definitione dicuntur, primum ſupponitur. 6

2 Præterea *alius locus eſt*, ſi, cùm ad multa res definita pertineat, non ad omnia aptetur. vt ſi *quis* grammaticam *definiat*, ſcientiam ſcribendi quod profertur [b]. deeſt enim, & legendi. quandoquidem non magis qui ſcribendi, quàm qui legendi *ſcientiam eſſe* tradidit, *grammaticã* definiuit. quare neuter *definiuit*, ſed is *demum* qui ambo hæc dixit: quippe cùm eiuſdẽ rei plures definitiones eſſe non poſſint. In nonnullis igitur re vera *ita res ſe* habet, vt dictũ fuit. in quibuſdam verò nõ *item*: vt in iis, quæ nõ per ſe ad ambo pertinent, quemadmodum medicina *eſt ſcientia* morbum & ſanitatẽ efficiendi. nam huius [c] per ſe dicitur, illius verò per accidẽs. ſimpliciter [c] enim alienum *eſt* à medicina, morbum efficere. quare nõ magis definiuit, qui ad ambo [d] retulit [e], quã qui ad alterũ [f]: ſed fortaſſe deteriùs: quia & quiuis alius [g] poteſt morbũ efficere. 7

- a Ab eo qui theſin propoſuit.
- b Vel dictatur.
- c Abſolutè, omnino.
- d Ad ſanitatis & ad morbi effectionem.
- e Medicinam.
- f Ad ſanitatis effectionem dũtaxat.
- g Præter medicum.

8 3 Præterea ſi non ad melius, ſed ad deterius accõmodauit [a], cùm plura ſint, ad quæ pertinet res definita. omnis enim ſcientia, & omnis facultas videtur eius eſſe quod optimum eſt.

9 4 Rurſus, an id quod dictum eſt, nõ ſit poſitum in proprio genere, conſiderare *oportet* ex elementis [b] ad genera pertinentibus, quemadmodum antea [c] dictum fuit.

10 5 Præterea *peccat*, qui tranſiliens dicit genera [d]: vt *qui* iuſtitiam *definit*, habitum æquabilitatis effectiuum, aut æqui diſtributiuũ. nam virtutem tranſilit [e], qui ita definit. cùm igitur omittat gen' iuſtitiæ, non dicit quidditatem: quandoquidem cuiuſque *rei* eſſentia *eſt* cum genere *coniuncta*. Hoc autem idem eſt, ac *ſi dicatur* non in proximo genere poſuiſſe [f]. nam qui in proximo poſuit, omnia ſuperiora dixit: quippe cùm omnia ſuperiora genera inferioribus attribuantur. Quocirca vel in proximo genere ponẽdum eſt *id quod definitur*, vel omnes differentię ſuperiori generi adiungi debent, per quas proximum genus definitur. ſic enim nihil prætermiſſum erit: ſed oratione, loco nominis, inferius genus dictum erit. Qui verò dicit ſolum genus ſuperius, non dicit etiam inferius genus. etenim qui dicit plantam, non dicit arborem.

a Vt ſi dixeris medicinam eſſe artem efficiendi morbum.

b Locis.

c Lib. 4.

d Qui omiſſo genere proximo ponit aliquod genus remotum & ſuperius.

e Omittit.

f Rẽ definitam.

3 Ἔτι, εἰ μὴ πρὸς τὸ βέλτιον, ἀλλὰ πρὸς τὸ χεῖρον ἀπέδωκε, πλειόνων ὄντων, πρὸς ἃ λέγεται τὸ ὁριζόμενον. πᾶσα γὰρ ἐπιστήμη καὶ δύναμις, τοῦ βελτίστου δοκεῖ εἶναι. 4 Πάλιν, εἰ μὴ κεῖται ἐν τῷ οἰκείῳ αὐτοῦ γένει τὸ λεχθὲν, σκοπεῖν ἐκ τῶν πρὸς τὰ γένη στοιχείων, καθάπερ πρότερον εἴρηται. 5 Ἔτι, εἰ ὑπερβαίνων λέγει τὰ γένη· οἷον, ὁ τὴν δικαιοσύνην, ἕξιν ἰσότητος ποιητικὴν, ἢ διανεμητικὴν τοῦ ἴσου. ὑπερβαίνει γὰρ ὁ οὕτως ὁριζόμενος τὴν ἀρετήν. ἀπολιπὼν οὖν τὸ τῆς δικαιοσύνης γένος, οὐ λέγει τὸ τί ἦν εἶναι. ἡ γὰρ οὐσία ἑκάστῳ, μετὰ τοῦ γένους. ἔστι δὲ τοῦτο ταὐτὸν τῷ μὴ εἰς τὸ ἐγγυτάτω γένος θεῖναι. ὁ γὰρ εἰς τὸ ἐγγυτάτω θεὶς, πάντα τὰ ἐπάνω εἴρηκεν· ἐπειδὴ πάντα τὰ ἐπάνω γένη τῶν ὑποκάτω κατηγορεῖται. ὥστε ἢ εἰς τὸ ἐγγυτάτω γένος θετέον, ἢ πάσας τὰς διαφορὰς τῷ ἐπάνω γένει προσαπτέον, δι' ὧν ὁρίζεται τὸ ἐγγυτάτω γένος. οὕτω γὰρ οὐδὲν ἂν εἴη παραλελοιπὼς, ἀλλ' ἀντ' ὀνόματος λόγῳ εἰρηκὼς ἂν εἴη τὸ ὑποκάτω γένος. ὁ δ' αὐτὸ μόνον τὸ ἐπάνω γένος εἴπας, οὐ λέγει καὶ τὸ ὑποκάτω γένος. ὁ γὰρ φυτὸν εἴπας, οὐ λέγει δένδρον.

Loci à differentiis. Cap. V.

1 Si non ſint differentiæ generis. Si non ſint differentiæ. 2 Si nulla ſit differentia oppoſita. 3 Si differentia oppoſita non diuidat genus. 4 Si oppoſita differentia generi adiecta non conſtituat ſpeciem. 5 Si differentia exprimatur per negationem, 8 vel ei opponatur negatio. 9 Si ſpecies ponatur quaſi differentia. 10 Si genus ponatur quaſi differentia. 11 Si differẽtia non ſignificet quale quid. 12 Si per accidens inſit rei definitæ; 13 Si generi attribuatur differentia, vel ſpecies, vel ea quæ ſunt ſub ſpecie. 14 Si de differentia dicatur genus, 15 vel ſpecies, vel ea quæ ſunt ſub ſpecie. 16 Si differentia non ſit prior ſpecie. 17 Si ſit differentia alterius generis. 20 Si ſubſtantiæ differentia ſignificet eſſe in loco. 21 Si affectio pro differentiâ tradita fuerit. 23 Si relati differentia non referatur ad aliquid. 24 Si definiens non referat ad id, ad quod naturâ rei refertur, 25 vel non ad primum ſubiectum. 26 A ſubiecto. 28 A tempore.

Πάλιν

Πάλιν, ἐπὶ τῆς διαφορᾶς ὁμοίως σκεπτέον, εἰ καὶ τὰς διαφορὰς εἶπε τὰς τοῦ γένους. εἰ γὰρ μὴ ταῖς τοῦ πράγματος ἰδίαις ὥρισται διαφοραῖς, ἢ καὶ παντελῶς τοιοῦτον εἴρηκεν, ὃ μηδενὸς ἐνδέχεται διαφορὰν εἶναι· οἷον, τὸ ζῶον, ἢ τὴν οὐσίαν· δῆλον ὅτι οὐχ ὥρισται· οὐδενὸς γὰρ διαφοραὶ, τὰ εἰρημένα. Ὁρᾶν δὲ καὶ, εἰ ἔστιν ἀντιδιῃρημένον τι τῇ εἰρημένῃ διαφορᾷ. εἰ γὰρ μή ἐστι, δῆλον ὅτι οὐκ ἂν εἴη ἡ εἰρημένη, τοῦ γένους διαφορά· πᾶν γὰρ γένος ταῖς ἀντιδιῃρημέναις διαφοραῖς διαιρεῖται· καθάπερ τὸ ζῶον τῷ πεζῷ, καὶ τῷ πτηνῷ, καὶ τῷ ἐνύδρῳ, καὶ τῷ δίποδι. 3 Ἢ, εἰ ἔστι μὲν ἀντιδιῃρημένη διαφορὰ, μὴ ἀληθεύεται δὲ κατὰ τοῦ γένους. δῆλον γὰρ, ὅτι οὐδετέρα ἂν εἴη τοῦ γένους διαφορά· πᾶσαι γὰρ αἱ ἀντιδιῃρημέναι διαφοραὶ ἀληθεύονται κατὰ τοῦ οἰκείου γένους. 4 Ὁμοίως δὲ καὶ, εἰ ἀληθεύεται μὲν, μὴ ποιεῖ δὲ προστιθεμένη τῷ γένει εἶδος. δῆλον γὰρ, ὅτι οὐκ ἂν εἴη αὕτη εἰδοποιὸς διαφορὰ τοῦ γένους· πᾶσα γὰρ εἰδοποιὸς διαφορὰ, μετὰ τοῦ γένους, εἶδος ποιεῖ. εἰ δ' αὕτη μή ἐστι διαφορὰ, οὐδ' ἡ λεχθεῖσα, ἐπεὶ ταύτῃ ἀντιδιῄρηται.

5 Ἔτι, ἐὰν ἀποφάσει διαιρῇ τὸ γένος· καθάπερ τὴν γραμμὴν ὁριζόμενοι, μῆκος ἀπλατὲς εἶναι. οὐδὲν γὰρ ἄλλο σημαίνει, ἢ ὅτι οὐκ ἔχει πλάτος. συμβήσεται οὖν, τὸ γένος μετέχειν τοῦ εἴδους· πᾶν γὰρ μῆκος, ἢ ἀπλατὲς, ἢ πλάτος ἔχον ἐστίν· ἐπεὶ κατὰ παντὸς ἢ ἡ κατάφασις, ἢ ἡ ἀπόφασις ἀληθεύεται. ὥστε καὶ τὸ γένος τῆς γραμμῆς, μῆκος ὂν, ἢ

RVrſus in differentiis ſimiliter conſiderandum *eſt*, an generis differentias dixerit. niſi enim propriis rei differẽtiis definierit; aut *ſi* omnino tale *quidpiã* dixerit, quod nullius rei poſſit eſſe differentia, vt animal, aut ſubſtãtiam: patet, eum non definiuiſſe: quoniam hæc nullius *rei* differentiæ ſunt. 2 Videre etiam *oportet*, an ſit aliquid in diuiſione oppoſitum dictæ differentię. niſi enim ſit, patet, eam quæ dicta eſt, non eſſe generis differentiam. Omne enim genus iis differentiis diuiditur, quæ ſibi inuicem in diuiſione opponuntur: vt animal pedeſtri & volucri, & aquatili, & bipede. 3 Aut ſi ſit quidem oppoſita *aliqua* differẽtia, non tamen verè dicatur de genere. patet enim neutram eſſe *eius* generis differentiam. omnes enim differentiæ, quæ ſibi inuicem in diuiſione opponuntur, de ꝓprio genere verè dicũtur [a]. 4 Item ſi verè quidem dicatur [b] *de genere*, ſed generi adiuncta nõ efficiat ſpeciẽ. conſtat enim hãc non eſſe ſpecificam differentiam generis: quandoquidem omnis ſpecifica differentia cum genere *coniuncta* ſpeciem efficit. quòd ſi hæc non ſit differẽtia, ne ea quidem, quæ dicta fuit, *differentia erit*: quoniam huic in diuiſione opponitur. 5 Præterea *peccauit*, ſi negatione diuiſit genus; vt *ij* qui lineam definiunt eſſe longitudinem latitudine carentem. quod nihil aliud ſignificat, quàm non habere latitudinem. accidit igitur, vt genus ſit particeps ſpeciei: quoniam omnis longitudo vel latitudine caret, vel latitudinem habet: quippe cùm de omni *re* aut affirmatio, aut negatio verè dicatur. quare & genus lineæ, quod eſt longitudo, vel II

a Vt omne animal eſt rationale vel irrationale.

b Differẽtia, quæ opponitur differẽtiæ propoſitæ.

latitudine carebit, vel latitudinẽ habebit. atqui longitudo carens latitudine, ſpeciei eſt definitio: itémque longitudo habens latitudinẽ: quia latitudinis expers, & latitudinem habens, ſunt differentiæ: ex differentia verò & genere conſtat ſpeciei definitio. quare genus recipiet ſpeciei definitionem. ſimiliterque differẽtiæ *definitionem*: quandoquidem dictarum differentiarum altera neceſſariò attribuitur generi.

6 Eſt autem dictus locus vtilis aduerſus eos, qui ponunt ideas eſſe. nã ſi ſit ipſa lõgitudo, quomodo generi attribuetur latitudine carere, aut latitudine vacare? oportet enim de omni longitudine alterum eorum verè dici, ſi futurum eſt, vt de genere verè dicatur. hoc autem non contingit: cùm ſint longitudines quæ latitudine carent, & quæ latitudinem habent. Quare aduerſus eos ſolos vtilis eſt *hic* locus, qui genus aiunt vnum eſſe numero. quod quidem ij tantùm faciunt, qui ideas ponunt: quoniã ipſam-longitudinem & ipſum-animal, genus eſſe inquiunt. 7 Fortaſſe autem in nonnullis neceſſe *eſt* negatione vti eum qui definiuit, vt in priuationibus. nã cæcũ eſt, quod non habet viſum, quando ſecundum naturam habere debet. 8 Nihil autem refert, vtrũ negatione diuidatur genus, an huiuſmodi affirmatione. cui neceſſe *ſit* negationem in diuiſione opponi. vt ſi *quis* longitudinem quæ latitudinem habet, definierit. nam ei quod latitudinem habet, nihil aliud in diuiſione opponitur, quàm id quod latitudinem non habet. proinde rurſus negatione genus diuiditur.

ἀπλατὲς, ἢ πλάτος ἔχον ἔσται. μῆκος δὲ ἀπλατὲς, εἴδους ἐστὶ λόγος· ὁμοίως δὲ καὶ μῆκος πλάτος ἔχον. τὸ γὰρ ἀπλατὲς, καὶ τὸ πλάτος ἔχον, διαφοραί εἰσιν. ἐκ δὲ τῆς διαφορᾶς, καὶ τοῦ γένους, ὁ τοῦ εἴδους ἐστὶ λόγος. ὥστε τὸ γένος ἐπιδέχοιτ' ἂν τὸν τοῦ εἴδους λόγον. ὁμοίως δὲ καὶ τὸν τῆς διαφορᾶς· ἐπειδὴ ἡ ἑτέρα τῶν εἰρημένων διαφορῶν, ἐξ ἀνάγκης κατηγορεῖται τοῦ γένους.

6 Ἔστι δ' ὁ εἰρημένος τόπος χρήσιμος πρὸς τοὺς τιθεμένους ἰδέας εἶναι. εἰ γάρ ἐστιν αὐτομῆκος, πῶς κατηγορηθήσεται κατὰ τοῦ γένους, ὅτι πλάτος ἔχον ἐστὶν, ἢ ἀπλατές ἐστι; δεῖ γὰρ κατὰ παντὸς μήκους τὸ ἕτερον αὐτῶν ἀληθεύεσθαι, εἴπερ κατὰ τοῦ γένους ἀληθεύεσθαι μέλλει. τοῦτο δ' οὐ συμβαίνει. ἔστι γὰρ ἀπλατῆ, καὶ πλάτος ἔχοντα μήκη. ὥστε πρὸς ἐκείνους μόνους χρήσιμος ὁ τόπος, ὅσοι τὸ γένος, ἓν ἀριθμῷ φασιν εἶναι. τοῦτο δὲ ποιοῦσιν οἱ τὰς ἰδέας μόνον τιθέμενοι. αὐτομῆκος γὰρ, καὶ αὐτοζῷον, γένος φασὶν εἶναι. 7 Ἴσως δ' ἐπ' ἐνίων ἀναγκαῖον καὶ ἀποφάσει χρῆσθαι τὸν ὁριζόμενον· οἷον, ἐπὶ τῶν στερήσεων. τυφλὸν γάρ ἐστι, τὸ μὴ ἔχον ὄψιν, ὅτε πέφυκεν ἔχειν.

8 Διαφέρει δ' οὐδὲν, ἀποφάσει διελεῖν τὸ γένος, ἢ τοιαύτῃ καταφάσει, ᾗ ἀπόφασιν ἀναγκαῖον ἀντιδιαιρεῖσθαι. οἷον, εἰ μῆκος πλάτος ἔχον ὥρισται. τῷ γὰρ πλάτος ἔχοντι, τὸ μὴ ἔχον πλάτος ἀντιδιῄρηται, ἄλλο δ' οὐδέν· ὥστε ἀποφάσει πάλιν διαιρεῖται τὸ γένος.

9 Πάλιν

9 Πάλιν, εἰ τὸ εἶδος ὡς διαφορὰν ἀπέδωκε· καθάπερ οἱ τὸν προπηλακισμὸν, ὕβριν μετὰ χλευασίας ὁριζόμενοι. ἡ γὰρ χλευασία, ὕβρις τις. ὥστ' οὐ διαφορὰ, ἀλλ' εἶδος, ἡ χλευασία.

10 Ἔτι, εἰ τὸ γένος ὡς διαφορὰν εἴρηκεν· οἷον, τὴν ἀρετὴν, ἕξιν ἀγαθὴν, ἢ σπουδαίαν. γένος γὰρ, τἀγαθὸν, τῆς ἀρετῆς ἐστιν. ἢ οὐ γένος τἀγαθὸν, ἀλλὰ διαφορά; εἴπερ ἀληθὲς, ὅτι οὐκ ἐνδέχεται ταὐτὸ ἐν δυσὶ γένεσιν εἶναι, μὴ περιέχουσιν ἄλληλα. οὔτε γὰρ τἀγαθὸν τὴν ἕξιν περιέχει, οὔθ' ἡ ἕξις τἀγαθόν· οὐ γὰρ πᾶσα ἕξις, ἀγαθόν. οὐδὲ πᾶν ἀγαθὸν, ἕξις. ὥστ' οὐκ ἂν εἴη γένη ἀμφότερα. εἰ οὖν ἡ ἕξις, τῆς ἀρετῆς γένος, δῆλον ὅτι τἀγαθὸν, οὐ γένος, ἀλλὰ μᾶλλον διαφορά. ἔτι, ἡ μὲν ἕξις τί ἐστι σημαίνει ἡ ἀρετή· τὸ δὲ ἀγαθὸν, οὐ τί ἐστιν, ἀλλὰ ποιόν· δοκεῖ δὲ ἡ διαφορὰ ποιόν τι σημαίνειν.

11 Ὁρᾶν δὲ καὶ, εἰ μὴ ποιόν τι, ἀλλὰ τόδε τι σημαίνει ἡ ἀποδοθεῖσα διαφορά. δοκεῖ γὰρ ποιόν τι πᾶσα διαφορὰ δηλοῦν. 12 Σκοπεῖν δὲ καὶ, εἰ κατὰ συμβεβηκὸς ὑπάρχει τῷ ὁριζομένῳ ἡ διαφορά. οὐδεμία γὰρ διαφορὰ, τῶν κατὰ συμβεβηκὸς ὑπαρχόντων ἐστὶ, καθάπερ οὐδὲ τὸ γένος· οὐ γὰρ ἐνδέχεται τὴν διαφορὰν ὑπάρχειν τινὶ, καὶ μὴ ὑπάρχειν. 13 Ἔτι, εἰ κατηγορεῖται τοῦ γένους ἡ διαφορὰ, ἢ τὸ εἶδος, ἢ τῶν κάτωθέν τι τοῦ εἴδους· οὐκ ἂν εἴη ὡρισμένος. οὐδὲν γὰρ τῶν εἰρημένων, ἐνδέχεται τοῦ γένους κατηγορεῖσθαι· ἐπειδὴ τὸ γένος ἐπὶ πλεῖον πάντων λέγεται.

9 Rurſus *videndum eſt*, an ſpeciē tradiderit quaſi differentiā: quēadmodum ij qui conuicium definiunt, contumeliam cum irriſione. nam irriſio *eſt* contumelia quædam. quamobrem irriſio non *eſt* differentia, ſed ſpecies.

10 Præterea *videndum eſt*, an genus quaſi differentiam dixerit: vt virtutem *eſſe* habitum bonum vel probum: quandoquidem bonū, virtutis eſt genus. An bonū non *eſt* genus, ſed differentia? ſiquidem fieri nō poteſt, vt idem ſit in duobus generibus, quorum neutrum alterum cōtineat: quia nec bonum continet habitum, nec habitus bonum. etenim nec omnis habitus *eſt* in bonis, nec omne bonum eſt habitus. quare non erunt ambo *virtutis* genera. ſi igitur habitus *eſt* virtutis genus: patet, bonum, non *eſſe* genus, ſed potiùs differentiam. Præterea habitus ſignificat quid ſit virtus: bonum autē, non quid ſit, ſed quale: videtur autem differentia quale quid ſignificare.

11 Videre etiam *oportet*, an data differentia non ſignificet quale quid, ſed hoc aliquid. omnis enim differentia videtur quale quid declarare. 12 Conſiderare etiam *oportet*, an differentia per accidens inſit rei definitæ. nulla enim differentia eſt *in* eorū *numero* quæ per accidens inſunt, quemadmodum nec genus: quia fieri nequit, vt differentia eidem inſit, & non inſit. 13 Præterea, ſi generi attribuatur differentia, vel ſpecies, vel aliquid ſpeciei ſubiectum: vtique non definiuit: quia nihil horum quæ dixi, generi attribui poteſt: quippe cùm genus latiùs, quàm *hæc* omnia, pateat.

14 Rurſus, ſi attribuatur genus differentiæ. non enim differentiæ, ſed *iis* de quibus differentia *dicitur*, genus attribui videtur: vt animal homini, & boni, & aliis pedeſtribus animalibus; non ipſi differẽtiæ, quæ de ſpecie dicitur. nam ſi ſingulis differẽtiis genus attribuetur, certè multa animalia ſpeciei attribuentur: quandoquidem differentię ſpeciei attribuuntur. Præterea omnes differentiæ vel erunt ſpecies, vel indiuidua: ſiquidem ſint animalia. vnumquodque enim animal aut eſt ſpecies, aut indiuiduum.

15 Similiter etiam conſiderandum *eſt*, an ſpecies, vel aliquid eorum quę *ſunt* ſub ſpecie, differentiæ attribuatur. *hoc* enim fieri nequit: quia de pluribus differẽtia dicitur, quàm ſpecies. Præterea accidet, vt differentia ſit ſpecies, ſi quæ ſpecies de ea dicatur. nam ſi *differentia* attribuitur homo: manifeſtum *eſt*, differentiam eſſe hominem. 16 Rurſus *videndum eſt*, an differentia non ſit prior ſpecie. oportet enim differẽtiam eſſe genere poſteriorem, ſpecie verò priorem. 17 Conſiderare etiam *oportet*, an alterius generis *ſit ea* differentia, quæ dicta *fuit*, quod neque *ab ea* contineatur, neque *eam* cõtineat: quia non videtur eadem differentia eſſe duorum generum, quorum neutrum ſub altero contineatur. alioquin accidet etiam ſpeciem eãdem in duobus generibus eſſe, quorũ neutrum alterum continebit. nam ex vnaquaque differentia cõcluditur proprium genus: vt ex pedeſtri & bipede cõcluditur animal. quare ſi *de eo dicitur* vtrumque genus, de quo *dicitur* differentia: patet ſpeciem *eſſe* in duobus generibus, quorum neutrum ſub altero continetur.

14 Πάλιν, εἰ κατηγορεῖται τὸ γένος τῆς διαφορᾶς· οὐ γὰρ κατὰ τῆς διαφορᾶς, ἀλλὰ καθ' ὧν ἡ διαφορὰ, τὸ γένος δοκεῖ κατηγορεῖσθαι· οἷον, τὸ ζῶον κατὰ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τοῦ βοὸς, καὶ τῶν ἄλλων πεζῶν ζώων· οὐκ αὐτῆς τῆς διαφορᾶς, τῆς κατὰ τοῦ εἴδους λεγομένης· εἰ γὰρ καθ' ἑκάστης τῶν διαφορῶν τὸ ζῶον κατηγορηθήσεται, πολλὰ ζῶα τοῦ εἴδους ἂν κατηγοροῖτο· αἱ γὰρ διαφοραὶ, τοῦ εἴδους κατηγοροῦνται. Ἔτι, διαφοραὶ πᾶσαι ἢ εἴδη, ἢ ἄτομα ἔσται, εἴπερ εἰσὶ ζῶα. ἕκαστον γὰρ τῶν ζώων, ἢ εἶδός ἐστιν, ἢ ἄτομον. 15 Ὁμοίως δὲ σκεπτέον καὶ, εἰ τὸ εἶδος, ἢ τῶν ὑποκάτω τι τοῦ εἴδους, τῆς διαφορᾶς κατηγορεῖται. ἀδύνατον γάρ· ἐπειδὴ ἐπὶ πλέον ἡ διαφορὰ, τῶν εἰδῶν λέγεται. Ἔτι, συμβήσεται τὴν διαφορὰν εἶδος εἶναι, εἴπερ κατηγορηθήσεταί τι αὐτῆς τῶν εἰδῶν. εἰ γὰρ κατηγορεῖται ὁ ἄνθρωπος, δῆλον ὅτι ἡ διαφορὰ ἄνθρωπός ἐστι. 16 Πάλιν, εἰ μὴ πρότερον ἡ διαφορὰ, τοῦ εἴδους. τοῦ μὲν γὰρ γένους ὕστερον, τοῦ δὲ εἴδους πρότερον τὴν διαφορὰν δεῖ εἶναι. 17 Σκοπεῖν δὲ καὶ, εἰ ἑτέρου γένους ἡ ῥηθεῖσα διαφορὰ, μηδὲ περιεχομένου, μηδὲ περιέχοντος. οὐ δοκεῖ γὰρ ἡ αὐτὴ διαφορὰ δύο γενῶν εἶναι, μὴ περιεχόντων ἄλληλα. εἰ δὲ μὴ, συμβήσεται καὶ εἶδος τὸ αὐτὸ, ἐν δυσὶ γένεσιν εἶναι μὴ περιέχουσιν ἄλληλα. ἐπιφέρει γὰρ ἑκάστη τῶν διαφορῶν τὸ οἰκεῖον γένος. καθάπερ τὸ πεζὸν καὶ τὸ δίπουν, τὸ ζῶον συνεπιφέρει. ὥστε, εἰ καθ' οὗ ἡ διαφορὰ, καὶ τῶν γενῶν ἑκάτερον· δῆλον οὖν, ὅτι τὸ εἶδος ἐν δυσὶ γένεσιν οὐ περιέχουσιν ἄλληλα.

18 Ἡ οὐκ

18 Ἢ οὐκ ἀδύνατον τὴν αὐτὴν διαφορὰν δύο γενῶν εἶναι μὴ περιεχόντων ἄλληλα. ἀλλὰ προσθετέον, μηδ' ἄμφω ὑπὸ ταὐτὸ ὄντων; τὸ γὰρ πεζὸν ζῷον, καὶ τὸ πτηνὸν ζῷον, γένη ἐστὶν οὐ περιέχοντα ἄλληλα· καὶ ἀμφοτέρων αὐτῶν τὸ δίπουν ἐστὶ διαφορά. ὥστε προσθετέον, ὅτι μηδ' ὑπὸ τὸ αὐτὸ ὄντων ἄμφω. ταῦτα γὰρ ἄμφω ὑπὸ τὸ ζῷόν ἐστι.

19 Δῆλον δὲ καὶ, ὅτι οὐκ ἀνάγκη τὴν διαφορὰν πᾶσαν, τὸ οἰκεῖον ἐπιφέρειν γένος· ἐπεὶ ἐνδέχεται τὴν αὐτὴν δύο γενῶν εἶναι, μὴ περιεχόντων ἄλληλα· ἀλλὰ τὸ ἕτερον μόνον ἀνάγκη συνεπιφέρειν, καὶ τὰ ἐπάνω τούτου πάντα· καθάπερ τὸ δίπουν, τὸ πτηνὸν ἢ τὸ πεζὸν συνεπιφέρει ζῷον.

20 Ὁρᾶν δὲ καὶ, εἰ τὸ ἔν τινι, ὡς διαφορὰν ἀποδέδωκεν οὐσίας. οὐ δοκεῖ γὰρ διαφέρειν οὐσία οὐσίας τῷ πού εἶναι. διὸ καὶ τοῖς τῷ πεζῷ καὶ τῷ ἐνύδρῳ διαιροῦσι τὸ ζῷον, ἐπιτιμῶσιν, ὡς τὸ πεζὸν καὶ τὸ ἔνυδρον πού σημαῖνον, ἢ ἐπὶ μὲν τούτων οὐκ ὀρθῶς ἐπιτιμῶσιν; οὐ γὰρ ἔν τινι, οὐδὲ πού σημαίνει τὸ ἔνυδρον, καὶ τὸ χερσαῖον, ἀλλὰ ποιόν τι. καὶ γὰρ ἂν ᾖ ἐν τῷ ξηρῷ, ὁμοίως ἔνυδρον. ὁμοίως δὲ τὸ χερσαῖον, κἂν ἐν ὑγρῷ, χερσαῖον, ἀλλ' οὐκ ἔνυδρον ἔσται. ἀλλ' ὅμως ἐάν ποτε σημαίνῃ τὸ ἔν τινι ἡ διαφορὰ, δῆλον ὅτι διημαρτηκὼς ἔσται.

21 Πάλιν, εἰ τὸ πάθος, διαφορὰν ἀποδέδωκε. πᾶν γὰρ πάθος μᾶλλον γινόμενον, ἐξίστησι τῆς οὐσίας· ἡ δὲ διαφορὰ, οὐ τοιοῦτον· μᾶλλον γὰρ σώζειν δοκεῖ ἡ διαφορὰ, οὗ

18 An non impoſſibile *eſt* eandem differentiam eſſe duorum generum, quorum neutrum cõtineatur ſub altero: ſed adiiciendum *eſt*, nec vtrumque ſub eodẽ cõtinetur? nam pedeſtre animal & alatum animal, ſunt genera, quorum neutrum ſub altero cõtinetur, & eorum vtriuſque, bipes, eſt differentia. quare adiungendum *eſt*, nec vtrumque ſub eodem cõtinetur. hæc enim ambo ſub animali ſunt. 19 Patet etiam, nõ neceſſariò ex omni differentia concludi proprium genus: cùm accidat eandẽ eſſe duorum generum, quorum neutrũ ſub altero cõtinetur: ſed alterum tantùm *genus* neceſſariò concludi, & omnia quæ ſupra illud *ſunt*: quemadmodum ex bipede alatum vel pedeſtre animal concluditur. 20 Videre etiam *oportet*, an *eſſe* in aliquo, quaſi ſubſtantiæ differentiam tradiderit: quia nõ videtur ſubſtantia à ſubſtantia differre eo quòd ſit alicubi. Idcirco & eos reprehendunt, qui pedeſtri & aquatili animal diuidunt: quaſi pedeſtre & aquatile ſignificent *eſſe* alicubi. An in his non rectè reprehendunt? quoniam aquatile & terrenum non ſignificant *eſſe* in aliquo, nec alicubi, ſed quale quid. nam & ſi ſit in *loco* ſicco, æquè *erit* aquatile. ſimilitérque ſi terrenum ſit in loco humido, terrenum erit, non aquatile. Veruntamen ſi quãdo differentia ſignificet eſſe in aliquo: manifeſtum erit, *eum* peccaſſe *qui definiuit*.

21 Item *videndum eſt*, an affectionem pro differentia tradiderit. omnis enim affectio, maior facta, eſſentiam *de ſtatu ſuo* dimouet: differentia verò non *eſt* eiuſmodi: quin potiùs videtur differentia *id* ſeruare, cuius

a Omnino.

b Conſiſtat, permaneat.

c Vt vno verbo complectar.

eſt differentia. & ſimpliciter [a] fieri nequit, vt ſine propria differentia quidque ſit [b]. niſi enim ſit pedeſtre, non erit homo.

22 Et, vt ſimpliciter dicam [c], ſecundum quæ variatur id quod habet, eorum nihil differentia illius *eſt*. nam omnia quæ ſunt eiuſmodi, ſi maiora fiant, eſſentiã *è ſtatu ſuo* dimouent. Quocirca qui talem aliquam differentiam tradidit, peccauit: quoniã omnino non variamur ſecundũ differentias. 23 *Peccauit* etiam, ſi cuius ad aliquid *relati* differentiã tradiderit, quæ ad aliud quidpiam non *referatur*. nam eorum quæ ad aliquid *referuntur*, etiam differentiæ *referuntur* ad aliquid: quemadmodũ & in ſcientia *perſpici poteſt*: dicitur enim contemplatiua, & actiua, & effectiua: quorum vnumquodque ſignificat ad aliquid: eſt enim alicuius *rei* contemplatiua, & alicuius effectiua, & alicuius actiua.

24 Conſiderare etiam *oportet*, an is qui definit, *id* tradat, ad quod naturâ refertur vnumquodque eorum quæ *ſunt* ad aliquid. quibuſdam enim ad nihil aliud vti licet, quàm ad id, ad quod ſingula referuntur naturâ: vt aſpectu *vti* ſolùm *licet* ad cernendũ, nonnullis verò & ad aliud quiddam *vti licet*: vt ſtrigili haurire aliquis poteſt. ſi quis tamẽ ſtrigilem definiuit, inſtrumentũ ad hauriendum, peccauit: quia non ad hoc eſt comparata. eius autẽ ad quod nata & cõparata res eſt, definitio *hæc eſt*, *id* ad quod vtatur prudẽs quà *eſt* prudens, & propria ſciẽtia quæ circa quamque rẽ *verſatur*. 25 Præterea *vidẽdũ eſt*, an nõ ad primũ accõmodauerit, cũ ad plura pertineat: vt *ſi quis* prudẽtiam *definiat*, virtutẽ hominis, vel animæ:

ἐστι διαφορά. καὶ ἁπλῶς ἀδύνατον ἄνευ τῆς οἰκείας διαφορᾶς ἕκαστον. πεζοῦ γὰρ μὴ ὄντος, οὐκ ἔσται ἄνθρωπος.

22 Ἁπλῶς δ᾽ εἰπεῖν, καθ᾽ ὅσα ἀλλοιοῦται τὸ ἔχον, οὐδὲν τούτων διαφορὰ ἐκείνου· ἅπαντα γὰρ τὰ τοιαῦτα μᾶλλον γινόμενα, ἐξίστησι τῆς οὐσίας. ὥστ᾽ εἴ τινα τοιαύτην διαφορὰν ἀπέδωκεν, ἡμάρτηκεν· ἁπλῶς γὰρ οὐκ ἀλλοιούμεθα κατὰ τὰς διαφοράς.

23 Καὶ εἴ τινος τῶν πρός τι, μὴ πρὸς ἄλλο τι τὴν διαφορὰν ἀποδέδωκε. τῶν γὰρ πρός τι, καὶ αἱ διαφοραὶ πρός τι· καθάπερ καὶ ἐπὶ τῆς ἐπιστήμης· θεωρητικὴ γὰρ, καὶ πρακτικὴ, καὶ ποιητικὴ λέγεται· ἕκαστον δὲ τούτων πρός τι σημαίνει· θεωρητικὴ γάρ τινος, καὶ ποιητική τινος, καὶ πρακτική τινος. 24 Σκοπεῖν δὲ καὶ, πρὸς ὃ πέφυκεν ἕκαστον τῶν πρός τι, ἀποδίδωσιν ὁ ὁριζόμενος. ἐνίοις μὲν γὰρ, πρὸς ὃ πέφυκεν ἕκαστον τῶν πρός τι, μόνον ἐστὶ χρῆσθαι· πρὸς ἄλλο δ᾽ οὐδέν. οἷον, τῇ ὄψει, πρὸς τὸ ἰδεῖν μόνον, ἐνίοις δὲ καὶ πρὸς ἄλλο τι· οἷον, τῇ στλεγγίδι κἂν ἀρύσαιτό τις· ἀλλ᾽ ὅμως, εἴ τις ὁρίσαιτο τὴν στλεγγίδα, ὄργανον πρὸς τὸ ἀρύειν, ἡμάρτηκεν· οὐ γὰρ πρὸς τοῦτο πέφυκεν. ὅρος δὲ τοῦ πρὸς ὃ πέφυκεν, ἐφ᾽ ὃ ἂν χρήσαιτο ὁ φρόνιμος ᾗ φρόνιμος, καὶ ἡ περὶ ἕκαστον οἰκεία ἐπιστήμη. 25 Ἔτι, εἰ μὴ τοῦ πρώτου ἀπέδωκεν, ὅταν τυγχάνῃ πρὸς πλείω λεγόμενον· οἷον, τὴν φρόνησιν, ἀρετὴν ἀνθρώπου, ἢ ψυχῆς,

καὶ μὴ τοῦ

καὶ μὴ τοῦ λογιστικοῦ· πρώτου γὰρ τοῦ λογιστικοῦ ἀρετή, ἡ φρόνησις· κατὰ γὰρ τοῦτο, καὶ ἡ ψυχή, καὶ ὁ ἄνθρωπος φρονεῖν λέγεται. 26 Ἔτι, εἰ μὴ δεκτικόν ἐστιν, οὗ εἴρηται τὸ ὡρισμένον, πάθος, ἢ ἡ διάθεσις, ἢ ὁποιονοῦν ἄλλο, ἡμάρτηκε. πᾶσα γὰρ διάθεσις, καὶ πᾶν πάθος, ἐν ἐκείνῳ πέφυκε γίνεσθαι, οὗ ἐστι διάθεσις, ἢ πάθος· καθάπερ καὶ ἡ ἐπιστήμη, ἐν ψυχῇ, διάθεσις οὖσα ψυχῆς. Ἐνίοτε δὲ διαμαρτάνουσιν ἐν τοῖς τοιούτοις· οἷον, ὅσοι λέγουσιν, ὅτι ὕπνος ἐστὶν ἀδυναμία αἰσθήσεως· καὶ ἡ ἀπορία, ἰσότης ἐναντίων λογισμῶν· καὶ ἡ ἀλγηδών, διάστασις τῶν συμφύτων μερῶν μετὰ βίας· οὔτε γὰρ ὁ ὕπνος ὑπάρχει τῇ αἰσθήσει· ἔδει δ', εἴπερ ἀδυναμία αἰσθήσεώς ἐστιν. ὁμοίως δ' οὐδ' ἡ ἀπορία ὑπάρχει τοῖς ἐναντίοις λογισμοῖς· οὐδ' ἡ ἀλγηδὼν τοῖς συμφύτοις μέρεσιν ὑπάρχει· ἀλγήσει γὰρ τὰ ἄψυχα, εἴπερ ἀλγηδὼν αὐτοῖς παρέσται. τοιοῦτος δὲ καὶ ὁ τῆς ὑγιείας ὁρισμός, εἴπερ συμμετρία θερμῶν καὶ ψυχρῶν ἐστιν· ἀνάγκη γάρ, ὑγιαίνειν τὰ θερμὰ καὶ ψυχρά· ἡ γὰρ ἑκάστου συμμετρία, ἐν ἐκείνοις ὑπάρχει, ὧν ἐστι συμμετρία· ὥστε ἡ ὑγίεια ὑπάρχοι ἂν αὐτοῖς. 27 Ἔτι, τὸ ποιούμενον εἰς τὸ ποιητικόν, ἢ ἀνάπαλιν συμβαίνει τιθέναι τοῖς οὕτως ὁριζομένοις. οὐ γάρ ἐστιν ἀλγηδὼν ἡ διάστασις τῶν συμφύτων μερῶν, ἀλλὰ ποιητικὸν ἀλγηδόνος· οὐδ' ἡ ἀδυναμία τῆς αἰσθήσεως, ὁ ὕπνος, ἀλλὰ ποιητικὸν θάτερον θατέρου· ἤτοι γὰρ διὰ τὴν ἀδυναμίαν ὑπνοῦμεν, ἢ διὰ τὸν ὕπνον ἀδυνατοῦμεν. ὁμοίως δὲ καὶ τῆς ἀπορίας δόξειεν ἂν ποιητικὸν εἶναι ἡ τῶν ἐναντίων

non, rationalis *facultatis*. nam prudentia primùm *eſt* virtus *facultatis* rationalis: etenim ſecundum hanc & anima, & homo prudẽs eſſe dicitur. 26 Præterea peccauit, niſi ſuſceptiuum ſit *id*, cuius res definita dicitur *eſſe* affectio, vel diſpoſitio, vel quiduis aliud. naturâ enim comparatum eſt, vt omnis diſpoſitio & omnis affectio in eo gignatur, cuius eſt diſpoſitio vel affectio: quemadmodũ & ſciẽtia *gignitur* in anima, cùm ſit diſpoſitio animæ. Interdum autem in huiuſmodi *rebus* peccant: vt qui dicunt ſomnum eſſe imbecillitatẽ ſenſus: & dubitationem, æqualitatem contrariarum rationum: & dolorem, ſeparationem partium naturâ coniunctarum, vi *factam*. etenim nec ſomnus ineſt ſenſui; deberet autem *ineſſe*, ſi eſſet imbecillitas ſenſus: ſimiliter nec dubitatio ineſt contrariis rationibus: nec dolor ineſt partib' naturâ cõiunctis: dolebunt enim res inanimæ, ſiquidẽ dolor eis aderit. Talis *eſt* etiã valetudinis definitio, ſi quidem eſt ſymmetria calidorũ & frigidorũ. neceſſe enim *eſt* valere res calidas & frigidas: quia ſingulorũ ſymmetria in iis *rebus* ineſt, quorũ eſt ſymmetria: itaq; valetudo iis ineſſet. 27 Accidit præterea, vt qui ſic definiunt, reducant id quod fit, ad effectiuũ, vel cõtrà. nõ enim ſeparatio partiũ naturâ coniunctarum, eſt dolor, ſed effectiuũ doloris. nec imbecillitas ſenſus *eſt* ſomn': ſed alterũ *eſt* effectiuũ alterius: aut enim ꝓpter imbecillitatẽ ſomno opprimitur, aut propter ſomnum ſumus imbecilli. Similitérque contrariarum rationum æqualitas videri poteſt eſſe effectiuum

dubitationis. cùm enim in vtramque partem ratiocinamur, & æquè videntur omnia vtroque modo fieri, tum dubitamus vtrum agamus. 28 Præterea ſecundum omnia tempora inſpiciendum eſt, an alicubi [a] diſcrepet, vt ſi *quis* immortale definierit, quod nunc eſt interitus expers. animal enim quod nunc eſt interitus expers, nũc immortale erit. An in hoc non accidit? quoniam illud, nunc interitus expers eſſe, ambiguum *eſt*. aut enim non interiiſſe nunc, ſignificat, aut nõ poſſe interire nunc, aut nunc eſſe eiuſmodi vt nũquàm intereat. Cùm igitur dicim' interitus expers nunc eſſe animal: non hoc dicimus, nunc tale eſſe animal, ſed quod numquàm intereat. quod idem eſt atque immortale. quare nõ accidit, vt nunc immortale ſit. Attamen ſicubi [b] accidat, vt id quod in definitione [c] traditũ eſt, nunc inſit, vel priùs; id verò quod nomine *declaratur*[d], non inſit: certè non idem erit. Vtendum igitur eſt *hoc* loco, quemadmodum dictum eſt.

a Aliquando.
b Si quando.
c Definitione.
d Definitum.

ἰσότης λογισμῶν. ὅταν γὰρ ἐπ' ἀμφότερα λογιζομένοις ἡμῖν, ὅμοια ἅπαντα φαίνηται καθ' ἑκάτερον γίνεσθαι, ἀποροῦμεν ὁπότερον πράξωμεν. 28 Ἔτι, κατὰ τοὺς χρόνους πάντας ἐπισκοπεῖν, εἴ που διαφωνεῖ. οἷον, εἰ τὸ ἀθάνατον ὡρίσατο ζῷον ἄφθαρτον νῦν εἶναι. τὸ γὰρ νῦν ἄφθαρτον ζῷον, νῦν ἀθάνατον ἔσται. ἢ ἐπὶ μὲν τούτου οὐ συμβαίνει; ἀμφίβολον γὰρ τὸ νῦν ἄφθαρτον εἶναι. ἢ γὰρ ὅτι οὐκ ἔφθαρται νῦν, σημαίνει, ἢ ὅτι οὐ δυνατὸν φθαρῆναι νῦν, ἢ ὅτι τοιοῦτόν ἐστι νῦν, οἷον μηδέποτε φθαρῆναι. ὅταν οὖν λέγωμεν, ὅτι ἄφθαρτον νῦν ἐστι ζῷον, οὐ τοῦτο λέγομεν, ὅτι νῦν τοιοῦτόν ἐστι ζῷον, ἀλλ' οἷον μηδέποτε φθαρῆναι. τοῦτο δὲ τῷ ἀθανάτῳ τὸ αὐτὸ ἦν. ὥστε οὐ συμβαίνει νῦν αὐτὸ ἀθάνατον εἶναι. ἀλλ' ὅμως ἐάν που συμβαίνῃ, τὸ μὲν κατὰ τὸν λόγον ἀποδοθὲν, ὑπάρχειν νῦν, ἢ πρότερον· τὸ δὲ κατὰ τοὔνομα, μὴ ὑπάρχειν· οὐκ ἂν εἴη ταὐτόν. χρηστέον οὖν τῷ τόπῳ, καθάπερ εἴρηται.

Loci à comparatione, à diſiunctione, & à definitione.

Cap. VII.

1 ¶ *A comparatione. Si alia definitio magis conueniat.* 2 *Si acceſſionem recipiat res definita, non definitio:* 3 *vel ambo non ſimul recipiant.* 4 *Si duabus rebus propoſitis, alteri definitio, alteri definitum magis conueniat:* 5 *vel alterum æquè, vel alterum non æquè conueniat.* 6 ¶ *A diſiunctione.* 7 ¶ *A definitione partium definitionis.*

12
e Definitione.

COnſiderandũ etiã *eſt*, an definitũ alia oratione [e] magis explicetur, quàm eâ quæ tradita fuit. vt ſi iuſtitia *definiatur* facultas æqui diſtributiua. iuſtus enim potiùs *eſt is* qui conſulto vult æquum diſtribuere, quàm qui po-

Σκεπτέον δὲ καὶ, εἰ καθ' ἕτερόν τι μᾶλλον λέγεται τὸ ὁρισθὲν, ἢ κατὰ τὸν ἀποδοθέντα λόγον. οἷον, εἰ ἡ δικαιοσύνη, δύναμις τοῦ ἴσου διανεμητική. δίκαιος γὰρ μᾶλλον, ὁ προαιρούμενος τὸ ἴσον διανέμειν, τοῦ δυναμένου.

μένου. ὥστε οὐκ ἂν εἴη ἡ δικαιοσύνη, δύναμις τοῦ ἴσου διανεμητική· καὶ γὰρ δίκαιος εἴη ἂν μάλιστα, ὁ δυνάμενος τὸ ἴσον διανεῖμαι. 2 Ἔτι, εἰ τὸ μὲν πρᾶγμα δέχεται τὸ μᾶλλον· τὸ δὲ κατὰ τὸν λόγον ἀποδοθὲν, μὴ δέχεται· ἢ ἀνάπαλιν, τὸ μὲν κατὰ τὸν λόγον ἀποδοθὲν, δέχεται· τὸ δὲ πρᾶγμα, μή. δεῖ γὰρ ἢ ἀμφότερα δέχεσθαι, ἢ μηδέτερον, εἴπερ δὴ ταὐτόν ἐστι τὸ κατὰ τὸν λόγον ἀποδοθὲν, τῷ πράγματι. 3 Ἔτι, εἰ δέχεται μὲν ἀμφότερα τὸ μᾶλλον, μὴ ἅμα δὲ τὴν ἐπίδοσιν ἀμφότερα λαμβάνει. οἷον, εἰ ὁ ἔρως, ἐπιθυμία συνουσίας ἐστίν. ὁ γὰρ μᾶλλον ἐρῶν, οὐ μᾶλλον ἐπιθυμεῖ τῆς συνουσίας. ὥστε οὐχ ἅμα ἀμφότερα τὸ μᾶλλον ἐπιδέχεται· ἔδει δέ γε, εἴπερ ταὐτὸν ἦν. 4 Ἔτι, εἰ δύο τινῶν προστεθέντων, καθ' οὗ τὸ πρᾶγμα μᾶλλον λέγεται, τὸ κατὰ τὸν λόγον ἧττον λέγεται. οἷον, εἰ τὸ πῦρ ἐστι σῶμα τὸ λεπτομερέστατον· πῦρ μὲν γὰρ μᾶλλον ἡ φλόξ ἐστι τοῦ φωτός· σῶμα δὲ τὸ λεπτομερέστατον, ἧττον ἡ φλὸξ τοῦ φωτός· ἔδει δ' ἀμφότερα μᾶλλον τῷ αὐτῷ ὑπάρχειν, εἴπερ ταὐτὰ ἦν. 5 Πάλιν, εἰ τὸ μὲν, ὁμοίως ἀμφοτέροις ὑπάρχει τοῖς προστεθεῖσι· τὸ δ' ἕτερον, μὴ ὁμοίως ἀμφοτέροις, ἀλλὰ τῷ ἑτέρῳ μᾶλλον. 6 Ἔτι, ἐὰν πρὸς δύο τὸν ὁρισμὸν ἀποδῷ καθ' ἑκάτερον. οἷον, τὸ καλὸν, τὸ δι' ὄψεως ἢ τὸ δι' ἀκοῆς ἡδύ· καὶ τὸ ὂν, τὸ δυνατὸν παθεῖν ἢ ποιῆσαι. ἅμα γὰρ ταὐτὸ, καλόν τε καὶ οὐ καλὸν ἔσται. ὁμοίως δὲ καὶ ὄν τε καὶ οὐκ ὄν. τὸ γὰρ δι' ἀκοῆς ἡδὺ, ταὐτὸν τῷ καλῷ ἔσται· ὥστε τὸ μὴ ἡδὺ δι' ἀκοῆς, ταὐτὸν τῷ οὐ καλῷ· τοῖς γὰρ αὐτοῖς καὶ τὰ ἀντικείμενα,

teſt. quare iuſtitia non eſt facultas æqui diſtributiua. nam & iuſtus *is* maximè eſſet, qui poteſt æquũ diſtribuere. 2 Præterea *videndũ eſt*, an res[a] ſuſcipiat intentionẽ; id verò quod in definitione[b] traditũ eſt, non ſuſcipiat: vel contrà quod in definitione traditum eſt, recipiat, res autem nõ *item*. oportet enim vel ambo recipere, vel neutrũ: ſiquidem idẽ eſt, quod in oratione traditur, atque res *definita*. 3 Præterea, an recipiant quidẽ ambo[c] intentionẽ, ſed nõ ambo ſimul acceſſionem recipiant. vt ſi amor ſit cupiditas concubitus[d]. nã qui magis amat, non magis cupidus eſt concubitus. quare nõ ſimul ambo[e] intentionẽ recipiunt. atqui opus eſſet, ſi idem eſſent. 4 Præterea, an duobus propoſitis, de quo res[f] magis dicitur, *de eo* minùs dicatur id quod eſt in definitione[g]. vt ſi ignis ſit corpus tenuiſſimis partibus conſtans. nã flamma eſt magis ignis, quàm lux: minùs verò flãma *eſt* corpus tenuiſſimis partibus conſtans, quàm lux. deberent autẽ ambo[h] eidẽ[i] magis ineſſe, ſi idẽ eſſent. 5 Rurſus, an alterũ æquè ambobus propoſitis cõueniat; alterum verò non æquè ambobus, ſed alteri magis, *alteri minus*[k]. 6 Præterea, an ad duo definitionẽ accõmodauit ſecundũ vtrũq;: vt *ſi* pulchrũ *definiuit*, id qđ viſu vel auditu iucũdũ eſt: & ens, id quod poteſt pati vel facere. idem .n. ſimul pulchrũ & nõ pulchrũ erit: ſimiliterq; ens & nõ ens. nã auditu iucundũ, idẽ erit quod pulchrũ. quare quod nõ *eſt* auditu iucundũ, idẽ *erit* quod nõ pulchrũ. nam & quę iiſdem opponuntur,

a Definita.
b Definitione.
c Definitum, & definitio.
d Concũbendi.
e Amor & cupiditas concumbendi.
f Id eſt, definitum.
g Definitione.
h Ignis & corpus tenuiſſimis partibus cõſtans.
i Vel lucis vel flammæ.
13
k Vt ſi vinum definiatur liquor inebrians, nam aliud magis, aliud minùs inebriat, cùm non ſit magis vel minùs vinum.

eadem ſunt: opponitur autem pulchro non pulchrũ: & ei quod auditu iucundum *eſt*, id quod nõ *eſt* iucundũ auditu. patet igitur, idem eſſe *id quod* non *eſt* iucundum auditu, & *quod* non *eſt* pulchrum. Si quid igitur ſit aſpectu iucundum, non auditu: *id* & pulchrum [a] & non pulchrum [b] erit. Similiter autem probabimus idem eſſe ens & non ens. 7 Præterea generum & differẽtiarum & ceterorum omnium quæ in definitionibus traduntur, definitiones [c] loco nominum conficiantur, & videatur, an aliquid *eorum* diſcrepet.

a Quia viſum delectat.
b Quia non oblectat auditum.
14
c Orationes.

ταὐτά· ἀντίκειται δὲ τῷ μὲν καλῷ, τὸ οὐ καλόν· τῷ δὲ δι᾽ ἀκοῆς ἡδεῖ, τὸ οὐχ ἡδὺ δι᾽ ἀκοῆς. δῆλον οὖν, ὅτι ταὐτὸν τὸ οὐχ ἡδὺ δι᾽ ἀκοῆς, τῷ οὐ καλῷ. εἰ οὖν τί ἐστι δι᾽ ὄψεως μὲν ἡδύ, δι᾽ ἀκοῆς δὲ μή, καλόν τε καὶ οὐ καλὸν ἔσται. ὁμοίως δὲ δείξομεν, καὶ διότι ταὐτόν, ὄν τε καὶ οὐκ ὄν ἐστιν. 7 Ἔτι, καὶ τῶν γενῶν, καὶ τῶν διαφορῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν ἐν τοῖς ὁρισμοῖς ἀποδιδομένων, λόγους ἀντὶ τῶν ὀνομάτων ποιοῦντα, σκοπεῖν, εἴ τι διαφωνεῖ.

Loci ab omiſſione. Cap. VIII.

1 Si omiſſum ſit id, ad quod refertur 2 Si omiſſus ſit finis, quia nõ eſt expreſſum id quod poſtremum eſt: 3 vel quia generatio, actióue pro fine ſumptus eſt. 4 A differentia omiſſa 5 in definitione appetitionum.

CAP. XV.
15

SI verò id quod definitur, ad aliquid referatur vel per ſe, vel ratione generis: conſiderare *oportet*, an non ſit in definitione expreſſum *id*, ad quod refertur vel per ſe, vel ratione generis. vt ſi *quis* ſcientiam definierit, exiſtimationem immutabilem: aut voluntatem, appetitionem dolore vacuam. omnis enim rei quæ ad aliquid *refertur*, eſſentia *conſiſtit in relatione* ad alterum: quandoquidem vnicuique eorũ, quæ ad aliquid *referuntur*, idẽ eſt eſſentia, & ad aliquid quodã modo affectum eſſe. oportebat igitur dicere, ſcientiam *eſſe* exiſtimationem *rei* ſcibilis: & voluntatem, appetitionem boni. Similis ratio eſt, ſi grammaticam definierit, ſcientiam literarum. oportebat enim in definitione id tradere, ad quod ipſa res *definita*, vel ad quod genus refertur. 2 *Videndum eſt* etiam, an alicuius ad quidpiam relati *definitio*, non *per relationem* ad finem tradatur.

Ἐὰν δ᾽ ᾖ πρός τι τὸ ὁριζόμενον, ἢ καθ᾽ αὑτό, ἢ κατὰ τὸ γένος, σκοπεῖν, εἰ μὴ εἴρηται ἐν τῷ ὁρισμῷ, πρὸς ὃ λέγεται ἢ καθ᾽ αὑτό, ἢ κατὰ τὸ γένος. οἷον, εἰ τὴν ἐπιστήμην ὡρίσατο ὑπόληψιν ἀμετάπειστον· ἢ τὴν βούλησιν, ὄρεξιν ἄλυπον. παντὸς γὰρ τοῦ πρός τι ἡ οὐσία, πρὸς ἕτερον· ἐπειδὴ ταὐτὸν ἦν ἑκάστῳ τῶν πρός τι τὸ εἶναι, ὅπερ τὸ πρός τί πως ἔχειν. ἔδει οὖν τὴν ἐπιστήμην εἰπεῖν ὑπόληψιν ἐπιστητοῦ· καὶ τὴν βούλησιν, ὄρεξιν ἀγαθοῦ. ὁμοίως δὲ καί, εἰ τὴν γραμματικὴν ὡρίσατο ἐπιστήμην γραμμάτων· ἔδει γὰρ ἢ πρὸς ὃ αὐτὸ λέγεται, ἢ πρὸς ὅ ποτε τὸ γένος, ἐν τῷ διορισμῷ ἀποδίδοσθαι. 2 Ἤ, εἴ τινος πρός τι εἰρημένου, μὴ πρὸς τὸ τέλος ἀποδέδοται,

τέλος

τέλος δ' ἐν ἑκάστῳ τὸ βέλτιστον, ἢ οὗ χάριν τἆλλα. ῥητέον οὖν ἢ τὸ βέλτιστον, ἢ τὸ ἔσχατον· οἷον, τὴν ἐπιθυμίαν, οὐχ ἡδέος, ἀλλ' ἡδονῆς· ταύτης γὰρ χάριν καὶ τὸ ἡδὺ αἱρούμεθα. 3 Σκοπεῖν δὲ καὶ, εἰ γένεσίς ἐστι πρὸς ὃ ἀποδέδωκεν, ἢ ἐνέργεια. οὐδὲν γὰρ τῶν τοιούτων, τέλος. μᾶλλον γὰρ τὸ ἐνηργηκέναι καὶ τὸ γεγενῆσθαι, τέλος, ἢ τὸ γίνεσθαι καὶ ἐνεργεῖν. ἢ οὐκ ἐπὶ πάντων ἀληθὲς τὸ τοιοῦτον; σχεδὸν γὰρ οἱ πλεῖστοι ἥδεσθαι μᾶλλον βούλονται, ἢ πεπαῦσθαι ἡδόμενοι· ὥστε τὸ ἐνεργεῖν, τέλος ἂν μᾶλλον ποιοῖντο, τοῦ ἐνηργηκέναι. 4 Πάλιν ἐπ' ἐνίων, εἰ μὴ διώρικε τοῦ πόσου, ἢ τοῦ ποίου, ἢ ποῦ, ἢ κατὰ τὰς ἄλλας διαφοράς. οἷον, φιλότιμος, ὁ ποίας καὶ ὁ πόσης ὀρεγόμενος τιμῆς. πάντες γὰρ ὀρέγονται τιμῆς. ὥστ' οὐκ ἀπόχρη φιλότιμον εἰπεῖν, τὸν ὀρεγόμενον τιμῆς· ἀλλὰ προσθετέον τὰς εἰρημένας διαφοράς. ὁμοίως δὲ καὶ φιλοχρήματος, ὁπόσων ὀρεγόμενος χρημάτων· ἢ ἀκρατὴς, ὁ περὶ ποίας ἡδονάς. οὐ γὰρ ὁ ὑφ' ὁποιασοῦν ἡδονῆς κρατούμενος, ἀκρατὴς λέγεται, ἀλλ' ὁ ὑπό τινος. ἢ πάλιν ὡς ὁρίζονται τὴν νύκτα, σκιὰν γῆς· ἢ τὸν σεισμὸν, κίνησιν γῆς· ἢ τὸ νέφος, πύκνωσιν ἀέρος· ἢ τὸ πνεῦμα, κίνησιν ἀέρος. προσθετέον γὰρ, πόσου, καὶ ποίου, καὶ ποῦ, καὶ ὑπὸ τίνος, ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων. ἀπολείπων γὰρ διαφορὰν ἡντινοῦν, οὐ λέγει τὸ τί ἦν εἶναι. δεῖ δ' ἀεὶ πρὸς τὸ ἐνδεὲς ἐπιχειρεῖν. οὐ γὰρ ὁπωσοῦν γῆς κινηθείσης, οὐδ' ὁποσηοῦν, σεισμὸς ἔσται·

Finis autem in quaque re eſt id, quod eſt optimum, vel id cuius gratiâ reliqua *ſunt*. dicendum igitur *eſt*, vel quod *eſt* optimum, vel quod *eſt* poſtremum: veluti cupiditatem *eſſe*, non iucundi, ſed voluptatis: huius enim gratiâ etiam iucundum eligimus.

3 Conſiderare etiam *oportet*, an
id ad quod aptauit, ſit generatio 17
vel actus: quia nihil eorum eſt finis. etenim potiùs egiſſe, & genitū eſſe, finis *eſt*, quàm gigni & agere. An nō in omnibꝰ hoc verum eſt? ferè enim plurimi malunt voluptate affici, quàm affici deſiiſſe. quare conſtituent, agere potiùs eſſe finem, quàm egiſſe.

4 Item in quibuſdam *videndum* 18
eſt, an non definierit, quanti, vel qualis, vel vbi *ſit*, vel ſecūdum alias differentias. vt an bitioſus, qualis & quanti honoris appetens ſit. omnes enim honorem appetunt. quare nō ſatis eſt ambitioſum dicere eum, qui honoris eſt appetens: ſed adiiciendæ ſunt dictæ differentiæ. ſimiliter ſi auarus *definiatur, dicendum eſt*, quot pecuniarū appetens *ſit*: aut incontinens, circa quas voluptates *verſetur*. nō enim, qui à qualicunque voluptate ſuperatur, incontinens dicitur, ſed qui à *certa* quadā. Idē *dicendū eſt de iis definitionibus, quibus* noctē definiūt, vmbram terrę: vel terræmotum, motionē terræ: vel nubem, denſationem aëris: vel ventum, motionem aëris. addendū enim *eſt*, quanti, & qualis, & vbi, & à quo. Similis eſt ratio ceterorum, quæ ſunt eiuſmodi. nā qui differentiā quamuis prætermittit, non dicit quiditatem. oportet autē ſemper aduerſus id quod deeſt, dirigere argumenta. nō enim quandocunque terra mota ſit, nec quantavis *mota ſit*, terræmotus erit:

ſimiliter nec quomodocumque, nec quantuſcumque aër motus
19 ſit, ventus erit. 5 Item in appetitionibus *definiendis peccatur*, ſi adiectum non ſit id quod videtur: nec non in omnibus aliis, quibus *hoc* conuenit. vt *ſi* voluntas *definiatur* appetitio boni: cupiditas verò, appetitio iucundi: non autem, eius quod videtur bonum, vel iucundum. ſæpe enim qui appetunt, ignorant bonum aut iucundum eſſe. quare non neceſſe *eſt*, vt bonum vel iucũdum ſit, ſed vt videatur dumtaxat. ſic igitur oportet etiam expoſitionem facere.

6 Quod ſi id quoque quod dixi, tradiderit: ad ideas ducendus eſt, qui ponit ideas eſſe: quoniã idea nullius rei eſt quæ videtur: ſpecies verò ad ſpeciem videtur referri: vt ipſa-cupiditas *eſt* ipſius-iucundi, & ipſa-voluntas, ipſius-boni. eius autem quod videtur bonum, non erit ipſa-voluntas: nec eius quod videtur iucundũ, ipſa-cupiditas. abſurdum *eſt* enim, eſſe ipſum-apparens bonum, vel iucundum.

ὁμοίως δ' οὐδ' ἀέρος ὁπωσοῦν, οὐδ' ὁποσουοῦν κινηθέντος, πνεῦμα ἔσται. 5 Ἔτι, ἐπὶ τῶν ὀρέξεων, εἰ μὴ πρόσκειται τὸ φαινόμενον· καὶ ἐφ' ὅσων ἄλλων ἁρμόττει· οἷον, ὅτι ἡ βούλησις, ὄρεξις ἀγαθοῦ· ἡ δ' ἐπιθυμία, ὄρεξις ἡδέος· ἀλλὰ μὴ φαινομένου ἀγαθοῦ, ἢ ἡδέος. πολλάκις γὰρ λανθάνει τοὺς ὀρεγομένους, ὅτι ἀγαθὸν, ἢ ἡδύ ἐστιν. ὥστ' οὐκ ἀναγκαῖον, ἀγαθὸν ἢ ἡδὺ εἶναι, ἀλλὰ φαινόμενον μόνον. ἔδει οὖν οὕτω καὶ τὴν ἀπόδοσιν ποιήσασθαι.

6 Ἐὰν δὲ καὶ ἀποδοθῇ τὸ εἰρημένον, ἐπὶ τὰ εἴδη ἀκτέον τὸν τιθέμενον ἰδέας εἶναι· οὐ γάρ ἐστιν ἰδέα φαινομένου οὐδενός· τὸ δ' εἶδος, πρὸς τὸ εἶδος δοκεῖ λέγεσθαι· οἷον, αὐτοεπιθυμία, αὐτοηδέος· καὶ αὐτοβούλησις, αὐτοαγαθοῦ. φαινομένου δ' ἀγαθοῦ, οὐκ ἔσται αὐτοβούλησις· οὐδὲ φαινομένου ἡδέος, αὐτοεπιθυμία· ἄτοπον γὰρ τὸ εἶναι αὐτοφαινόμενον ἀγαθὸν, ἢ ἡδύ.

De abſtractis, vel concretis, & de oppoſitis.

CAP. IX.

1 *A contrariis, & à coniugatis.* 2 *Ab eo ad quod genus, vel ſpecies refertur.* 3 *A definitione oppoſiti, vel relati,* 4 *vel contrarij.* 5 *Si oppoſitum per oppoſitum definiatur vt habitus per priuationem,* 7 *vel contrarium per contrarium.* 8 *Si in definitione priuationis non explicetur, cuius ſit priuatio, & in quo ſubiecto.* 9 *Si definitione definiatur id quod non dicitur ſecundum priuationem.*

20 PRæterea ſi habitus definitio *propoſita* ſit: ſpectandum eſt in eo quod habet. ſin autem eius quod habet, in habitu. Similis eſt ratio ceterorum, quæ ſunt eiuſmodi, vt ſi iucundum *eſt* id quod vtile, etiam qui voluptate afficitur, vtilitate afficitur. & vt vniuerſaliter dicã, in huiuſmodi

ἜΤι, ἐὰν μὲν ᾖ τῆς ἕξεως ὁ ὁρισμὸς, σκοπεῖν ἐπὶ τοῦ ἔχοντος· ἐὰν δὲ τοῦ ἔχοντος, ἐπὶ τῆς ἕξεως. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων. οἷον, εἰ τὸ ἡδὺ, ὅπερ ὠφέλιμον· καὶ ὁ ἡδόμενος, ὠφελούμενος. καθόλου δὲ εἰπεῖν, ἐν τοῖς τοιούτοις

ὁρισμοῖς

ὁρισμοῖς τρόπον τινὰ πλείω ἑνὸς συμβαίνει τὸν ὁριζόμενον ὁρίζεσθαι· ὁ γὰρ τὴν ἐπιστήμην ὁριζόμενος, τρόπον τινὰ καὶ τὴν ἄγνοιαν ὁρίζεται. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ἐπιστῆμον, καὶ τὸ ἀνεπιστῆμον· καὶ τὸ ἐπίστασθαι, καὶ τὸ ἀγνοεῖν. τοῦ γὰρ πρώτου δήλου γινομένου, τρόπον τινὰ καὶ τὰ λοιπὰ δῆλα γίνονται. σκεπτέον οὖν ἐπὶ πάντων τῶν τοιούτων, μή τι διαφωνῇ, στοιχείοις χρώμενοι τοῖς ἐκ τῶν ἐναντίων καὶ τῶν συστοίχων.

2 Ἔτι, ἐπὶ τῶν πρός τι σκοπεῖν, εἰ πρὸς ὃ τὸ γένος ἀποδίδοται, καὶ τὸ εἶδος πρὸς ἐκεῖνό τι ἀποδίδοται. οἷον, εἰ ἡ ὑπόληψις, πρὸς τὸ ὑποληπτόν· καὶ ἡ τὶς ὑπόληψις, πρὸς τὶ ὑποληπτόν· καὶ εἰ τὸ πολλαπλάσιον, πρὸς τὸ πολλοστημόριον· καὶ τὸ τὶ πολλαπλάσιον, πρὸς τὸ τὶ πολλοστημόριον. εἰ γὰρ μὴ οὕτως ἀποδίδοται, δῆλον ὅτι ἡμάρτηται. 3 Ὁρᾶν δὲ καὶ, εἰ τοῦ ἀντικειμένου ὁ ἀντικείμενος λόγος· οἷον, εἰ τοῦ ἡμίσεος ὁ ἀντικείμενος τῷ τοῦ διπλασίου. εἰ γὰρ τὸ διπλάσιον, τὸ ἐν ἴσῳ ὑπερέχον· ἥμισυ, τὸ ἐν ἴσῳ ὑπερεχόμενον.

4 Καὶ ἐπὶ τῶν ἐναντίων δὲ ὡσαύτως. ὁ γὰρ ἐναντίος, τοῦ ἐναντίου λόγος ἔσται, κατὰ μίαν τινὰ τῶν ἐναντίων συμπλοκήν. οἷον, εἰ ὠφέλιμον, τὸ ποιητικὸν ἀγαθοῦ· βλαβερὸν, τὸ ποιητικὸν κακοῦ, ἢ τὸ φθαρτικὸν ἀγαθοῦ. θάτερον γὰρ τούτων ἀναγκαῖον ἐναντίον εἶναι τῷ ἐξ ἀρχῆς ῥηθέντι. εἰ οὖν μηδέτερον, ἐναντίον τῷ ἐξ ἀρχῆς ῥηθέντι· δῆλον ὅτι οὐδέτερος ἂν εἴη τῶν ὕστερον ἀποδοθέντων, τοῦ ἐναντίου λόγος. ὥστ' οὐδ' ὁ ἐξ ἀρχῆς ἀποδοθεὶς, ὀρθῶς ἀποδέδοται.

definitionibus quodãmodo ac-
cidit, vt qui definit, plura quàm
vnum definiat. nam qui ſcientiã
definit, quodammodo etiã ignc-
rantiã definit: ſimiliterque ſciẽs,
& ignorans: necnon ſcire, & i-
gnorare. cùm enim primũ ma-
nifeſtum ſit, quodammodo etiã
reliqua manifeſta fiunt. in iis i-
gitur omnibus, ne quid diſcre-
pet, videndum *eſt* ex iis elemen-
tis, quæ *ſunt* ex contrariis, & cõ-
iugatis. 2 Præterea in iis, quæ 21
ad aliquid *referuntur*, conſiderare
oportet, an ad quod accommoda-
tum eſt genus, ad illud aliquid
accommodetur etiam ſpecies.
veluti ſi exiſtimatio *refertur* ad
exiſtimabile, etiam quædam exi-
ſtimatio *refertur* ad quoddam e-
xiſtimabile: & ſi multiplum ad
ſubmultiplum, etiam quoddam
multiplum ad quoddã ſubmul-
tiplum. niſi enim ita accommo-
detur, patet eſſe peccatũ. 3 Vi- 22
dere etiã *oportet*, an oppoſiti *ſit*
oppoſita definitio. veluti, an di-
midij *definitio ſit* oppoſita defi-
nitioni dupli. ſi enim duplũ *eſt*,
quod æquali ſuperat: dimidium
eſt, quod æquali ſuperatur.
4 Eadem *eſt* ratio cõtrariorum.
nam contrarij contraria defini-
tio erit ſecundum vnam quandã
contrariorum cõnexionem. vel-
uti, ſi vtile *eſt*, quod *eſt* effectiuũ
boni: damnoſum *eſt*, quod *eſt*
effectiuũ mali, vel quod *eſt* cor-
ruptiuum boni. neceſſe *eſt* enim
horum alterum eſſe contrarium
ei quod ab initio dictum fuit. ſi
igitur neutrum *ſit* contrarium ei
quod ab initio dictum fuit: patet
neutram ex *definitionibus* poſte-
riùs traditis eſſe contrarij defi-
nitionem. quocirca ne ea quidẽ
quæ initio data eſt, rectè tradita
fuit.

23 5 Quoniam autẽ nonnulla contraria *ſunt* quæ priuatione alterius dicuntur: (vt inæqualitas videtur eſſe priuatio ęqualitatis: etenim quæ non *ſunt* æqualia, dicuntur inæqualia) manifeſtum *eſt*, id quod ſecundum priuationem dicitur contrarium, neceſſariò definiri per alterum: reliquum verò nõ item definiri debere per id quod ſecundum priuationem dicitur: quoniam accideret, vt vtrumque ex vtroque notum fieret. Notandum igitur in contrariis *eſt* huiuſmodi peccatum. vt ſi quis definierit ęqualitatem eſſe, quod *eſt* contrarium inæqualitati. *ſic* enim *æqualitas* definitur per id quod ſecundum priuationem dicitur. 6 Præterea neceſſe *eſt*, vt qui ſic definit, ipſo definito vtatur *in definitione*. quod manifeſtum *fiet*, ſi pro nomine accipiatur definitio. cùm enim nihil interſit, *vtrùm* inæqualitas dicatur, an priuatio æqualitatis: æqualitas erit, quod *eſt* contrarium priuationi æqualitatis. quare ipſo *definito* vſus eſt.

24 7 Quòd ſi neutrum contrariorũ ſecundum priuationem dicatur, ſimiliter autem definitio tradita fuerit: veluti bonum *eſſe*, quod *eſt* contrariũ malo: profectò malum erit; quod *eſt* cõtrarium bono. nam eorum quę ita *ſunt* contraria, ſimiliter definitio tradi debet. itaq; rurſus accidit, vt ipſo definito vtatur. ineſt enim in mali definitione bonũ. quare ſi bonum eſt, quod *eſt* malo cõtrarium: malum autem *dicatur*, an quod *eſt* bono contrarium, nihil intereſt: certè bonum erit, quod eſt boni contrario contrarium. patet igitur, *eum qui definiuit*, ipſo *definito* vſum eſſe. 8 Præterea *vidẽ-*
25 *dum eſt*, an *id* explicans quod ſecundũ priuationẽ dicitur, non expoſuerit *id* cuius eſt priuatio: veluti habitúsne, an cõtrarij, an cuiuſuis priuatio ſit:

5 Ἐπεὶ δ' ἔνια τῶν ἐναντίων στερήσει θατέρου λέγονται· οἷον, ἡ ἀνισότης, στέρησις ἰσότητος δοκεῖ εἶναι. ἄνισα γὰρ, τὰ μὴ ἴσα λέγεται) δῆλον ὅτι τὸ μὲν κατὰ στέρησιν λεγόμενον ἐναντίον, ἀναγκαῖον ὁρίζεσθαι διὰ θατέρου· τὸ δὲ λοιπὸν, οὐκέτι διὰ τοῦ κατὰ στέρησιν λεγομένου ὁρίζεσθαι. συμβαίνοι γὰρ ἂν ἑκάτερον δι' ἑκατέρου γνωρίζεσθαι. ἐπισκεπτέον οὖν ἐν τοῖς ἐναντίοις τὴν τοιαύτην ἁμαρτίαν· οἷον, εἴ τις ὁρίσαιτο τὴν ἰσότητα εἶναι, τὸ ἐναντίον ἀνισότητι· διὰ γὰρ τοῦ κατὰ στέρησιν λεγομένου ὁρίζεται. 6 Ἔτι, τὸν οὕτως ὁριζόμενον, ἀναγκαῖον αὐτῷ τῷ ὁριζομένῳ χρῆσθαι. δῆλον δὲ τοῦτο, ἐὰν μεταληφθῇ ἀντὶ τοῦ ὀνόματος ὁ λόγος. ἐπεὶ γὰρ ἀνισότητα οὐδὲν διαφέρει εἰπεῖν, ἢ στέρησιν ἰσότητος· ἔσται ἡ ἰσότης, τὸ ἐναντίον στερήσει ἰσότητος. ὥστ' αὐτῷ ἂν εἴη κεχρημένος.

7 Ἐὰν δὲ μηδέτερον τῶν ἐναντίων κατὰ στέρησιν λέγηται, ἀποδοθῇ δ' ὁ λόγος ὁμοίως· οἷον, ἀγαθὸν, τὸ ἐναντίον κακῷ· δῆλον ὅτι κακὸν, τὸ ἐναντίον ἀγαθῷ ἔσται· τῶν γὰρ οὕτως ἐναντίων, ὁμοίως ὁ λόγος ἀποδοτέος. ὥστε πάλιν αὐτῷ τῷ ὁριζομένῳ συμβαίνει χρῆσθαι. ἐνυπάρχει γὰρ ἐν τῷ τοῦ κακοῦ λόγῳ τὸ ἀγαθόν. ὥστ' εἰ ἀγαθόν ἐστι, τὸ τῷ κακῷ ἐναντίον· τὸ δὲ κακὸν, οὐδὲν διαφέρει, ἢ τὸ τῷ ἀγαθῷ ἐναντίον· ἔσται ἀγαθὸν τὸ ἐναντίον τῷ τοῦ ἀγαθοῦ ἐναντίῳ. δῆλον οὖν, ὅτι αὐτῷ κέχρηται. 8 Ἔτι, εἰ τὸ κατὰ στέρησιν λεγόμενον ἀποδιδοὺς, μὴ ἀπέδωκεν οὗ ἐστιν ἡ στέρησις. οἷον, τῆς ἕξεως, ἢ τοῦ ἐναντίου, ἢ ὅτου οὖν ἐστι στέρησις.

καὶ εἰ

καὶ εἰ μὴ ἐν ᾧ πέφυκε γίνεσθαι. προσέθηκεν, ἢ ἁπλῶς, ἢ ἐν ᾧ πρώτῳ πέφυκε γίνεσθαι. οἷον, εἰ τὴν ἄγνοιαν εἰπὼν στέρησιν, μὴ ἐπιστήμης στέρησιν εἶπεν· ἢ μὴ προσέθηκεν, ἐν ᾧ πέφυκε γίνεσθαι· ἢ προσθεὶς, μὴ ἐν ᾧ πρώτῳ ἀπέδωκεν· οἷον, ὅτι οὐκ ἐν τῷ λογιστικῷ, ἀλλ' ἐν ἀνθρώπῳ, ἢ ψυχῇ. ἐὰν γὰρ ὁποιονοῦν τούτων μὴ ποιήσῃ, ἡμάρτηκεν. ὁμοίως δὲ καὶ, εἰ τὴν τυφλότητα, μὴ ὄψεως στέρησιν ἐν ὀφθαλμῷ εἶπε. δεῖ γὰρ τὸν καλῶς ἀποδιδόντα τὸ τί ἐστι, καὶ τίνος ἐστὶν ἡ στέρησις ἀποδοῦναι, καὶ τί ἐστι τὸ ἐστερημένον.

9 Ὁρᾶν δὲ καὶ, εἰ μὴ λεγόμενον κατὰ στέρησιν, στερήσει ὥρισατο· οἷον, καὶ ἐπὶ τῆς ἀγνοίας δόξειεν ἂν ὑπάρχειν ἡ τοιαύτη ἁμαρτία, τοῖς μὴ κατ' ἀπόφασιν τὴν ἄγνοιαν λέγουσι. τὸ γὰρ μὴ ἔχον ἐπιστήμην, οὐ δοκεῖ ἀγνοεῖν, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ διηπατημένον. διὸ οὔτε τὰ ἄψυχα, οὔτε τὰ παιδία φαμὲν ἀγνοεῖν. ὥστ' οὐ κατὰ στέρησιν ἐπιστήμης ἡ ἄγνοια λέγεται.

& an non adiunxit *id*, in quo vt gignatur ſimpliciter, vel in quo primo vt gignatur, naturâ comparatum eſt, vt ſi *quis*, cùm dixerit ignorãtiam *eſſe* priuationem, non dixerit *eſſe* priuationẽ ſciẽtiæ: aut nõ adiunxerit *id*, in quo vt gignatur, naturâ comparatum eſt: aut cùm *id* adiunxerit, non expoſuerit *id* in quo primo: vtputà non *dixerit* in *facultate animæ* rationali, ſed in homine, vel *in* anima: nam ſi quiduis horum non fecerit, peccabit. Similitérq; ſi cæcitatem nõ dixerit *eſſe* aſpectus priuationem in oculo. debet.n. *is* qui rectè explicat quod *priuatio* ſit, etiam cuius ſit priuatio, declarare, & quid ſit id quid priuatum eſt. 26
9 Videre etiam *oportet*, an priuatione definierit *id* quod non dicitur ſecundum priuationem, quod quidem vitium & in ignorantiæ *definitione* ineſſe videbitur iis qui non ponunt ignorantiam ſecũdum negationem. quod.n. non habet ſcientiã, non videtur ignorare, ſed potiùs quod decipitur. idcirco nec res inanimas, nec infantes ignorare dicimus. quapropter ignorantia non dicitur ſecundum priuationem ſcientiæ.

Loci à caſibus, ab idea, & ab homonymia. Cap. X.

1 *A caſibus.* 2 *Ab idea.* 3 *Ab homonymia.*

Ἔτι, εἰ τῶν ὁμοίων τοῦ ὀνόματος πτώσεων, αἱ ὅμοιαι τοῦ λόγου πτώσεις ἐφαρμόττουσιν. οἷον, εἰ ὠφέλιμον, τὸ ποιητικὸν ὑγιείας· ὠφελίμως, τὸ ποιητικῶς ὑγιείας· καὶ ὠφεληκὸς, τὸ πεποιηκὸς ὑγίειαν. 2 Σκοπεῖν δὲ καὶ, ἐπὶ τὴν ἰδέαν εἰ ἐφαρμόσει ὁ λεχθεὶς ὅρος. ἐπ' ἐνίων γὰρ οὐ συμβαίνει. οἷον, ὡς Πλάτων ὁρίζεται, τὸ θνητὸν προσάπτων ἐν τοῖς τῶν ζώων ὁρισμοῖς. ἡ γὰρ ἰδέα οὐκ ἔσται θνητή. οἷον, αὐτοάνθρωπος. ὥστε οὐκ ἐφαρμόσει ὁ λόγος ἐπὶ τὴν ἰδέαν.

PRęterea *videndũ eſt*, an ſimilibus nominis caſib' ſimiles orationis caſus conueniãt. 27
veluti, ſi vtile *eſt*, quod *eſt* accommodatum ad ſanitatem efficiẽdam: vtiliter, *eſt* accõmodatè ad ſanitatẽ efficiẽdam: & vtilitatẽ attulit, quod effecit ſanitatẽ. 2 Cõſiderare etiã *oportet*, an ideæ cõueniat definitio q̃ dicta eſt. 28
quoniã in nonnullis *hoc* non accidit, veluti *ſi quis ita definiat*, vt Plato definit, qui *verbũ* mortale adiicit in animaliũ definitionib. etenim idea nõ eſt mortalis, vt ipſe-homo. quare nõ aptabitur definitio ad ideã.

ſimpliciter autem, quibus adiũgitur effectiuum, aut patibile, neceſſe eſt *eorum* definitionẽ nõ conuenire ideæ: quoniam ideæ impatibiles & immobiles *eſſe* videntur iis qui dicunt ideas eſſe. & contra hos [a] etiam huiuſmodi rationes valent.

a Qui ponunt ideas.

CAP. V.

29

3 Præterea in iis quæ ſecundum homonymiam dicuntur, *videndũ eſt*, an vnam communem omnium definitionem tradiderit. nam ea quorum vna eſt ad *commune* nomen accommodata definitio, ſynonyma *ſunt*. quare tradita definitio nullius eorum *propria eſt*, quæ ſub nomine continentur: quippe cùm æquè ad omnia *ſignificata verbum* homonymum aptetur. 4 Hoc vitio laborat etiã vitę definitio à Dionyſio tradita, ſi quidem eſt motus generis quod alitur, naturâ inſitus, conſequens: quoniã hoc non magis animalibus quàm plantis ineſt: vita autem non ſecundum vnam ſpeciem dici videtur, ſed alia animalibus, alia plantis ineſt. 5 Accidit igitur etiam, vt cõſultò ſic tradatur definitio, quaſi omnis vita *ſit* ſynonyma, & dicatur ſecũdum vnam ſpeciẽ. ſed nihil etiam vetat, quo minùs *aliquis* perſpiciẽs homonymiam, ac volens alterius definitionem tradere, non animaduertat ſe non propriam, ſed amborum communem definitionẽ tradere. ſed nihilo minùs, ſi *quis* vtrouis modo fecit, peccauit.

6 Quia verò quędam homonyma latent: is quidem qui interrogat[b], quaſi ſynonymis vti debet: quoniã alteri[a] *ſignificati* definitio alteri nõ cõueniet: proinde eo modo videbitur nõ definiuiſſe. quandoquidẽ opus eſt, vt ſynonymũ omnibus cõueniat. at is qui reſpõdet[c], diſtinguere debet. 7 Quoniam autẽ nõnulli eorũ qui reſpõdẽt, qđ ſynonymũ eſt, aiũt eſſe homonymũ,

b Qui argumẽtatur cõtra theſim.

ἁπλῶς δ', οἷς προσκεῖται τὸ ποιητικὸν, ἢ παθητικὸν, ἀνάγκη διαφωνεῖν ἐπὶ τῆς ἰδέας τὸν ὅρον· ἀπαθεῖς γὰρ καὶ ἀκίνητοι δοκοῦσιν αἱ ἰδέαι τοῖς λέγουσιν ἰδέας εἶναι. πρὸς δὲ τούτους καὶ οἱ τοιοῦτοι λόγοι χρήσιμοι. 3 Ἔτι, ἐπὶ τῶν καθ' ὁμωνυμίαν λεγομένων, εἰ ἕνα λόγον κοινὸν ἁπάντων ἀποδέδωκε. συνώνυμα γὰρ, ὧν εἷς ὁ κατὰ τοὔνομα λόγος. ὥστ' οὐδενὸς τῶν ὑπὸ τοὔνομα ὁ ἀποδοθεὶς ὅρος· ἐπειδὴ ὁμοίως ἐπὶ πᾶν, τὸ ὁμώνυμον ἐφαρμόττει. 4 Πέπονθε δὲ τοῦτο καὶ ὁ Διονυσίου τῆς ζωῆς ὅρος, εἴπερ ἐστὶ κίνησις γένους θρεπτικοῦ, σύμφυτος, παρακολουθοῦσα· οὐδὲν γὰρ μᾶλλον τοῦτο τοῖς ζώοις. ἢ τοῖς φυτοῖς ὑπάρχει· ἡ δὲ ζωὴ οὐ καθ' ἓν εἶδος δοκεῖ λέγεσθαι. ἀλλ' ἑτέρα μὲν τοῖς ζώοις, ἑτέρα δὲ τοῖς φυτοῖς ὑπάρχει. 5 Ἐνδέχεται μὲν οὖν καὶ κατὰ προαίρεσιν οὕτως ἀποδοῦναι τὸν ὅρον, ὡς συνωνύμου τε καὶ καθ' ἓν εἶδος πάσης τῆς ζωῆς λεγομένης. οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ συνορῶντα τὴν ὁμωνυμίαν, καὶ θατέρου βουλόμενον τὸν ὁρισμὸν ἀποδοῦναι, λαθεῖν μὴ ἴδιον, ἀλλὰ κοινὸν ἀμφοῖν λόγον ἀποδόντα. ἀλλ' οὐδὲν ἧττον, εἰ ὁποτέρως οὖν πεποίηκεν, ἡμάρτηκεν. 6 Ἐπεὶ δ' ἔνια λανθάνει τῶν ὁμωνύμων, ἐρωτῶντι μὲν ὡς συνωνύμοις χρηστέον· οὐ γὰρ ἐφαρμόσει ὁ θατέρου ὅρος ἐπὶ θάτερον· ὥστε δόξει οὐχ ὡρίσθαι κατὰ τρόπον· δεῖ γὰρ ἐπὶ πᾶν, τὸ συνώνυμον ἐφαρμόττειν. αὐτῷ δ' ἀποκρινομένῳ διαιρετέον.

7 Ἐπεὶ δ' ἔνιοι τῶν ἀποκρινομένων, τὸ μὲν συνώνυμον, ὁμώνυμόν φασιν εἶναι,

ὅταν

ὅταν μὴ ἐφαρμόττῃ ἐπὶ πᾶν ὁ ἀποδοθεὶς λόγος· τὸ δ' ὁμώνυμον, συνώνυμον, ἐὰν ἐπ' ἄμφω ἐφαρμόττῃ· προδιομολογητέον ὑπὲρ τῶν τοιούτων, ἢ προσυλλογιστέον, ὅτι ὁμώνυμον, ἢ συνώνυμον, ἢ ὁπότερον ἂν ᾖ. μᾶλλον γὰρ συγχωροῦσιν οὐ προορῶντες τὸ συμβησόμενον. ἂν δὲ μὴ γενομένης ὁμολογίας, φῇ τις τὸ συνώνυμον, ὁμώνυμον εἶναι, διὰ τὸ μὴ ἐφαρμόττειν καὶ ἐπὶ τούτου τὸν ἀποδοθέντα λόγον· σκοπεῖν, εἰ ὁ τούτου λόγος ἐφαρμόττει καὶ ἐπὶ τὰ λοιπά· δῆλον γὰρ, ὅτι συνώνυμον ἂν εἴη τοῖς λοιποῖς. εἰ δὲ μὴ, πλείους ἔσονται ὁρισμοὶ τοῖς λοιποῖς· δύο γὰρ οἱ κατὰ τοὔνομα λόγοι ἐφαρμόττουσιν ἐπ' αὐτά, ὅ, τε πρότερος ἀποδοθεὶς, καὶ ὁ ὕστερος. 8 Πάλιν, εἴ τις ὁρισάμενος τῶν πολλαχῶς τι λεγομένων, καὶ τοῦ λόγου μὴ ἐφαρμόττοντος ἐπὶ πάντα, ὅτι μὲν ὁμώνυμον μὴ λέγοι, τὸ δ' ὄνομα μὴ φαίη ἐφαρμόττειν ἐπὶ πάντα, ὅτι οὐδ' ὁ λόγος· ῥητέον πρὸς τὸν τοιοῦτον, ὅτι τῇ μὲν ὀνομασίᾳ δεῖ χρῆσθαι τῇ παραδεδομένῃ καὶ παρεπομένῃ, καὶ μὴ κινεῖν τὰ τοιαῦτα. Ἔνια δ' οὐ λεκτέον ὁμοίως τοῖς πολλοῖς.

quando non omnibus conuenit tradita definitio: quod verò eſt homonymum, *aiunt eſſe* ſynonymum, ſi vtriſque *ſignificatis* conueniat[a]: idcirco prius ex cõfeſſo conſtituendum eſt de his, aut proſyllogiſmis[b] probandum, *eſſe* homonymum, vel ſynonymum, vel vtrumlibet. faciliùs enim cõcedunt, qui non proſpiciũt, quid euenturum ſit. Quòd ſi *inter diſputantes* non conuenerit, ac dicat aliquis id quod eſt ſynonymum, eſſe homonymum, propterea quòd non conuenit huic quoque definitio quæ data eſt: conſiderare *oportet*, an huius definitio conueniat etiam reliquis. patet enim ſynonymum *id* cum reliquis fore. alioqui plures erũt reliquorũ *ſignificatorum* definitiones. nam duæ *ſunt* ad nomen *accommodatæ* definitiones, *quæ* ipſis conueniunt: *nẽpe* prior quæ data eſt, & poſterior. 8 Rurſus ſi quis, cùm aliquid eorum definierit, quæ multis modis dicuntur, cúmque definitio nõ omnibus *ſignificatis* conueniat, homonymum quidem *eſſe* non dicat, ſed neget nomen omnibus conuenire, quia nec definitio *conueniat*: aduerſus hunc dici debet, appellatione ea vtendum eſſe, quæ tradita eſt & recepta, nec moueri *debere* quæ ſunt eiuſmodi. Quædam tamen nõ ita dicenda ſunt, vt multi *dicunt*.

a Definitio, quæ data eſt.

b. Antecedentibus ſyllogiſmis.

De verborum coniunctorum definitione.

C A P. X I.

1 A detractione. 2 Si nomina cum nominibus cõmutentur: 3 & ignotiora pro notioribus accipiantur: 4 vel ſignificatio mutetur: 5 vel non differentiæ, ſed generis mutatio fiat.

Ἐὰν δὲ τῶν συμπεπλεγμένων τινὸς ἀποδοθῇ ὅρος· σκοπεῖν, ἀφαιροῦντα τὸν θατέρου τῶν συμπεπλεγμένων λόγον, εἰ καὶ ὁ λοιπὸς, τοῦ λοιποῦ· εἰ γὰρ μὴ, δῆλον ὅτι

SIn autem alicuius coniuncti definitio tradita fuerit: videndum eſt, detracta alterius partis definitione, an & reliqua ſit reliquæ *partis definitio*. ſi enim ſecus: manifeſtum *eſt*,

ne totam quidem totius *definitionem eſſe*. vt ſi *quis* lineam finitam rectam definierit, extremũ plani habentis extrema, cuius medium adiungitur extremis: ſi finitæ lineæ definitio eſt, extremum plani habẽtis extrema: recti eſſe oportet reliquam *definitionẽ, id eſt*, cuius mediũ adiũgitur extremis. atqui *linea* infinita neque medium neque extrema habet, recta tamen eſt. quare nõ erit reliqua *oratio*, eius quod re-
31 liquum eſt, definitio. 2 Præterea *videndum eſt*, an, cùm compoſitum ſit id quod definitur, definitio tradita ſit totidem mẽbris conſtans quot definitũ. totidem membris cõſtare dicitur definitio, quando quot ſunt compoſita, tot ſunt in definitione nomina & verba. neceſſe *eſt* enim in huiuſmodi *definitionibus* cõmutationem ipſorum nominũ fieri, aut omnium, aut quorundam: quandoquidem nihilo plura nomina nunc, quàm antea, dicta ſunt: oportet autem eum qui definit, orationem pro nominibus tradere maximè quidem omniũ: ſin minùs, *ſaltem* plurimorũ. Sic enim & in iis, quæ ſimplicia ſũt, *res ſe habet, nam* qui nomen *cum nomine* commutabit, nunquam definiet: vt *ſi* pro indumento *dicas* veſtimentum. 3 Præterea grauius peccatum *eſt*, ſi ignotiora nomina aſſumat: vt pro homine albo, mortalem candidũ: quia nec definiuit; & ita dictũ minùs perſpicuum *eſt*. 4 Videndum eſt etiam in nominum commutatione, an nõ idem adhuc ſignificet: vt qui dixit contẽplatiuam ſcientiã *eſſe* exiſtimationem cõtemplatiuam. nã exiſtimatio nõ *eſt* idẽ quod ſcientia. atqui *idem ſit*, oportet: ſi quidẽ & totum, idẽ futurũ eſt. etenim *verbũ illud*, contẽplatiuũ, cõmune eſt ambab. orationibus.

οὐδὲ ὁ ὅλως, τοῦ ὅλου. οἷον, εἰ ὡρίσατο γραμμὴν πεπερασμένην εὐθεῖαν, πέρας ἐπιπέδου ἔχοντος πέρατα, οὗ τὸ μέσον ἐπιπροσθεῖ τοῖς πέρασιν· εἰ τῆς πεπερασμένης γραμμῆς λόγος ἐστὶ πέρας ἐπιπέδου ἔχοντος πέρατα, τῆς εὐθείας, τὸ λοιπὸν δεῖ εἶναι, οὗ τὸ μέσον ἐπιπροσθεῖ τοῖς πέρασιν. ἀλλ' ἡ ἄπειρος οὔτε μέσον, οὔτε πέρατα ἔχει, εὐθεῖα δέ ἐστιν. ὥστε οὐκ ἔστιν ὁ λοιπὸς, τοῦ λοιποῦ λόγος. 2 Ἔτι, εἰ συνθέτου ὄντος τοῦ ὁριζομένου, ἰσόκωλος ὁ λόγος ἀπεδόθη τῷ ὁριζομένῳ. ἰσόκωλος δὲ λέγεται ὁ λόγος εἶναι, ὅταν ὅσαπερ ἂν ᾖ τὰ συγκείμενα, τοσαῦτα καὶ τὰ ἐν τῷ λόγῳ ὀνόματα καὶ ῥήματα ᾖ. ἀνάγκη γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις αὐτῶν τῶν ὀνομάτων μεταλλαγὴν γίνεσθαι, ἢ πάντων, ἢ τινῶν, ἐπεὶ οὐδὲν πλείω νῦν, ἢ πρότερον, ὀνόματα εἴρηται. δεῖ δὲ τὸν ὁριζόμενον, λόγον ἀντὶ τῶν ὀνομάτων ἀποδιδόναι, μάλιστα μὲν τῶν πάντων· εἰ δὲ μὴ, τῶν πλείστων. οὕτω μὲν γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν ἁπλῶν, ὁ τοὔνομα μεταλαβὼν, οὐχ ὁρισάμενος εἴη, οἷον, ἀντὶ λωπίου ἱμάτιον. 3 Ἔτι δὲ, μείζων ἡ ἁμαρτία, εἰ καὶ ἀγνωστοτέρων ὀνομάτων τὴν μετάληψιν ἐποιήσατο· οἷον, ἀντὶ τοῦ ἀνθρώπου λευκοῦ, βροτὸν ἀργόν. οὔτε γὰρ ὥρισται, ἧττόν τι σαφὲς, οὕτω ῥηθέν. 4 Σκοπεῖν δὲ καὶ ἐν τῇ μεταλλαγῇ τῶν ὀνομάτων, εἰ μὴ ταὐτὸν ἔτι σημαίνει· οἷον, ὁ τὴν θεωρητικὴν ἐπιστήμην, ὑπόληψιν θεωρητικὴν εἰπών. ἡ γὰρ ὑπόληψις τῇ ἐπιστήμῃ οὐ ταὐτόν. δεῖ δέ γε, εἴπερ μέλλει καὶ τὸ ὅλον ταὐτὸν εἶναι. τὸ μὲν γὰρ θεωρητικὸν, κοινὸν ἐν ἀμφοτέροις τοῖς λόγοις ἐστί·

τὸ δὲ λοι-

τὸ δὲ λοιπὸν, διαφορά. 5 Ἔτι, εἰ θατέρου τῶν ὀνομάτων μετάληψιν ποιούμενος, μὴ τῆς διαφορᾶς, ἀλλὰ τοῦ γένους τὴν μεταλλαγὴν ἐποιήσατο· καθάπερ ἐπὶ τοῦ ἀρτίως ῥηθέντος. ἀγνωστότερον γὰρ ἡ θεωρητική, τῆς ἐπιστήμης· τὸ μὲν γὰρ, γένος· τὸ δὲ, διαφορά· πάντων δὲ γνωριμώτερον τὸ γένος· κοινότερον γάρ. ὥστε οὐ τοῦ γένους, ἀλλὰ τῆς διαφορᾶς ἔδει τὴν μετάληψιν ποιήσασθαι· ἐπειδὴ ἀγνωστότερόν ἐστι. 6. Ἢ τοῦτο μὲν γελοῖον τὸ ἐπιτίμημα; οὐδὲν γὰρ κωλύει, τὴν μὲν διαφορὰν, τῷ γνωριμωτάτῳ ὀνόματι εἰρῆσθαι· τὸ δὲ γένος, μή. οὕτω δὲ ἐχόντων, δῆλον ὅτι τοῦ γένους, καὶ οὐ τῆς διαφορᾶς, κατὰ τοὔνομα τὴν μετάληψιν ποιητέον. εἰ δὲ μὴ ὄνομα ἀντὶ ὀνόματος, ἀλλὰ λόγον ἀντ' ὀνόματος μεταλαμβάνει· δῆλον ὅτι τῆς διαφορᾶς μᾶλλον, ἢ τοῦ γένους, ὁρισμὸν ἀποδοτέον· ἐπειδὴ τοῦ γνωρίσαι χάριν ὁ ὁρισμὸς ἀποδίδοται· ἧττον γὰρ ἡ διαφορά, τοῦ γένους γνώριμος.

quod autem reliquum *eſt*, diuerſum *eſt*. 5 Præterea *videndum eſt*, in alterius *tantùm* nominis cõmutatione facta, non differentiã ſed genus mutauerit: vt in eo quod modò dixi, *videre licet*. ignotius enim eſt *verbum* cotẽplatiua, quàm ſcientia: quoniam hoc *eſt* genus; illud, differentia. *ceteris* autem omnibus notius *eſt* genus, vtpote quod *eſt* communius. vnde non generis, ſed differentiæ commutationẽ fieri oportebat; quia *hæc* eſt ignotior. 6 An hæc reprehenſio ridicula eſt. nihil enim vetat, differentiã notiſſimo nomine ſignificari, genus non *item*. cùm autem ita *ſe* habent: patet, generis, nõ differentiæ nomen *eſſe* mutandum. Si verò non nomen pro nomine, ſed orationem pro nomine aſſumat: patet, differentiæ potiùs quàm generis definitionem tradendam *eſſe*: quia notificãdi gratiâ definitio traditur: minùs enim differẽtia, quàm genus, nota *eſt*.

Varij loci. Cap. XII.

13 Necnon ſi quis ipſa quidē oppoſita nō ſumat, ſed duo eiuſmodi petat, ex quibus ſequetur oppoſita cōtradictio. 14 *Hoc* autem differunt, ſumere cōtraria, & *petere* quod initio *quæſitum fuit*: quòd huius peccatum ad cōcluſionem pertinet; nam ad eam reſpicientes dicimus peti quod initio *quæſitum fuit*: contraria verò in propoſitionibus cernuntur; nempe quia certo quodam modo ſunt inter ſe affectæ.

a Veluti, voluptatem eſſe bonū, & non eſſe malum.

πάντων τῶν ἐναντίων προκειμένου, τῶν δέ τινων ἀξιώσειε· δοκεῖ γὰρ καὶ οὕτως, ὃ μετὰ πλειόνων ἔδει δεῖξαι, καθ' αὑτὸ καὶ χωρὶς αἰτεῖσθαι.

6 Πάλιν, εἴ τις διελὼν, αἰτεῖται τὸ προβληθέν. οἷον, εἰ δέον δεῖξαι τὴν ἰατρικὴν ὑγιεινοῦ καὶ νοσώδους, χωρὶς ἑκάτερον ἀξιώσειεν. 7 Ἢ, εἴ τις τῶν ἑπομένων ἀλλήλοις ἐξ ἀνάγκης, θάτερον αἰτήσειεν· οἷον, τὴν πλευρὰν, ἀσύμμετρον τῇ διαμέτρῳ, δέον ἀποδεῖξαι ὅτι ἡ διάμετρος τῇ πλευρᾷ. 8 Ἰσαχῶς δὲ καὶ τὰ ἐναντία αἰτοῦνται τοῖς ἐξ ἀρχῆς.

9 Πρῶτον μὲν γὰρ, εἴ τις τὰς ἀντικειμένας αἰτήσαιτο, φάσιν καὶ ἀπόφασιν. 10 Δεύτερον δὲ, τἀναντία κατὰ τὴν ἀντίθεσιν· οἷον, ἀγαθὸν καὶ κακὸν, ταὐτόν. 11 Τρίτον, εἴ τις τὸ καθόλου ἀξιώσας, ἐπὶ μέρους αἰτοῖτο τὴν ἀντίφασιν. οἷον, εἰ λαβὼν τῶν ἐναντίων μίαν ἐπιστήμην, ὑγιεινοῦ καὶ νοσώδους ἑτέραν ἀξιώσειεν· ἢ τοῦτο αἰτησάμενος, ἐπὶ τοῦ καθόλου τὴν ἀντίθεσιν πειρῷτο λαμβάνειν. 12 Πάλιν, ἐάν τις αἰτήσῃ τὸ ἐναντίον τοῦ ἐξ ἀνάγκης συμβαίνοντι διὰ τῶν κειμένων. 13 Καὶ εἴ τις αὐτὰ μὲν μὴ λάβῃ τὰ ἀντικείμενα· τοιαῦτα δ' αἰτήσαιτο δύο, ἐξ ὧν ἔσται ἡ ἀντικειμένη ἀντίφασις.

14 Διαφέρει καὶ τὸ τἀναντία λαμβάνειν, τοῦ ἐν ἀρχῇ, τοσοῦτον, ὅτι τοῦ μὲν ἐστὶν ἡ ἁμαρτία πρὸς τὸ συμπέρασμα· πρὸς γὰρ ἐκεῖνο βλέποντες, τὸ ἐν ἀρχῇ λέγομεν αἰτεῖσθαι. τὸ δ' ἐναντία ἐστὶν ἐν ταῖς προτάσεσι· τῷ γὰρ ἔχειν πως ταύτας πρὸς ἀλλήλας.

DE

DE EXERCITATIONE.

TRACTATVS III.

CAP. XIV.

1 De rationibus cenuertendis. 2 Vt in vtramque partem diſſeratur, & ſolutiones afferantur. 3 Qui ſint maximè apti ad obſeruandum hoc præceptum. 4 De problematis, quæ ſæpe in diſputationem cadunt. 5 De primis theſibus. 6 De definitsemibus. 7 De propoſitionibus communibus. 10 De vna ratione in multas diuidenda. 11 Vt ex particularibus rationibus vniuerſales memoriæ causâ colligantur. 13 De ſyllogiſmo, & inductione. 15 De vtilitate aliqua referenda ex diſputatione. 16 Non cum quouis diſputandum. 17 Quæ argumenta confecta & parata habere oporteat.

Πρὸς δὲ γυμνασίαν καὶ μελέτην τῶν τοιούτων λόγων, πρῶτον μὲν ἀντιστρέφειν ἐθίζεσθαι χρὴ τοὺς λόγους. οὕτως γὰρ πρός τε τὸ λεγόμενον εὐπορώτερον ἕξομεν, καὶ ἐν ὀλίγοις πολλοὺς ἐξεπιστησόμεθα λόγους. τὸ γὰρ ἀντιστρέφειν ἐστί, τὸ μεταλαβόντα τὸ συμπέρασμα, μετὰ τῶν λοιπῶν ἐρωτημάτων, ἀνελεῖν ἕν τῶν δοθέντων. ἀνάγκη γάρ, εἰ τὸ συμπέρασμα μή ἐστι, μίαν τινὰ ἀναιρεῖσθαι τῶν προτάσεων, εἴπερ πασῶν αὐτῶν τεθεισῶν ἀνάγκη ἦν τὸ συμπέρασμα εἶναι. 2 Πρὸς ἅπασάν τε θέσιν, καὶ ὅτι οὕτως, καὶ ὅτι οὐχ οὕτως, τὸ ἐπιχείρημα σκεπτέον· καὶ εὑρόντα, τὴν λύσιν εὐθὺς ζητητέον· οὕτω γὰρ ἅμα συμβήσεται πρός τε τὸ ἐρωτᾶν, καὶ πρὸς τὸ ἀποκρίνεσθαι, γεγυμνάσθαι. κἂν πρὸς μηδένα ἄλλον ἔχωμεν, καθ' αὑτούς. παράλληλά τε παραβάλλειν, ἐκλέγοντας πρὸς τὴν ἀντίθεσιν ἐπιχειρήματα· τοῦτο γὰρ πρός τε τὸ βιάζεσθαι πολλὴν εὐπορίαν ποιεῖ, καὶ πρὸς τὸ ἐλέγχειν μεγάλην ἔχει βοήθειαν, ὅταν εὐπορῇ τις, καὶ ὅτι οὕτως, καὶ ὅτι οὐχ οὕτως· πρὸς τὰ ἐναντία γὰρ ἂν συμβαίνοι ποιεῖσθαι τὴν φυλακήν.

CAP. XIIII.

EXERCITATIONIS autem & meditandarũ huiuſcemodi diſputationũ cauſâ, primùm aſſueſcere oportet in argumentationibus conuertendis. ſic enim & ad id, de quo diſſeritur, maior nobis copia ſuppetet, & in paucis multas argumentationes probè ſciemus. nam conuertere [a] eſt, tranſſumptâ concluſione, cũ reliquis interrogationibus euertere aliquid eorũ, quæ data ſunt. neceſſe enim *eſt*, ſi cõcluſio nõ ſit, aliquã propoſitionũ euerti: ſiquidẽ his omnibus poſitis neceſſe erat cõcluſionẽ eſſe. 2 Ad omnẽ etiam theſim in vtramq; partem argumentatio cõſideranda *eſt*: & *hac* inuentâ, ſolutio ſtatim *eſt* quærenda: ſic enim fiet, vt & ad interrogandum & ad reſpondendum exercitati ſimus. & ſi nemo alius ſit quo cum *diſputemus*, per noſmetipſos *id faciendũ*. & cõparari inter ſe debẽt ſelecta ad oppoſitionẽ argumenta. hoc enim & ad vrgendũ magnã copiã parit, & ad redarguendũ magnum affert adiumentũ, cùm alicui ſuppetũt argumẽta in vtramq; partem: ſic enim fiet, vt aduerſariũ oporteat ſibi à cõtrariis cauere.

[a] De conuerſione leg. lib. 2. Prior. Analy. ca. 8. 9. & 10.

Ad cognitionẽ quoque ac philoſophicam prudentiã nõ eſt exiguũ inſtrumentum, poſſe perſpicere & *iam* perſpexiſſe, quid ex vtraq; hypotheſi eueniat. *tantùm* enim reliquum erit, vt horũ alterum rectè eligatur. 3 Sed ad id oportet eſſe naturâ bene informatum: atque[a] hæc revera eſt naturæ bonitas, poſſe rectè eligere verum, ac declinare falſum: quod quidẽ ij, qui bene à natura ſunt informati, poſſunt rectè facere. nam qui rectè diligunt & oderunt quod affertur, *hi* ſeligũt quod *eſt* optimum. 4 Ac de problematis quæ ſæpe *in diſputationem* incidunt, argumentationes probè ſcire oportet. 5 Et maximè de primis [b] theſibus. in his enim *ea quæ* afferuntur, reſpondentes faſtidiunt ſæpe *ac reſpuũt.* 6 Præterea & definitionibus abundare oportet, & eorum quæ probabilia primáque ſunt, *definitiones* in promptu habere. Ex his enim ſyllogiſmi conficiuntur. 7 Enitendũ quoq; *eſt*, vt ea teneamus, in quę ſæpenumero diſputationes incidunt. 8 Nam vt in Geometria è re *eſt*, in elemẽtis eſſe exercitatum: & in numeris ſumma capita [c] in promptu habere, multũ cõfert ad cognoſcendũ alium quoque numerum multiplicatũ: ſimiliter & in diſputationibus *vtile eſt*, in principiis promptum eſſe, & propoſitiones memoriter tenere. quemadmodum enim in memoratiua *animæ facultatę* tantùm loci poſiti, ſtatim faciunt eadem meminiſſe: *ita* etiã hæc efficiunt maximè ſyllogiſticum, ꝙ ad ipſas *propoſitiones* numero definitas reſpiciatur. 9 Ac propoſitionẽ cõmunem potiùs quàm argumẽtationẽ memorię mãdare oportet:

[a] Natura bonitas quid ſit.

[b] Primas intelligo non naturâ, ſed diſputationis ordine inſpecto, id eſt, q in primo loco propoſitæ ſunt.

[c] Numeros vſque ad denariũ.

πρός τε τὴν γνῶσιν καὶ τὴν κατὰ φιλοσοφίαν φρόνησιν, τὸ δύνασθαι συνορᾶν καὶ συνεωρακέναι τὰ ἀφ' ἑκατέρας συμβαίνοντα τῆς ὑποθέσεως, οὐ μικρὸν ὄργανον· λοιπὸν γὰρ, τούτων ὀρθῶς ἑλέσθαι θάτερον. 3 Δεῖ δὲ πρὸς τὸ τοιοῦτον ὑπάρχειν εὐφυᾶ· καὶ τοῦτ' ἔστιν ἡ κατ' ἀλήθειαν εὐφυΐα, τὸ δύνασθαι καλῶς ἑλέσθαι τἀληθὲς, καὶ φυγεῖν τὸ ψεῦδος· ὅπερ οἱ πεφυκότες εὖ, δύνανται ποιεῖν εὖ· οἱ γὰρ φιλοῦντες καὶ μισοῦντες τὸ προσφερόμενον εὖ, κρίνουσι τὸ βέλτιστον. 4 Πρός τε τὰ πλειστάκις ἐμπίπτοντα τῶν προβλημάτων, ἐξεπίστασθαι δεῖ λόγους. 5 Καὶ μάλιστα περὶ τῶν πρώτων θέσεων· ἐν τούτοις γὰρ ἀποδυσπετοῦσιν οἱ ἀποκρινόμενοι πολλάκις. 6 Ἔτι τε, ὅρων εὐπορεῖν δεῖ, καὶ τῶν ἐνδόξων τε, καὶ τῶν πρώτων ἔχειν προχείρους· διὰ γὰρ τούτων οἱ συλλογισμοὶ γίνονται. 7 Πειρατέον δὲ καὶ εἰς ἃ πλειστάκις ἐμπίπτουσιν οἱ διάλογοι, κατέχειν. 8 Ὥσπερ γὰρ ἐν γεωμετρίᾳ πρὸ ἔργου τὸ περὶ τὰ στοιχεῖα γεγυμνάσθαι· καὶ ἐν ἀριθμοῖς τὸ περὶ τοὺς κεφαλισμοὺς προχείρως ἔχειν, μέγα διαφέρει πρὸς τὸ καὶ τὸν ἄλλον ἀριθμὸν γινώσκειν πολλαπλασιούμενον· ὁμοίως καὶ ἐν τοῖς λόγοις, τὸ πρόχειρον εἶναι περὶ τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰς προτάσεις ἀπὸ στόματος ἐξεπίστασθαι· καθάπερ γὰρ ἐν τῷ μνημονικῷ μόνον οἱ τόποι τεθέντες, εὐθὺς ποιοῦσιν αὐτὰ μνημονεύειν· καὶ ταῦτα ποιήσει συλλογιστικώτατον, διὰ τὸ πρὸς ὡρισμένας αὐτὰς βλέπειν κατ' ἀριθμόν. 9 Πρότασίν τε κοινὴν μᾶλλον ἢ λόγον, εἰς μνήμην θετέον

ἀρχῆς

ἀρχῆς γὰρ καὶ ὑποθέσεως εὐπορῆσαι, μετρίως χαλεπόν. 10 Ἔτι, τὸν ἕνα λόγον πολλοὺς ποιεῖν ἐθιστέον, ὡς ἀδηλότατα κρύπτοντας. εἴη δ' ἂν τὸ τοιοῦτον, εἴ τις ὅτι πλεῖστον ἀφισαίη τῆς συγγενείας περὶ ὧν ὁ λόγος. ἔσονται δὲ δυνατοὶ τῶν λόγων, οἱ μάλιστα καθόλου, τοῦτο πάσχειν· οἷον, ὅτι οὐκ ἔστι μία πλειόνων ἐπιστήμη· οὕτω γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν πρός τι, καὶ ἐπὶ τῶν ἐναντίων, καὶ συστοίχων ἐστί. 11 Δεῖ δὲ καὶ τὰς ἀπομνημονεύσεις καθόλου ποιεῖσθαι τῶν λόγων, κἂν ᾖ διειλεγμένος ἐπὶ μέρους· οὕτω γὰρ καὶ πολλοὺς ἐξέσται τὸν ἕνα ποιεῖν. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν ῥητορικοῖς ἐπὶ τῶν ἐνθυμημάτων. αὐτὸν δ' ὅτι μάλιστα φεύγειν ἐπὶ τὸ καθόλου φέρειν τοὺς συλλογισμούς. 12 Ἀεί τε δεῖ σκοπεῖν τοὺς λόγους, εἰ ἐπὶ κοινῶν διαλέγονται. πάντες γὰρ οἱ ἐν μέρει, καὶ καθόλου διειλεγμένοι εἰσί· καὶ ἔνεστιν ἐν τῇ κατὰ μέρος ἡ τοῦ καθόλου ἀπόδειξις, διὰ τὸ μὴ εἶναι συλλογίσασθαι μηδὲν ἄνευ τοῦ καθόλου. 13 Τὴν δὲ γυμνασίαν ἀποδοτέον, τὴν μὲν ἐπακτικῶν, πρὸς νέον· τὴν δὲ συλλογιστικῶν, πρὸς ἔμπειρον. 14 Πειρατέον δὲ λαμβάνειν παρὰ μὲν τῶν συλλογιστικῶν, τὰς προτάσεις, παρὰ δὲ τῶν ἐπακτικῶν τὰς παραβολάς· ἐν τούτοις γὰρ ἑκάτεροι γεγυμνασμένοι εἰσίν.

15 Ὅλως δ' ἐκ τοῦ γυμνάζεσθαι διαλεγόμενον, πειρατέον ἀποφέρεσθαι ἢ συλλογισμὸν περί τινος, ἢ λύσιν, ἢ πρότασιν, ἢ ἔνστασιν· ἢ εἰ ὀρθῶς τις ἤρετο, ἢ εἰ μὴ ὀρθῶς, ἢ αὐτὸς, ἢ ἕτερος, καὶ παρὰ τί ἑκάτερον.

principij namque & hypotheſis copiam habere, mediocriter difficile *eſt* [a]. 10 Præterea ex vna argumentatione multas facere aſſueſcendum *eſt*, quàm obſcuriſſimè diſſimulando. quod quidem fiet, ſi quis quàm longiſſimè recedat à cognatione *eorũ*, de quibus *inſtituta eſt* diſputatio. Poſſunt autẽ argumentationes illæ hoc ferre, quæ ſunt maximè vniuerſales: veluti, nõ eſſe vnã multarũ *rerum* ſcientiã: ſic.n.& in relatis, & in cõtrariis, & in cõiugatis erit. 11 Oportet etiã rationũ cõmentarios vniuerſales fieri, etiãſi diſputatũ ſit in parte. ſic enim ex vna plures facere licebit. Similis *eſt* in rhetoricis enthymematũ ratio. Ipſe autẽ *diſſerens* quàm maximè *poterit*, vniuerſale declinabit in afferendis ſyllogiſmis. 12 Ac ſemper videre oportet, an argumẽtationes in cõmunibus verſentur. omnes enim particulares *argumẽtationes* etiã in vniuerſali verſantur, & ineſt in ꝓbatione particulari demonſtratio ipſius vniuerſalis, quia nihil ſyllogiſmo concludi poteſt ſine vniuerſali. 13 Inſtituẽda autẽ eſt exercitatio inductiuarum *probationum* erga iuniores: ſyllogiſticarum verò, erga peritos.

14 Enitendum autem eſt, vt ab iis, qui apti ſunt ad conficiendos ſyllogiſmos, accipiantur propoſitiones: ab iis, qui inducendi facultate ſunt præditi, ſimilitudines *ſumantur*: in his enim vtrique ſunt exercitati.

15 Et omnino ex dialectica exercitatione enitendum *eſt* referre aut ſyllogiſmum de *re* aliqua, aut ſolutionem, aut propoſitionem, aut obiectionem: aut *notare*, recténe quiſpiam interrogarit, an non rectè, ſiue ipſe, ſiue alius, & qua ratione vtrumque acciderit.

a Facilius eſt, quam memoriæ mandare totam argumentationem.

In his enim *poſita eſt differẽdi* facultas: & *huius* facultatis gratiâ exercitatio inſtituitur: pręſertim in propoſitionibus, & obiectionibus. *is* enim eſt (vt vno verbo dicã) dialecticus, qui eſt ad proponendum, & obiiciendũ aptus. eſt autem proponere, vnum facere ex multis [a]: quoniam oportet in toto ſumere *id* ad quod argumẽtatio *refertur*. obiicere autem *eſt*, vnum ex multis facere: aut enim diſtinguit, aut refellit, partim cõcedens, partim negãs, *quæ* propoſita fuerunt. 16 Non *eſt* autem cum quouis diſputandum, neque aduerſus quemuis exercitatio inſtituẽda: quoniam neceſſe *eſt* aduerſus nonnullos prauas fieri argumentationes. nã aduerſus eum, qui omnino nititur vt videatur effugere, licet quidem omnem conatum adhibere, vt ſyllogiſmo concludatur, ſed non decet. Quare non oportet cum quibuſuis facilè congredi. *inde* enim neceſſariò accidit *vt* praua *ſit* diſputatio. etenim qui ſe exercent, nequeunt ſibi temperare, quominùs diſſerant contentioſè. 17 Oportet etiam paratas argumentationes habere aduerſus eiuſmodi problemata; in quibus cùm paucæ *argumẽtationes* ſuppetant, aduerſus plurima *problemata* vtiles erunt. hæ verò ſunt *argumentationes* vniuerſales, & quas adſumere ex rebus paſſim obuiis [b] difficile *eſt*.

a Ex vna propoſitione vniuerſali facere multas particulares.

b Ex rebus igitur obſcuris & occultis ſumendæ ſunt.

ἐκ τούτων γὰρ ἡ δύναμις· τὸ δὲ γυμνάζεσθαι, δυνάμεως χάριν· καὶ μάλιστα περὶ τὰς προτάσεις, καὶ τὰς ἐνστάσεις· ἔστι γὰρ (ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν) διαλεκτικὸς, ὁ προτατικὸς καὶ ἐνστατικός· ἔστι δὲ τὸ μὲν προτείνεσθαι, ἓν ποιεῖν τὰ πλείω· δεῖ γὰρ ἐν ὅλῳ ληφθῆναι, πρὸς ὃ ὁ λόγος. τὸ δὲ ἐνίστασθαι, τὸ ἓν πολλά· ἢ γὰρ διαιρεῖ, ἢ ἀναιρεῖ, τὸ μὲν, διδοὺς, τὸ δ', οὔ, τῶν προτεινομένων.

16 Οὐχ ἅπαντι δὲ διαλεκτέον, οὐδὲ πρὸς τὸν τυχόντα γυμναστέον. ἀνάγκη γὰρ πρὸς ἐνίους φαύλους γίνεσθαι τοὺς λόγους. πρὸς γὰρ τὸν πάντως πειρώμενον φαίνεσθαι διαφεύγειν, δίκαιον μὲν πάντως πειρᾶσθαι συλλογίσασθαι, οὐκ εὔσχημον δέ. διόπερ οὐ δεῖ συνιστάναι εὐχερῶς πρὸς τοὺς τυχόντας· ἀνάγκη γὰρ πονηρολογίαν συμβαίνειν. καὶ γὰρ οἱ γυμναζόμενοι ἀδυνατοῦσιν ἀπέχεσθαι τοῦ διαλέγεσθαι μὴ ἀγωνιστικῶς. 17 Δεῖ δὲ καὶ πεποιημένους ἔχειν λόγους πρὸς τὰ τοιαῦτα τῶν προβλημάτων, ἐν οἷς ἐλαχίστων εὐπορήσαντες, πρὸς πλεῖστα χρησίμους ἕξομεν. οὗτοι δ' εἰσὶν οἱ καθόλου, καὶ πρὸς οὓς πορίζεσθαι χαλεπὸν ἐκ τῶν παρὰ πόδας.

ἈΡΙΣΤΟ-

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΠΕΡΙ ΣΟΦΙΣΤΙΚΩΝ
ἘΛΈΓΧΩΝ.

ARISTOTELIS
DE SOPHISTICIS
ELENCHIS *Liber vnus.*

IVLIO PACIO
interprete.

SYNOPSIS SEV METHODVS LIBRI DE SOPHISTICIS ELENCHIS.

De ſophiſticis ſeu captioſis argumentationibus hæc explicantur.

TRACTATVS I.

- Primò an ſint. *Cap.1.*

TRACTATVS II.

- Secundò quis ſit earum ſcopus. hic enumerantur.
  - Genera argumentationum. *Cap.2.*
  - Scopi ſophiſtarum. *Cap.3.*

TRACTATVS III.

- Tertiò inuentio, per quam ſophiſta videri vult.
  - Elencho redarguere. Hic explicatur Elenchorum ſophiſticorum
    - Diuiſio
      - Prima: quia ſpectā ſuas partes
        - In dictione. *Cap 4.*
        - Extra dictionem. *Cap 5.*
        - De vtroque autē ſophiſmatū genere hæc ſubiunguntur:
          - Reductio omnium captionū ad ignorantiam Elenchi. *Cap.6.*
          - Ratio ſingularum captionum. *Cap.7.*
          - Huc referri omnes paralogiſmos. *Cap.8.*
      - Secunda. *Cap 9.*
      - Tertia. *Cap 10.*
    - Collatio cum ſyllogiſmo dialectico, demonſtratiuo, & ceteris. *Cap. 12.*
  - Ad Falſum concedendum compellere. / Ad Inopinabile deducere. *Cap 11.*
  - Efficere vt Tautologia committatur. *Cap.13.*
  - Solœciſmum concludere. *Cap.14.*

TRACTATVS IV.

- Quartò diſpoſitio & interrogandi ratio. *Cap.15.*

TRACTATVS V.

- Quintò ſolutio: Hic declaratur
  - Ratio ſoluendi
    - Generalis. *Cap.16.*
    - Specialis. nam alia
      - Videtur eſſe ſolutio *Cap.17.*
      - Eſt vera ſolutio (*Cap.18.*)
        - Elenchi conſiſtentis
        - Deductionis ad
          - Negationem. *Cap. 31.*
          - Solœciſmum. *Cap.32.*
        - In dictione, ex
          - Homonymia, Amphibolia. *Cap. 19.*
          - Compoſitione. Diuiſione. *Cap. 20.*
          - Accentu. *Cap.21.*
          - Figurā dictionis. *Cap 22.*
          - Omnes hæ captiones diſſoluūtur, dum cōtrarii modicimus, quàm ſophiſta: veluti componimus, quod diuidit, diuidimus, quod componit, &c. *Cap.23.*
        - Extra dictionem ex
          - Accidente *Cap.24.*
          - Eo quod dicitur quadantenus, ſeu ſecundum quid. *Cap 25.*
          - Ignoratione elenchi. *Cap.26.*
          - Petitione quæſiti. *Cap 27.*
          - Conſequentibus *Cap.28.*
          - Non cauſa. *Cap.29.*
          - Multis Interrogationibus pro vna ſumptis. *Cap 30.*
  - Facultas vel difficultas cognoſcendi genus captionis, & reſpondendi. *Cap.33.*

- Quibus accedit totius operis Epilogus & peroratio. *Cap 34.*

ἈΡΙΣΤΟ-

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΠΕΡῚ ΣΟΦΙΣΤΙΚΩ͂Ν ἘΛΕΓΧΩΝ.

ARISTOTELIS DE SOPHISTICIS ELENCHIS, *Liber vnus.*

AN SINT ARGVMENTATIONES SOPHISTICAE. TRACTATVS I.

CAP. I.

1 Protheſis. 2 Quoſdam eſſe ſyllogiſmos, vel elēchos, quoſdam non eſſe, ſed videri. 3 Quid ſit ſyllogiſmus. 4 Quid ſit elenchus. 5 Cur ſint quædam rationes fallaces.

ΠΕΡῚ δὲ τῶν σοφιστικῶν ἐλέγχων, καὶ τῶν φαινομένων μὲν ἐλέγχων, ὄντων δὲ παραλογισμῶν, ἀλλ' οὐκ ἐλέγχων, λέγωμεν, ἀρξάμενοι κατὰ φύσιν ἀπὸ τῶν πρώτων.

2 Ὅτι μὲν οὖν οἱ μέν, εἰσὶ συλλογισμοί, οἱ δέ, οὐκ ὄντες δοκοῦσι, φανερόν. ὥσπερ γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τοῦτο γίνεται διά τινος ὁμοιότητος, καὶ ἐπὶ τῶν λόγων ὡσαύτως ἔχει, καὶ γὰρ τὴν ἕξιν οἱ μὲν, ἔχουσιν εὖ· οἱ δέ, φαίνονται, φυλετικῶς φυσήσαντες, καὶ ἐπισκευάσαντες ἑαυτούς. καὶ καλοί, οἱ μέν, διὰ κάλλος· οἱ δέ, φαίνονται, κομμώσαντες ἑαυτούς. ἐπί τε τῶν ἀψύχων ὡσαύτως. καὶ γὰρ τούτων, τὰ μέν, ἄργυρος· τὰ δέ, χρυσός ἐστιν ἀληθῶς· τὰ δέ, ἔστι μὲν οὔ, φαίνεται δὲ κατὰ τὴν αἴσθησιν οἷον, τὰ μὲν λιθαργύρινα

CAP. I.

DE ſophiſticis autē elēchis, & iis qui, cùm videātur eſſe elenchi, ſunt paralogiſmi, non elēchi, dicamus, ſūpto initio ſecundum naturam à primis. 2 Alios igitur eſſe ſyllogiſmos; alios, cùm non ſint, videri, perſpicuum *eſt*. quemadmodum enim & in aliis rebus hoc fit ob quandam ſimilitudinem, ita etiam in argumētationibus accidit. Etenim habitum *corporis* alij bene cōſtitutum habent, alij *habere* videntur, inſtar tribuariarum[a] hoſtiarum tumentes, & apparantes ſemetipſos. & pulchri alij *ſunt* propter pulchritudinem, alij per fucum[b] videntur. In rebus etiam inanimis itidem *ſe res habet*: harum enim quædam argentum, quædam aurum ſunt re vera: aliæ, cum non ſint, tamen, quod ad ſenſum, videntur *eſſe*: vt lithargyrina,

a Quæ in tribubus ſacrificiis adhibebantur.

b Διὰ κομμῶν. eſt autē κομμὸς, τῶν κεκομμένων προσώπων κόσμος, & latius quiuis redūdans & ſuperuacuus ornatus. Suidas.

& ſtannea *videtur eſſe* argentea, quæ verò ſelle tincta ſunt, aurea Eodem modo & ſyllogiſmus & elenchus aliàs eſt *re vera*, aliàs non eſt, ſed *eſſe* videtur propter imperitiam: nam imperiti, quaſi procul diſtantes[a], contẽplantur.

a Falluntur, vt ij qui eminus res adſpiciunt.

3 Syllogiſmus[b] enim ex quibuſdam eſt *ſic* poſitis, vt neceſſariò aliquid ab iis quæ ſunt poſita diuerſum colligatur ob ea quę poſita ſunt. 4 Elenchus[c] autẽ *eſt* ſyllogiſmus cum contradictione cõcluſionis. 5 Hi verò hoc quidem non faciunt, ſed *facere* multis de cauſis[d] videntur: quorum vnus *eſt* locus naturæ conueniẽtiſſimus, & vulgatiſſimus, ex *rerũ* nominibus. cùm enim nõ liceat res ipſas per ſe in diſſerendo *afferre*, ſed nominibus vice rerum vtamur *tanquàm* notis: id quod in nominibus euenit, etiã in reb' putamus euenire, quemadmodum in calculis accidit iis qui rationes ſubducunt[e]. Hoc verò nõ eſt ſimile: nomina enim ſunt finita, & orationum multitudo: res autem numero infinitę ſunt: neceſſe igitur *eſt*, vt eadem oratio, vnúmque nomen plura ſignificet. ſicut igitur ibi, qui calculorũ vſum non tenent, à ſcientibus circumueniuntur: eodem modo & in diſputationibus, qui nominum poteſtatis *ſunt* imperiti, paralogiſmis decipiuntur, & cùm ipſi diſputant, & cùm alios audiunt. Ergo & ob hanc cauſã, & ob eas quæ *poſterius*[f] dicẽtur, eſt tam ſyllogiſmus, quàm elenchus, qui videtur, cùm non ſit.

b Cõiũge Prior. Analyt. lib. 1. cap. 1. part. 8. & Top. lib. 1. cap. 1. par. 3

c Cõiũge Prior. lib. 2. cap. 20. partic. 2.

d Quæ explicabuntur cap. 4. 5. 6. & 7.

e Quod enim in calculis deprehenditur, in rationes refertur.

f Cap. 4. & 5.

CAP. II.

6 Quando autem nonnullis magis è re eſt videri ſapientes,

καὶ τὰ καττιτέρινα, ἀργυρᾶ· τὰ δὲ χολοβάφινα, χρυσᾶ. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ συλλογισμὸς καὶ ἔλεγχος, ὁ μὲν ἔστιν, ὁ δὲ οὐκ ἔστι μὲν, φαίνεται δὲ διὰ τὴν ἀπειρίαν· οἱ γὰρ ἄπειροι, ὥσπερ ἂν ἀπέχοντες πόρρωθεν, θεωροῦσιν.

3 Ὁ μὲν γὰρ συλλογισμὸς, ἐκ τινῶν ἐστι τεθέντων, ὥστε συνάγειν ἐξ ἀνάγκης ἕτερόν τι τῶν κειμένων, διὰ τῶν κειμένων.

4 Ἔλεγχος δὲ, συλλογισμὸς μετ᾽ ἀντιφάσεως τοῦ συμπεράσματος.

5 Οἱ δὲ τοῦτο ποιοῦσι μὲν οὔ, δοκοῦσι δὲ διὰ πολλὰς αἰτίας· ὧν εἷς τόπος εὐφυέστατος, καὶ δημοσιώτατος, ὁ διὰ τῶν ὀνομάτων. ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἔστιν αὐτὰ καθ᾽ αὑτὰ τὰ πράγματα διαλέγεσθαι φέροντας, ἀλλὰ τοῖς ὀνόμασιν ἀντὶ τῶν πραγμάτων χρώμεθα συμβόλοις· τὸ συμβαῖνον ἐπὶ τῶν ὀνομάτων, καὶ ἐπὶ τῶν πραγμάτων ἡγούμεθα συμβαίνειν, καθάπερ ἐπὶ τῶν ψήφων τοῖς λογιζομένοις. τὸ δὲ, οὐκ ἔστιν ὅμοιον. τὰ μὲν γὰρ ὀνόματα πεπέρασται, καὶ τὸ τῶν λόγων πλῆθος· τὰ δὲ πράγματα, τὸν ἀριθμὸν ἄπειρά ἐστιν. ἀναγκαῖον οὖν πλείω τὸν αὐτὸν λόγον, καὶ τοὔνομα ἓν σημαίνειν. ὥσπερ οὖν κἀκεῖ οἱ μὴ δεινοὶ τὰς ψήφους φέρειν, ὑπὸ τῶν ἐπιστημόνων παρακρούονται, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τῶν λόγων, οἱ τῶν ὀνομάτων τῆς δυνάμεως ἄπειροι παραλογίζονται, καὶ αὐτοὶ διαλεγόμενοι, καὶ ἄλλων ἀκούοντες. διὰ μὲν οὖν ταύτην τε τὴν αἰτίαν, καὶ τὰς λεχθησομένας, ἔστι καὶ συλλογισμὸς καὶ ἔλεγχος φαινόμενος μὲν, οὐκ ὢν δέ.

6 Ἐπεὶ δέ ἐστί τισι μᾶλλον πρὸ ἔργου τὸ δοκεῖν εἶναι σοφοῖς, ἢ τὸ εἶναι

ἢ τὸ εἶναι καὶ μὴ δοκεῖν (ἔστι γὰρ ἡ σοφιστικὴ, φαινομένη σοφία, οὖσα δὲ μή· καὶ ὁ σοφιστὴς, χρηματιστὴς ἀπὸ φαινομένης σοφίας, ἀλλ' οὐκ οὔσης) δῆλον ὅτι ἀναγκαῖον τούτοις καὶ τὸ τοῦ σοφοῦ ἔργον μᾶλλον δοκεῖν ποιεῖν, ἢ ποιεῖν καὶ μὴ δοκεῖν. ἔστι δὲ (ὡς ἓν πρὸς ἓν εἰπεῖν) ἔργον περὶ ἕκαστον τοῦ εἰδότος, ἀψευδεῖν μὲν αὐτὸν περὶ ὧν οἶδε, τὸν δὲ ψευδόμενον ἐμφανίζειν δύνασθαι. ταῦτα δ' ἐστὶ, τὸ μὲν, ἐν τῷ δύνασθαι δοῦναι λόγον· τὸ δ', ἐν τῷ λαβεῖν. ἀναγκαῖον οὖν τοὺς βουλομένους σοφιστεύειν, τὸ τῶν εἰρημένων λόγων γένος ζητεῖν· πρὸ ἔργου γάρ ἐστιν. ἡ γὰρ τοιαύτη δύναμις ποιήσει φαίνεσθαι σοφὸν, οὗ τυγχάνουσι τὴν προαίρεσιν ἔχοντες.

7 Ὅτι μὲν οὖν ἔστι τι τοιοῦτον λόγων γένος, καὶ ὅτι τοιαύτης ἐφίενται δυνάμεως, οὓς καλοῦμεν σοφιστὰς, δῆλον.

quàm eſſe nec videri: (nã ſophiſtice eſt ſapientia quæ videtur, cùm *re vera* non ſit: & ſophiſta *eſt*, qui quæſtum captat ex *ea* ſapientia, quæ videtur *eſſe*, nec eſt) patet, his magis opus eſſe vt ſapientis officium facere videatur, quàm vt faciant, nec videantur. eſt autem (vt ſingula cum ſingulis[a] conferam) officium in quaque re ſcientis, nec mentiri ipsũ in iis quæ nouit, & poſſe *alium* mentiẽtem patefacere: quorum alterum in rationis reddendę alterum in ſumendæ facultate[b] *poſitum eſt* Neceſſe *eſt* igitur, vt qui ſophiſticè cauillari volũt, dictarum argumẽtationũ genus quærant. nã è re eſt hoc: huiuſmodi namque facultas ſapiẽtem videri facit: quod *quidem* hi præeligũt[c]

7 Eſſe igitur eiuſmodi quoddã argumentationum genus, & huiuſcemodi facultatem *eos* expetere, quos vocamus ſophiſtas, manifeſtum eſt.

a Officia ſapientis cum officiis ſophiſtæ.

b Dum ſapiens rationẽ reddit, nec ſe, nec alios fallit: dum rationẽ ab alio prolatã ſuſcipit, non fallitur.

c Prælectio eſt eorum, quæ in finem aliquem diriguntur, vt Ariſtoteles docet Ethic. Nicom. lib. 3. cap 4. rectè ergo ſophiſtę dicuntur hoc præeligere, vt videãtur ſapiẽtes: quia hoc non expetũt per ſe, ſed lucri cauſã, vt paulò antè dictum eſt.

DE SCOPIS SOPHISTARVM.

TRACTATVS II.

Argumentationum genera. Cap. II.

1 *Protheſis.* 2 *Expoſitio.* 3 *De quibus ſuprà dictũ fuerit, ac de quibus deinceps dicendũ ſit.*

ΟΣΑ δέ ἐστιν εἴδη τῶν λόγων τῶν σοφιστικῶν, καὶ ἐκ πόσων τὸν ἀριθμὸν ἡ δύναμις αὕτη συνέστηκε, καὶ πόσα μέρη τυγχάνει τῆς πραγματείας ὄντα, καὶ περὶ τῶν ἄλλων τῶν συντελούντων εἰς τὴν τέχνην ταύτην, ἤδη λέγωμεν.

2 Ἔστι δὴ τῶν ἐν τῷ διαλέγεσθαι λόγων γένη τέτταρα, διδασκαλικοὶ, καὶ διαλεκτικοὶ, καὶ πειραστικοὶ, καὶ ἐριστικοί. διδασκαλικοὶ μὲν, οἱ ἐκ τῶν οἰκείων ἀρχῶν ἑκάστου μαθήματος,

QVOT verò ſint ſpecies argumẽtationũ ſophiſticarũ, & quot numero *ſint ea ex quibus* hæc facultas conſtat, & quot partes ſint huius tractationis, ac de aliis conducentibus ad hanc artem, iam dicamus. 2 Sunt igitur argumentationnm, quarum in diſſerendo *eſt vſus*, genera quatuor, didaſcalicæ, dialecticæ, tentatiuæ, & litigioſæ. Didaſcalicæ *ſunt*, quę ex propriis cuiuſque diſciplinæ principiis,

non ex reſpondentis opinionibus concludunt: oportet enim diſcentem credere. Dialecticæ verò, quæ ex probabilibus aptæ ſunt ad concludendam contradictionem [a]. Tentatiuæ autem, quæ ex iis quæ reſpondenti videntur, & quæ neceſſe eſt eum ſcire, qui ſibi ſcientiam arrogat. quo autem modo, definitum eſt in aliis *libris* [b]. Litigioſæ verò, quæ ex iis, quæ videntur probabilia, cùm *revera talia* non ſint, aptæ ſunt ad concludendum, aut videntur aptæ ad concludēdum, 3 Ergo de didaſcalicis & demōſtratiuis, in Analyticis dictum fuit: de dialecticis verò ac tentatiuis, in aliis *libris* [c]: de contentioſis autem ac litigioſis nunc dicamus.

a Quæ theſis impugnatur.

b Topic. lib. 1. cap. 1. & lib. 8. tract. 1. Nam latiùs dialecticarū vocabulo ſumpto, etiam tentatiuæ vocantur dialecticæ.

c In Topicis.

καὶ οὐκ ἐκ τῶν τοῦ ἀποκρινομένου δοξῶν συλλογιζόμενοι· δεῖ γὰρ πιστεύειν τὸν μανθάνοντα. διαλεκτικοὶ δ', οἱ ἐκ τῶν ἐνδόξων συλλογιστικοὶ ἀντιφάσεως. πειραστικοὶ δὲ, οἱ ἐκ τῶν δοκούντων τῷ ἀποκρινομένῳ, καὶ ἀναγκαίων εἰδέναι τῷ προσποιουμένῳ ἔχειν τὴν ἐπιστήμην. ὃν τρόπον δὲ, διώρισται ἐν ἑτέροις. ἐριστικοὶ δὲ, οἱ ἐκ τῶν φαινομένων ἐνδόξων, μὴ ὄντων δὲ, συλλογιστικοὶ, ἢ φαινόμενοι συλλογιστικοί. 3 Περὶ μὲν οὖν τῶν διδασκαλικῶν καὶ ἀποδεικτικῶν, ἐν τοῖς Ἀναλυτικοῖς εἴρηται· περὶ δὲ τῶν διαλεκτικῶν καὶ πειραστικῶν, ἐν τοῖς ἄλλοις· περὶ δὲ τῶν ἀγωνιστικῶν καὶ ἐριστικῶν νῦν λέγωμεν.

Scopi ſophiſtarum. Cap, III.

1 Protheſis. 2 Expoſitio.

Cap. III.

PRimùm autem ſumendum *eſt*, ad quot collument, qui in diſputationibus contendunt, ac vincere ſtudent. 2 Hæc verò quinque numero ſunt, elēchus, falſum, inopinabile, ſolœciſmus: & quintum, efficere vt is quicū diſputant, nugetur: hoc verò eſt, cogere vt ſæpius idem dicat: aut quod nō eſt, ſed videur eſſe, qđuis horū. 3 Maximè igitur *hoc* præeligunt [d], vt videantur elencho redarguere: ſecundò, *vt* de aliqua re mentiri oſtēdat: tertiò, *vt* ad inopinabile ducant: quartò, vt ſolœciſmum committere faciant: hoc eſt, efficiāt argumētatione, vt reſpondens barbarè loquatur: poſtremò, *vt* ſępius idē dicere *cogant*.

d Vide, quod notaui ad cap. 1. partic. 6.

Πρῶτον δὲ ληπτέον, πόσων στοχάζονται οἱ ἐν τοῖς λόγοις ἀγωνιζόμενοι καὶ διαφιλονεικοῦντες. 2 Εἰσὶ δὲ ταῦτα, πέντε τὸν ἀριθμὸν, ἔλεγχος, καὶ ψεῦδος, καὶ παράδοξον, καὶ σολοικισμὸς, καὶ πέμπτον, τὸ ποιῆσαι ἀδολεσχῆσαι τὸν προσδιαλεγόμενον· τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ πολλάκις ἀναγκάζεσθαι ταὐτὸ λέγειν· ἢ τὸ μὴ ὄν, ἀλλὰ τὸ φαινόμενον ἕκαστον εἶναι τούτων. 3 Μάλιστα μὲν οὖν προαιροῦνται φαίνεσθαι ἐλέγχοντες· δεύτερον δὲ, ψευδόμενόν τι δεικνύναι· τρίτον, εἰς παράδοξον ἄγειν· τέταρτον, σολοικίζειν ποιεῖν· τοῦτο δ' ἐστὶ, τὸ ποιῆσαι τῇ λέξει βαρβαρίζειν ἐκ τοῦ λόγου τὸν ἀποκρινόμενον· πέμπτον δὲ τὸ πλεονάκις ταὐτὸ λέγειν.

DE INVENTIONE

TRACTATVS III.

De fallaciis in dictione conſiſtentibus.

Cap. IV.

1 Reprehenſionum diuiſio, 2 & ſubdiuiſio. 3 De homonymia. 4 De amphibolia. 5 Cōmunia de homonymia & amphibolia. 6 De compoſitione. 7 De diuiſione. 8 De accentu. 9 De figura dictionis.

ΤΡΟ΄ΠΟΙ δέ εἰσι, τοῦ μὲν ἐλέγχειν, δύο· οἱ μὲν γὰρ, εἰσὶ παρὰ τὴν λέξιν· οἱ δὲ, ἔξω τῆς λέξεως. 2 Ἔστι δὲ τὰ μὲν παρὰ τὴν λέξιν ἐμποιοῦντα τὴν φαντασίαν, ἓξ τὸν ἀριθμόν· ταῦτα δέ ἐστιν, ὁμωνυμία, ἀμφιβολία, σύνθεσις, διαίρεσις, προσῳδία, καὶ σχῆμα λέξεως. τούτου δὲ πίστις, ἥ τε διὰ τῆς ἐπαγωγῆς, καὶ συλλογισμὸς, ἄν τε ληφθῇ τις ἄλλος, καὶ ὅτι τοσαυταχῶς ἂν τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασι καὶ λόγοις μὴ ταὐτὸ δηλώσαιμεν. 3 Εἰσὶ δὲ παρὰ μὲν τὴν ὁμωνυμίαν οἱ τοιοίδε τῶν λόγων· οἷον ὅτι μανθάνουσιν οἱ ἐπιστάμενοι· τὰ γὰρ ἀποστοματιζόμενα μανθάνουσιν οἱ γραμματικοί. Τὸ γὰρ μανθάνειν, ὁμώνυμον, τό, τε ξυνιέναι χρώμενον τῇ ἐπιστήμῃ, καὶ τὸ λαμβάνειν τὴν ἐπιστήμην. Καὶ πάλιν, ὅτι τὰ κακὰ, ἀγαθά· τὰ γὰρ δέοντα, ἀγαθά· τὰ δὲ κακὰ, δέοντα. διττὸν γὰρ τὸ δέον, τό, τ' ἀναγκαῖον, ὃ συμβαίνει πολλάκις καὶ ἐπὶ τῶν κακῶν (ἔστι γὰρ κακόν τι, ἀναγκαῖον) καὶ τὰ ἀγαθὰ δὲ, δέοντα φαμὲν εἶναι. Ἔτι, τὸν αὐτὸν καθῆσθαι καὶ ἑστάναι, καὶ κάμνειν καὶ ὑγιαίνειν. ὅσπερ γὰρ ἀνίστατο, ἕστηκε· καὶ ὅσπερ ὑγιάζετο, ὑγιαίνει·

MODI autem elenchis redarguendi duo ſunt alij namque ſunt in dictione, alij extra dictionem.

2 Sunt autem, quæ dictionis ratione *elenchum* videri faciūt, numero ſex: hæc verò ſunt, homonymia, amphibolia, compoſitio, diuiſio, accentus, & figura dictionis. Huius *rei* fides *fit* inductione & ſyllogiſmo: cùm[a] *quia* ſi ſumatur alius quiſpiam *modus, ad aliquem ex his referri poterit:* tum[b] etiam quia tot modis poſſumus hiſdem nominibus & orationibus nō idem ſignificare.

a *Inductio.*

b *Syllogiſmus.*

3 Ex[c] homonymia ſunt eiuſmodi argumentationes: veluti[d], eos qui ſciunt, μανθάνειν: quoniā ea quæ memoriter recitātur, grāmatici μανθάνουσι. nā *verbum* μανθάνειν eſt homonymum. *quod ſignificat* & intelligere vtendo ſcientia, & acquirere ſcientiā. Rurſus[e] mala *eſſe* bona, quoniam τὰ δέοντα *ſunt* bona: quæ verò *ſunt* mala, *ſunt* δέοντα, nam duplex eſt τὸ δέον: *nimirum* & quod neceſſarium *eſt*, quod & in malis ſæpe euenit: (eſt enim malum quidpiam, neceſſarium) & bona quoq; δέοντα eſſe dicim[us]. Præterea[f], eūdē ſedere ac ſtare, & ęgrotare ac valere. nam qui inſurgebat, ſtat: & qui conualeſcebat, valet

c *Exempla homonymiarum ſeu fallaciarum propter homonymiam.*

d *Primum.*

e *Secundum.*

f *Tertium, & quartum.*

ſurgebat autem ſedens, & cõualeſcebat ægrotans, etenim ægrotantem quoduis facere aut pati, non vnum ſignificat [a], ſed interdum eũ qui nunc ægrotat, vel ſedet: interdum verò *eum* qui ęgrotabat priùs, *vel ſedebat*. Verũtamen conualeſcebat & ægrotans [b] & ὁ ægrotans [c]: valet autem, non ægrotans [d], ſed ὁ ęgrotans nõ *qui* nunc, ſed *qui* priùs [e]. 4 Ex [f] amphibolia *ducuntur* hæ *rationes*, Velle [g] capere me hoſtes [h]. & [i], Nullum quod [k] quiſpiã cognoſcit hoc [l] cognoſcit? nam & qui cognoſcit, & quod cognoſcitur poteſt ceu cognoſcens ſignificari hac oratione. & [m], Nũquid quod quis videt, hoc videt? videt autẽ columnã: quare videt columna. & [n], Num quod tu dicis eſſe hoc tu dicis eſſe: dicis autem lapidẽ eſſe: tu igitur dicis lapis eſſe. & [o], Nũ licet *σιγῶντα* dicere? duplex enim hoc quoque eſt, *σιγῶντα* dicere [p], *quia* & eum ſilere *ſignificat*, qui dicit, & ea quę dicuntur. 5 Sũt autem tres modi *argumẽtationum, quæ* ab homonymia & amphibolia *ſumuntur*. vnus, cùm oratio, vel nomen propriè multa ſignificat, vt aquila [q], & canis [r]. alter, cùm ſoliti ſumus ita loqui [s]. tertius, quando coniunctũ plura ſignificat, ſeparatum verò ſimplicitr *accipitur*: vt ſcire literas. ponatur enim vtrumque vnam rẽ ſignificare, & ſcire, (*inquam*) & literas: tamen ambo *ſimul iuncta* plures res *ſignificant*, *nempe* aut ipſas literas habere ſciẽtiam, aut literarum alium. Ergo amphibolia & homonymia his modis cõtinentur. 6 Ad [t] compoſitionem autem hæc *referuntur*, veluti, [u] poſſe ſedentem am-

a Homonymia eſt in participio actiuo, quod modò ſumitur in tempore præterito, modò in præſenti.
b Id eſt, dum ægrotaret.
c Id eſt, is qui ęgrotabat.
d Dum ægrotat, non bene valet.
e Id eſt, qui ægrotabat, bene valet.
f *Amphiboliæ exempla.*
g *Primum.*
h Vterque accuſatiuus, *me*, & *hoſtes*, poteſt accipi tam actiuè quàm paſſiuè.
i *Secundum.*
k l Prouocabula, *quod*, & *hoc*, poſſunt accipi in nominatiuo agẽte, vel in accuſatiuo patiente. Eadem eſt ratio ſequentium orationum.
m *Tertium.*
n *Quartum.*
o *Quintum.*
p Significat enim τὸν σιγῶντα, vel τὰ σιγῶντα.
q Ἀετὸς, Aquila ſignificat volucris genus, & ædificij faſtigium, ſurſum verſus productũ inſtar trianguli.
r Canis ſignificat ſpeciẽ quandã animalis quadrupedis, piſcis, & ſyderis.
ſ Cùm verbum, quod rẽ aliquam propriè ſignificat, ad aliam rem transfertur: vt cùm dicimus pedem, vel radicẽ montis.
t *Compoſitionis exempla.*
u *Primum, & ſecundum.*

αὐίςατο δὲ ὁ καθήμϱνος, καὶ ὑγιάζετο ὁ κάμνων. τὸ γὰρ, τὸν κάμνοντα, ὁτιοῦν ποιεῖν, ἢ πάσχειν, οὐχ ἓν σημαίνει· ἀλλ᾽ ὁτὲ μϱ̀, ὅτι ὁ νῦν κάμνων, ἢ καθήμϱνος· ὁτὲ δὲ, ὃς ἔκαμνε πρότερον. πλὴν ὑγιάζετο μϱ̀ καὶ κάμνων, καὶ ὁ κάμνων· ὑγιαίνει δὲ, οὐ κάμνων, ἀλλ᾽ ὁ κάμνων, οὐ νῦν, ἀλλὰ πρότερον.

4 Παρὰ δὲ τὴν ἀμφιβολίαν οἱ τοιοίδε, τὸ βούλεσθαι λαβεῖν με τοὺς πολεμίους. Καὶ, ἆρ᾽ ὅ τις γινώσκει, τοῦτο γινώσκει; καὶ γὰρ καὶ τὸν γινώσκοντα, καὶ τὸ γινωσκόμενον, ἐνδέχεται ὡς γινώσκοντα σημαίνεσθαι τούτῳ τῷ λόγῳ. Καὶ, ἆρα ὃ ὁρᾷ τις, τοῦτο ὁρᾷ; ὁρᾷ δὲ τὸν κίονα· ὥστε ὁρᾷ ὁ κίων. Καὶ, ἆρα ὃ σὺ φῂς εἶναι, τοῦτο σὺ φῂς εἶναι; φῂς δὲ λίθον εἶναι, σὺ ἄρα φῂς λίθος εἶναι. Καὶ, ἆρ᾽ ἔστι σιγῶντα λέγειν; διττὸν γάρ ἐστι καὶ τὸ σιγῶντα λέγειν, τό, τε τὸν λέγοντα σιγᾷν, καὶ τὸ τὰ λεγόμενα.

5 Εἰσὶ δὲ τρεῖς τρόποι τῶν παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν, καὶ τὴν ἀμφιβολίαν. εἷς μϱ̀, ὅταν ὁ λόγος ἢ τοὔνομα κυρίως σημαίνῃ πλείω· οἷον, ἀετὸς, καὶ κύων. εἷς δὲ, ὅταν εἰωθότες ὦμϱ̀ οὕτω λέγειν. τρίτος δὲ, ὅταν τὸ συντεθὲν, πλείω σημαίνῃ· κεχωρισμϱ́ον δὲ, ἁπλῶς, οἷον, τὸ ἐπίστασθαι γράμματα. ἑκάτερον μϱ̀ γὰρ, εἰ ἔτυχεν, ἕν τι σημαίνει, τὸ ἐπίστασθαι, καὶ τὰ γράμματα· ἄμφω δὲ, πλείω, ἢ τὸ τὰ γράμματα αὐτὰ ἐπιστήμην ἔχειν, ἢ τῶν γραμμάτων ἄλλον. ἡ μϱ̀ οὖν ἀμφιβολία, καὶ ὁμωνυμία, παρὰ τούτους τοὺς τρόπους ἐστί.

6 Παρὰ δὲ τὴν σύνθεσιν τὰ τοιάδε. οἷον, τὸ δύνασθαι καθήμϱνον βα-

δίζειν

δίζειν, καὶ μὴ γράφοντα γράφειν, οὐ γὰρ ταὐτὸν σημαίνει, ἂν διελὼν τις εἴπῃ, καὶ συνθεὶς, ὡς δυνατὸν τὸν καθήμενον βαδίζειν, καὶ μὴ γράφοντα γράφειν· καὶ τοῦθ' ὡσαύτως ἄν τις συνθῇ, τὸν μὴ γράφοντα γράφειν· σημαίνει γὰρ, ὡς ἔχει δύναμιν τοῦ μὴ γράφοντα γράφειν. ἐὰν δὲ μὴ συνθῇ, ὅτι ἔχει δύναμιν, ὅτε οὐ γράφει, τοῦ γράφειν. Καὶ, μανθάνει νῦν γράμματα, εἴπερ ἐμάνθανεν ἃ ἐπίσταται. Ἔτι, τὸ ἓν μόνον δυνάμενον φέρειν, πολλὰ δύνασθαι φέρειν.

7 Παρὰ δὲ τὴν διαίρεσιν, ὅτι τὰ πέντε ἐστὶ δύο καὶ τρία, καὶ περιττὰ καὶ ἄρτια. καὶ τὸ μεῖζον, ἴσον. τοσοῦτον γὰρ, καὶ ἔτι πρός. ὁ γὰρ αὐτὸς λόγος διῃρημένος καὶ συγκείμενος, οὐκ ἀεὶ σημαίνειν ἂν δόξειεν· οἷον,

Ἐγώ σ' ἔθηκα δοῦλον ὄντ' ἐλεύθερον.

Καὶ τὸ,

Πεντήκοντ' ἀνδρῶν ἑκατὸν λίπε δῖος Ἀχιλλεύς.

8 Παρὰ δὲ τὴν προσῳδίαν, ἐν μὲν τοῖς ἄνευ γραφῆς διαλεκτικοῖς, οὐ ῥᾴδιον ποιῆσαι λόγον· ἐν δὲ τοῖς γεγραμμένοις καὶ ποιήμασι, μᾶλλον. οἷον, καὶ τὸν Ὅμηρον ἔνιοι διορθοῦνται πρὸς τοὺς ἐλέγχοντας, ὡς ἀτόπως εἰρηκότα,

---τὸ μὲν οὗ καταπύθεται ὄμβρῳ.

λύουσι γὰρ αὐτὸ τῇ προσῳδίᾳ, λέγοντες τὸ οὐ, ὀξύτερον. Καὶ τὸ περὶ τὸ ἐνύπνιον τοῦ Ἀγαμέμνονος, ὅτι οὐκ αὐτὸς ὁ Ζεὺς εἶπεν.

---δίδομεν δέ οἱ εὖχος ἀρέσθαι,

bulare, & nō ſcribentem ſcribere. non enim idem valet, ſi quis ſeparatim dixerit, & cōiunctim, poſſe ſedentem ambulare, & nō ſcribentem ſcribere. atq; hoc itidem ſi quis coniunxerit, non ſcribentem ſcribere: ſignificat enim habere poteſtatem: vt non ſcribendo ſcribat. ſi verò nō cōiūxerit, habere poteſtatem quādo nō ſcribit, vt ſcribat. Ac[a], diſcit nunc litteras; ſiquidem didicit, quæ ſcit[b]. Preterea[c], eum, qui vnum tātùm ferre poteſt, multa ferre poſſe[d]. 7 Ad[e] diuiſionem autem *hac pertinēt*: Quinq;[f] eſſe duo & tria, atque imparia & paria. &[g] *quod eſt* maius, *eſſe* æquale: tantum enim *eſſe*, & etiamnū amplius. nam eadem oratio diuiſa, & coniuncta, non ſemper idem ſignificare videtur: veluti[h],

„ Ego[i] te reddidi ſeruū exiſtentem liberum.

Et illud[k],

„ Quinquaginta è viris centum liquit diuus Achilles[l].

8 Ex[m] accentu verò in nō ſcriptis diſſertationibus haud facilè eſt efficere argumentationē: ſed inſcriptis[n], & poëmatis potiùs. ſicut[o] Homerum nonulli tuētur aduerſus eos, à quibus reprehenditur, quaſi abſurdè dixerit[p],

--τὸ μὲν οὐ καταπύθεται ὄμβρῳ.

hoc enim per accentum ſoluūt, dicentes illud οὐ accentu acuto *eſſe notandum*. Sed[q] & illud de Agamemnonis ſomnio *defendunt*, quia non ipſe Iuppiter dixit[r],

--δίδομεν δέ οἱ εὖχος ἀρέσθαι

a *Tertium.*
b Innuit hoc ſophiſma: Qui literas ſcit nunc didicit eas: atqui Socrates literas ſcit: ergo &c. Fallacia eſt, quia τὸ nunc, componitur cum verbo *didicit*, à quo debet ſeiungi.
c *Quartum.*
d Poteſt quidem multa ferre ſeparatim, id eſt, ſingula per ſe, non propterea tamen ferre poteſt omnia ſimul.
e Diuiſionis exempla.
f *Primum.*
g *Secundum.*
h *Tertium*
i Videtur eſſe, verſus Menādri à Terentio in Andria ſic expreſſus ſcenâ 1. *feci è ſeruo vt eſſes libertus mihi.* Verba Menandri dubia ſūt: vel enim ſignificāt feci te ex ſeruo liberū: vel, ex libro ſeruum.
k *Quartum.*
l Hęc oratio bifariam accipi poteſt, ſi verba ſpectes. Primò. Achilles reliquit centum è quinquaginta viris. ſecundò, Achilles reliquit quinquaginta ex cētum viris.
m *Fallacia ex accentu.*
n Ex hoc & aliis locis conſtat, veteres Græcos accētuum & ſpirituum notis quibus nos nunc vtimur, non eſſe vſos.
o *Exemplum primum.*
p Iliad. lib. 23. ver 328.
q *Secundum.*

r Hic locus non extat in editione Homeri, qua nunc vtimur: vide noſtrum commentarium

2 Vt apud Homerum de Ioue: δίδομεν δέ οἱ εὖχος ἀρέσθαι, Iouem.

ſed ſomnio mandauit *dari* [2]. Quæ igitur *ſunt* eiuſmodi, ex accentu ſumuntur. 9 Hæ verò *argumentationes* ex figura dictionis ducuntur, cùm quis eodē modo interpretatur, quod nō idē *eſt*: veluti maſculum *vt* feminā, aut feminam *vt* maſculum, aut neutrum *vt* alterum horum: vel rurſus quantum *vt* quale, aut quale *vt* quantū, aut faciens *vt* patiēs, aut affectum *vt* faciens, & cetera, vt antea diuiſa fuerunt. nam fieri poteſt, vt quod nō eſt in faciendi *categoria*, perinde quaſi in ea ſit, dictione ſignificetur. vtputa valere, ſimili dicendi formâ effertur, qua ſecare, vel ædificare: quamquàm illud, quale quidpiā, & certo modo affectum declarat: hoc verò, aliquid facere. Eodem modo & in aliis *res habet*. 10 Qui igitur ex dictione elenchi *ducuntur*, his modis fiunt.

ἀλλὰ τὸ ἐνυπνίῳ ἐνετέλλετο διδόναι. Τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα, παρὰ τὴν προσῳδίαν ἐστίν. 9 Οἱ δὲ παρὰ τὸ σχῆμα τῆς λέξεως συμβαίνουσιν, ὅταν τὸ μὴ ταὐτὸν ὡσαύτως ἑρμηνεύηται· οἷον, τὸ ἄρρεν, θῆλυ· ἢ τὸ θῆλυ ἄρρεν. ἢ τὸ μεταξὺ, θάτερον τούτων· ἢ πάλιν, τὸ ποσὸν, ποιόν· ἢ τὸ ποιὸν ποσόν· ἢ τὸ ποιοῦν, πάσχον· ἢ τὸ διακείμενον, ποιοῦν· καὶ τἆλλα, ὡς διῄρηται πρότερον. ἔστι γὰρ τὸ μὴ τῶν ποιεῖν ὄν, ὡς τῶν ποιεῖν τι, τῇ λέξει σημαίνειν. οἷον, τὸ ὑγιαίνειν ὁμοίῳ σχήματι τῆς λέξεως λέγεται τῷ τέμνειν, ἢ οἰκοδομεῖν. καίτοι τὸ μὲν, ποιόν τι καὶ διακείμενόν πως δηλοῖ· τὸ δὲ, ποιεῖν τι. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. 10 Οἱ μὲν οὖν παρὰ τὴν λέξιν ἔλεγχοι, ἐκ τούτων τῶν τόπων εἰσί.

De fallaciis extra dictionem. Cap. V.

1 De paralogiſmis extra dictionem. 2 De accidente. 3 De eo quod eſt ſimpliciter, vel κατά τι. 4 De ignorantia elenchi. 5 De petitione quæſiti ab initio propoſiti. 6 De conſequenti. 9 De non cauſa. 11 Si duæ interrogationes pro vna ſumantur.

CAP. IV.

PAralogiſmorum autem, qui extra dictionē *conſiſtunt*, ſpecies ſunt ſeptem: vna ex accidēte: ſecunda, *quia* ſimpliciter, vel non ſimpliciter, ſed quadātenus vel alicubi, vel aliquando, vel ad aliquid dicitur: tertia ob elenchi ignorantiam: quarta ex conſequēti: quinta, quia ſumitur, quod initiò *quæſitum fuit*: ſexta, quia non cauſa vt cauſa ponitur: ſeptima, quia multæ interrogationes pro vna accipiuntur. 2 Ex accidēte igitur paralogiſmi ſunt, cùm quiduis poſtulatum fuerit æquè rei atque accidenti ineſſe.

ΤΩν δὲ ἔξω τῆς λέξεως παραλογισμῶν, εἴδη εἰσὶν ἑπτά· ἓν μὲν, παρὰ τὸ συμβεβηκός· δεύτερον δὲ, τὸ ἁπλῶς, ἢ μὴ ἁπλῶς, ἀλλὰ πῇ, ἢ ποῦ ἢ ποτὲ, ἢ πρός τι λέγεσθαι. τρίτον δὲ, τὸ παρὰ τὴν τοῦ ἐλέγχου ἄγνοιαν· τέταρτον δὲ, τὸ παρὰ τὸ ἑπόμενον· πέμπτον δὲ, τὸ παρὰ τὸ ἐν ἀρχῇ λαμβάνειν· ἕκτον δὲ, τὸ παρὰ τὸ μὴ αἴτιον, ὡς αἴτιον τίθεσθαι· ἕβδομον δὲ, τὸ παρὰ τὸ τὰ πλείω ἐρωτήματα ἓν ποιεῖν.

2 Οἱ μὲν οὖν παρὰ τὸ συμβεβηκὸς παραλογισμοί εἰσιν, ὅταν ὁμοίως ὁτιοῦν ἀξιωθῇ τῷ πράγματι, καὶ τῷ συμβεβηκότι ὑπάρχειν.

ἐπεὶ

ἐπεὶ γὰρ τῷ αὐτῷ πολλὰ συμβέβηκεν, οὐκ ἀνάγκη πᾶσι τοῖς κατηγορουμένοις, καὶ καθ' οὗ κατηγορεῖται, ταῦτα πάντα ὑπάρχειν· πάντα γὰρ οὕτως ἔσται ταὐτὰ, ὥσπερ φασὶν οἱ σοφισταί. οἷον, εἰ ὁ Κορίσκος, ἕτερος ἀνθρώπου, αὐτὸς αὑτοῦ ἕτερος· ἔστι γὰρ ἄνθρωπος. ἢ εἰ Σωκράτους ἕτερος, ὁ δὲ Σωκράτης ἄνθρωπος, ἕτερον ἀνθρώπου φασὶν ὡμολογηκέναι, διὰ τὸ συμβεβηκέναι, οὗ ἕτερον ἔφησεν εἶναι, τοῦτον εἶναι ἄνθρωπον. 3 Οἱ δὲ παρὰ τὸ, τὸ ἁπλῶς τόδε, ἢ πῇ λέγεσθαι, καὶ μὴ κυρίως· ὅταν τὸ ἐν μέρει λεγόμενον, ὡς ἁπλῶς εἰρημένον ληφθῇ. οἷον, εἰ τὸ μὴ ὄν, ἐστὶ δοξαστὸν, ὅτι τὸ μὴ ὂν ἐστιν. οὐ γὰρ ταὐτὸν, εἶναί τέ τι, καὶ εἶναι ἁπλῶς. Ἢ πάλιν, ὅτι τὸ ὂν οὐκ ἔστιν ὄν, εἰ τῶν ὄντων τι μή ἐστιν· οἷον, εἰ μὴ ἄνθρωπος. οὐ γὰρ ταὐτὸ, μὴ εἶναί τι, καὶ ἁπλῶς μὴ εἶναι· φαίνεται δὲ διὰ τὸ παρεγγὺς τῆς λέξεως, καὶ μικρὸν διαφέρειν τὸ εἶναί τι τοῦ εἶναι, καὶ τὸ μὴ εἶναί τι τοῦ μὴ εἶναι. Ὁμοίως δὲ, καὶ τὸ παρὰ τὸ πῇ, καὶ ἁπλῶς. οἷον, εἰ ὁ Ἰνδὸς ὅλος μέλας ὢν, λευκός ἐστι τοὺς ὀδόντας· λευκὸς ἄρα, καὶ οὐ λευκός ἐστι. Ἢ εἰ ἄμφω πῇ, ὅτι ἅμα τὰ ἐναντία ὑπάρχει. Τὸ δὲ τοιοῦτον ἐπ' ἐνίων μὲν παντὶ θεωρῆσαι ῥᾴδιον. οἷον, εἰ λαβὼν μέλανα εἶναι τὸν Αἰθίοπα, τοὺς ὀδόντας ἔροιτο εἰ λευκός. εἰ οὖν ταύτῃ λευκὸς, ὅτι μέλας, καὶ οὐ μέλας, οἴοιτο διειλέχθαι συλλογιστικῶς, τελειώσας τὴν ἐρώτησιν. ἐπ' ἐνίων δὲ λανθάνει πολλάκις, ἐφ' ὅσων, ὅταν πῇ λέγηται, κἂν τὸ ἁπλῶς δόξειεν ἀκολουθεῖν· καὶ ἐν ὅσοις

cùm enim multa eidē accidant, non *eſt* neceſſe & attributis & ſubiectio hæc omnia ineſſe: alioqui omnia erunt eadem, vt ſophiſtæ dicunt. veluti ſi Coriſcus *eſt* diuerſus ab homine, ipſe à ſe ipſo diuerſus *erit*, quoniam homo eſt. aut ſi à Socrate *eſt* diuerſus, Socrates autem *eſt* homo, diuerſum *eſſe* ab homine aiunt cōceſſiſſe: propterea quòd à quo diuerſum eſſe dixit, ei accidit vt ſit homo.

3 Hi verò *ſunt* ex eo quod ſimpliciter tale dicitur, vel quadātenus, non propriè; cùm id quod in parte dicitur, vt ſimpliciter dictum ſumitur. Veluti *ſi quis colligat*; ſi[a] id quod non eſt, opinabile eſt; id quod non eſt, eſſe. non enim idem *valent*, eſſe aliquid *tale*, & eſſe ſimpliciter. Aut rurſus, *ſi quis concludat*, id quod eſt, nō eſſe, ſi non eſt aliquid eorum quæ ſunt, verbi gratiâ ſi nō *eſt* homo. non enim idem *valent*, non eſſe aliquid *tale*, & ſimpliciter non eſſe. Videtur autem *vtrumque rectè colligi*, propter vicinitatem dictionis, & exiguitatē diſcriminis, quod eſt inter eſſe aliquid & eſſe, necnon inter non eſſe aliquid & non eſſe. Similiter *paralogiſmi ducuntur* ex eo quod quadamtenus & ſimpliciter *dicitur*. Vtputà, ſi Indus, cùm ſit totus niger, albus eſt dentes: albus igitur & nō albus eſt. Aut, ſi ambo, quadantenus *inſunt*, cōtraria ſimul ineſſe. Porrò huiuſmodi *paralogiſmum* in nonnullis *orationibus* animaduertere cuiuis facile *eſt*: vtputà ſi *quis*, cùm ſumpſerit Æthiopem eſſe nigrū, roget, an *ſit* albus dentes: perfecta igitur interrogatione, arbitretur ſyllogiſticè diſputatum, *ac probatum Æthiopem eſſe* nigrum & non nigrum. In quibuſdam autem ſæpe latet: *nempe* in quibus, cùm quadamtenus dicitur, conſequi videtur, *vt* etiam ſimpliciter *dicatur*: & in quibus

a Coniunge De interpret. cap. 11. parti. vlt.

non facilè *eſt* perſpicere, vtrùm propriè *ſit* attribuendū, hoc autem *in iis* euenit, in quibus oppoſita pariter inſunt. nam aut ambo, aut neutrum ineſſe, *ſiue* attribui, dandum videtur. vt putà, ſi *totius cuiuſdam* dimidium *ſit* album, dimidium nigrum, vtrùm *id* album, an nigrum *eſt*? 4 *Hi* verò *paralogiſmi* fiunt, quia non eſt definitū, quid ſit ſyllogiſmus, vel quid elenchus, ſed omiſſa eſt definitio. Elenchus enim eſt cōtradictio vnius & eiuſdē, nō nominis, ſed rei: ac nominis, non ſynonymi, ſed eiuſdē: *quæ* ex cōceſſis neceſſariò *colligitur*, non cōnumerato eo quod in principio *quæſitum fuit*: & *ſumuntur* ſecundum idem, & ad idem, eodēque modo, & eodē tempore. Eodem autē modo & mentiri de aliquo *contingit*. Nonnulli verò, aliquo horū prætermiſſo, videntur elencho redarguere. vtputà idem eſſe duplum & non duplū: quoniam duo vnius dupla *ſunt*, trium verò nō dupla. aut ſi idem eſt eiuſdem duplum & non duplum, non tamen ſecundum idē, ſed ſecundum longitudinem duplum, ſecundum latitudinem non duplum. aut ſi eiuſdem, & ſecūdum idem, & eodem modo ſed non ſimul. idcirco eſt ſpecie, tantùm elenchus. Sed hic *paralogiſmus* & ad eos referri poteſt, qui in dictione *conſiſtunt*. 5 Qui autem ex eo *oriūtur* quòd ſumitur *quæſitum* initiò *propoſitum*, iiſdem & tot modis fiūt, quotmodis [a] accidit *id* quod ab initio *quæſitum eſt*, peti. videntur autem redarguere: quia diſcerni non poteſt, quod *eſt* idem, & quod diuerſum. 6 Propter cōſequens elenchus *videtur*, quia *nonnulli* putant reciprocari conſecutionē. quando enim, ſi illud ſit, ne-

[a] Vide Prior. lib. 2. cap. 16. & Topic. lib. 8. cap. 13.

μὴ ῥᾴδιον θεωρῆσαι, πότερον αὐτῶν κυρίως ἀποδοτέον. γίνεται δὲ τὸ τοιοῦτον ἐν ὅσοις ὁμοίως ὑπάρχει τὰ ἀντικείμενα· δοκεῖ γὰρ ἢ ἄμφω, ἢ μηδέτερον δοτέον ἁπλῶς εἶναι κατηγορεῖν. οἷον, εἰ τὸ μὲν ἥμισυ, λευκόν· τὸ δὲ ἥμισυ, μέλαν· πότερον λευκὸν, ἢ μέλαν; 4 Οἱ δὲ, παρὰ τὸ μὴ διωρίσθαι τί ἐστι συλλογισμὸς, ἢ τί ἔλεγχος, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἔλλειψιν τοῦ λόγου γίνονται. ἔλεγχος μὲν γάρ ἐστιν ἀντίφασις τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς, μὴ ὀνόματος, ἀλλὰ πράγματος· καὶ ὀνόματος μὴ συνωνύμου, ἀλλὰ τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῶν δοθέντων, ἐξ ἀνάγκης, μὴ συναριθμουμένου τοῦ ἐν ἀρχῇ, καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ, καὶ πρὸς τὸ αὐτὸ, καὶ ὡσαύτως, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τὸ ψεύδεσθαι περί τινος. ἔνιοι δὲ ἀπολιπόντες τι τῶν λεχθέντων, φαίνονται ἐλέγχειν· οἷον, ὅτι τὸ αὐτὸ διπλάσιον καὶ οὐ διπλάσιον· τὰ γὰρ δύο, τοῦ μὲν ἑνὸς διπλάσια, τῶν δὲ τριῶν οὐ διπλάσια. ἢ, εἰ τὸ αὐτὸ τοῦ αὐτοῦ διπλάσιον, καὶ οὐ διπλάσιον, ἀλλ' οὐ κατὰ ταὐτό. κατὰ μὲν γὰρ τὸ μῆκος, διπλάσιον· κατὰ δὲ τὸ πλάτος, οὐ διπλάσιον. ἢ, εἰ τοῦ αὐτοῦ καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ, καὶ ὡσαύτως, ἀλλ' οὐχ ἅμα. διόπερ ἐστὶ φαινόμενος ἔλεγχος. Ἕλκοι δ' ἄν τις τοῦτον καὶ εἰς τοὺς παρὰ τὴν λέξιν.

5 Οἱ δὲ παρὰ τὸ ἐν ἀρχῇ λαμβάνειν, γίνονται μὲν οὕτως, καὶ τοσαυταχῶς, ὁσαχῶς ἐνδέχεται τὸ ἐξ ἀρχῆς αἰτεῖσθαι. φαίνονται δὲ ἐλέγχειν, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι συνορᾶν, τὸ ταὐτὸν καὶ τὸ ἕτερον. 6 Ὁ δὲ παρὰ τὸ ἑπόμενον ἔλεγχος, διὰ τὸ οἴεσθαι ἀντιστρέφειν τὴν ἀκολούθησιν. ὅταν γὰρ τουδὶ ὄντος, ἐξ ἀνάγ-

κης

κης τόδε ἢ καὶ τοῦδε ὄντος, οἴονται καὶ θάτερον εἶναι ἐξ ἀνάγκης. ὅθεν καὶ αἱ περὶ τὴν δόξαν ἐκ τῆς αἰσθήσεως ἀπάται γίνονται. πολλάκις γὰρ τὴν χολὴν μέλι ὑπολαμβάνομεν εἶναι, διὰ τὸ ἕπεσθαι τὸ ξανθὸν χρῶμα τῷ μέλιτι. καὶ ἐπεὶ συμβαίνει τὴν γῆν ὕσαντος γίνεσθαι διάβροχον· κἂν ᾖ διάβροχος, ὑπολαμβάνομεν ὗσαι. τὸ δ᾽, οὐκ ἀναγκαῖον.

7 Ἔν τε τοῖς ῥητορικοῖς, αἱ κατὰ τὸ σημεῖον ἀποδείξεις, ἐκ τῶν ἑπομένων εἰσί. βουλόμενοι γὰρ δεῖξαι ὅτι μοιχός, τὸ ἑπόμενον ἔλαβεν, ὅτι καλλωπιστής, ἢ ὅτι νύκτωρ ὁρᾶται πλανώμενος. πολλοῖς δὲ ταῦτα μὲν ὑπάρχει, τὸ δὲ κατηγορούμενον οὐχ ὑπάρχει.

8 Ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς συλλογιστικοῖς. οἷον ὁ Μελίσσου λόγος, ὅτι ἄπειρον τὸ ἅπαν, λαβὼν τὸ μὲν ἅπαν, ἀγένητον· (ἐκ γὰρ μὴ ὄντος, οὐδὲν ἂν γενέσθαι) τὸ δὲ γενόμενον, ἐξ ἀρχῆς γενέσθαι. εἰ οὖν μὴ γέγονεν, ἀρχὴν οὐκ ἔχει τὸ πᾶν· ὥστε ἄπειρον. οὐκ ἀνάγκη δὲ τοῦτο συμβαίνειν. οὐ γάρ, εἰ τὸ γενόμενον ἅπαν ἀρχὴν ἔχει, καὶ εἴ τι ἀρχὴν ἔχει, γέγονεν· ὥσπερ οὐδ᾽ εἰ ὁ πυρέττων, θερμός, ἀνάγκη καὶ τὸν θερμὸν πυρέττειν. 9 Ὁ δὲ παρὰ τὸ μὴ αἴτιον, ὡς αἴτιον, ὅταν προσληφθῇ τὸ ἀναίτιον, ὡς παρ᾽ ἐκεῖνο γινομένου τοῦ ἐλέγχου. συμβαίνει δὲ τὸ τοιοῦτον ἐν τοῖς εἰς τὸ ἀδύνατον συλλογισμοῖς. ἐν τούτοις γὰρ ἀναγκαῖον ἀναιρεῖν τι τῶν κειμένων. ἐὰν οὖν καταριθμηθῇ ἐν τοῖς ἀναγκαίοις ἐρωτήμασι πρὸ τοῦ συμπεράσματος τὸ συμβαῖνον ἀδύνατον, δόξει παρὰ τοῦτο γίνεσθαι πολλάκις ὁ ἔλεγχος. οἷον,

ceſſariò hoc eſt, etiam putant, ſi hoc ſit alterum neceſſario eſſe. vnde etiam in opinione ex ſenſu deceptiones fiunt. ſæpe enim fel pro melle accipimus, quia melli conſequens eſt flauus color. & quoniã accidit, vt terra cũ pluit, madefiat: etiam pluiſſe exiſtimamus, ſi madida ſit *terra*. ſed hoc nõ *eſt* neceſſarium. 7 Oratoriæ quoque demõſtrationes, quæ à ſigno *ducũtur*, ex conſequẽtibus ſunt. nã volẽtes oſtendere mœchũ eſſe, conſequens ſumunt, *nimirum* accuratiùs eſſe comptum, aut noctu oberrantem conſpici. multis autem hæc inſunt, *quibus* attributũ non ineſt. [a] 8 Similiter *accidit* in *probationibus* ſyllogiſticis: cuiuſmodi *eſt* illa Meliſſi ratio [b], *qua probare nititur* vniuerſum eſſe infinitum, ſumptis *his principiis*, Vniuerſitatem eſſe ingenitam: (ex eo namque, quod non eſt, fieri nihil poſſe) quod autem genitum *eſt*, ex principio genitum eſſe. quare ſi vniuerſum non eſt genitum, principium non habet: proinde *eſt* infinitum. Atqui neceſſe non *eſt* hoc euenire. non enim, ſi quicquid genitum eſt, principiũ habet; etiam ſi quid principium habet, genitum eſt: quemadmodum nec ſi febricitans *eſt* calidus, neceſſe *eſt* etiam calidũ febricitare. 9 Ex eo autẽ, quòd non cauſa, *accipitur* pro cauſa, *paralogiſmus eſt*, cùm adſumpta fuerit non cauſa, quaſi ob eam fiat elenchus. Hoc autem accidit in ſyllogiſmis *ducentibus* ad impoſſibile[c]: quoniam in his neceſſe *eſt* refellere aliquid eorum quæ poſita fuerũt. ſi igitur numeratũ ſit in neceſſariis interrogationibus ante concluſionẽ eueniẽs illud impoſſibile, ſæpe videbitur ob id fieri elenchus. verbi gratiã,

a Qui non ſunt adulteri.

b De qua lib. 1. Phyſicor. latè.

c Cõiunge Prio. lib. 2. cap. 17. par. 1.

non idem eſſe animam & vitam: quia ſi interitui ortus *eſt* contrarius, etiam cuidam interitui erit quidam ortus contrarius. atqui mors *eſt* interitus quidam, & vitæ contraria: quare vita *eſt* ortus: & viuere *eſt* oriri: ſed hoc *eſt* impoſſibile: non *ſunt* igitur idem anima & vita. *Hoc* verò non eſt concluſum ſyllogiſmo: quoniam euenit impoſſibile, etiam ſi quis non aſſerat vitam *eſſe* idem atque animam: ſed tantùm, morti, quæ eſt interitus, vitam *eſſe* contrariam; interitui autem ortum. Ergo huiuſcemodi argumentationes non ſunt ad concludendum ineptę omnino, ſed propoſitum non concludunt. atque eiuſmodi *vitium* plerumq; nõ minùs ipſos interrogantes latet.

10 Ex conſequente igitur, & ex non cauſa argumentationes eiuſmodi ſunt. 11 Hæ verò ex eo quod duæ interrogationes pro vna accipiuntur, cùm latet plures eſſe, & quaſi vna ſit *interrogatio*, datur vna reſponſio. Sanè quaſdam facile *eſt* animaduertere multas *eſſe*, nec dandã eſſe reſponſionem *vnam*: veluti, vtrùm terra eſt mare, an cœlum? in nonnullis autem minùs *perſpicitur*: & quaſi vna ſit *interrogatio*, reſponſionẽ dant: ac redarguũtur elencho: aut aſſentiũtur. quia non reſpondent quod rogatum eſt, & redargui videntur. veluti, Nũ hic & hic eſt homo? quare ſi quis hunc & hunc verberet, hominem, non homines verberabit. Aut rurſum, Quorum alia ſunt bona, alia non bona; hæc omnia *ſuntne* bona, an non bona? vtrumuis enim dixerit, fieri poteſt, vt *aut in* elenchum *incidere*, aut quod videtur falſum, dicere videatur. nam ſiue dicatur aliquid eorum, quæ non *ſunt* bona, eſſe

ὅτι οὐκ ἔστι ψυχὴ καὶ ζωὴ ταὐτόν· εἰ γὰρ φθορᾷ γένεσις ἐναντίον, καὶ τῇ τινὶ φθορᾷ ἔσται τις γένεσις ἐναντίον· ὁ δὲ θάνατος, φθορά τις, καὶ ἐναντίον ζωῇ· ὥστε γένεσις ἡ ζωὴ· καὶ τὸ ζῆν, γίνεσθαι· τοῦτο δὲ, ἀδύνατον· οὐκ ἄρα ταὐτὸν ἡ ψυχὴ, καὶ ἡ ζωή. οὐ δὴ συλλελόγισται· συμβαίνει γὰρ, κἂν μή τις ταὐτὸν φῇ τῇ ψυχῇ τὴν ζωὴν, τὸ ἀδύνατον: ἀλλὰ μόνον, ἐναντίον ζωὴν μὲν θανάτῳ ὄντι φθορᾷ, φθορᾷ δὲ γένεσιν. Ἀσυλλόγιστοι μὲν οὖν ἁπλῶς οὐκ εἰσὶν οἱ τοιοῦτοι λόγοι· πρὸς δὲ τὸ κείμενον, ἀσυλλόγιστοι. καὶ λανθάνει πολλάκις οὐχ ἧττον αὐτοὺς τοὺς ἐρωτῶντας τὸ τοιοῦτον.

10 Οἱ μὲν οὖν παρὰ τὸ ἑπόμενον, καὶ παρὰ τὸ μὴ αἴτιον λόγοι, τοιοῦτοί εἰσιν.

11 Οἱ δὲ παρὰ τὸ τὰ δύο ἐρωτήματα ἓν ποιεῖν, ὅταν λανθάνῃ πλείω ὄντα, καὶ ὡς ἑνὸς ὄντος ἀποδοθῇ ἀπόκρισις μία. ἐπ' ἐνίων μὲν οὖν ῥᾴδιον ἰδεῖν ὅτι πλείω, καὶ ὅτι οὐ δοτέον ἀπόκρισιν· οἷον, πότερον ἡ γῆ, θάλαττά ἐστιν, ἢ οὐρανός; ἐπ' ἐνίων δὲ, ἧττον· καὶ ὡς ἑνὸς ὄντος, διδόασιν ἀπόκρισιν, καὶ ἐλέγχονται, ἢ ὁμολογοῦσι τῷ μὴ ἀποκρίνεσθαι τὸ ἐρωτώμενον, καὶ ἐλέγχεσθαι φαίνονται. οἷον, ἆρα οὗτος καὶ οὗτός ἐστιν ἄνθρωπος; ὥστε ἄν τις τύπτῃ τοῦτον καὶ τοῦτον, ἄνθρωπον, ἀλλ' οὐκ ἀνθρώπους τυπτήσει. ἢ πάλιν, ὧν τὰ μὲν, ἐστὶν ἀγαθὰ, τὰ δὲ, οὐκ ἀγαθὰ, πάντα ταῦτα ἀγαθὰ, ἢ οὐκ ἀγαθά; ὁπότερον γὰρ ἂν φῇ, ἔστι μὲν ὡς ἔλεγχον, ἢ ψεῦδος φαινόμενον δόξειεν ἂν εἰπεῖν. τὸ γὰρ φάναι τῶν μὴ ἀγαθῶν εἶναί τι

ἀγαθὸν

ἀγαθὸν, ἢ τῶν ἀγαθῶν μὴ ἀγαθὸν, ψεῦδος. Ὁτὲ δὲ, προσληφθέντων τινῶν, κἂν ἔλεγχος γίνοιτο ἀληθινός. οἷον, εἴ τις δοίη, ὁμοίως ἓν καὶ πολλὰ λέγεσθαι λευκὰ, καὶ γυμνὰ, καὶ τυφλά. εἰ γὰρ τυφλὸν, τὸ μὴ ἔχον ὄψιν, πεφυκὸς δ' ἔχειν· καὶ τυφλὰ ἔσται τὰ μὴ ἔχοντα, πεφυκότα δ' ἔχειν. ὅταν οὖν τὸ μὲν ἔχῃ, τὸ δὲ μὴ ἔχῃ· τὰ ἄμφω ἔσται ἢ ὁρῶντα, ἢ τυφλά· ὅπερ ἀδύνατον.

bonum, ſiue *aliquid* eorum, quæ *ſunt* bona, non *eſſe* bonum: falſum *dicitur*. Interdum verò aſſumptis quibuſdam etiam verus elenchus fieri poteſt. veluti ſi quis conceſſerit, æquè vnum ac multa dici alba, & nuda, & cæca. nam ſi cæcum *eſt*, quod non habet aſpectum, cùm ſit naturâ cōparatum vt habeat: etiam cæca erunt, quæ non habent, cùm naturâ ſint comparata vt habeant. quando igitur aliud habet, aliud non habet: ambo videbunt, aut cæca erunt: quod *eſt* impoſſibile.

Reductio omnium fallaciarum ad ignorationem elenchi.

CAP. VI.

1 ¶ *Protheſis.* 2 ¶ *Generalis expoſitio.* 3 ¶ *Specialis expoſitio. De fallacijs in dictione conſiſtentibus.* 4 *De fallacia accidentis.* 5 *De fallacia ſecundum quid.* 6 *De ignoratione elenchi.* 7 *De petitione quæſiti propoſiti. De non cauſa.* 8 *De fallacia conſequentis.* 9 *De pluribus interrogationibus.* 10 ¶ *Epilogus.*

Ἢ δὴ οὕτως διαιρετέον τοὺς φαινομένους συλλογισμοὺς καὶ ἐλέγχους, ἢ πάντας ἀνακτέον εἰς τὴν τοῦ ἐλέγχου ἄγνοιαν, ἀρχὴν ταύτην ποιησαμένους· ἔστι γὰρ ἅπαντας ἀναλῦσαι τοὺς λεχθέντας τρόπους εἰς τὸν τοῦ ἐλέγχου διορισμόν. 2 Πρῶτον μὲν, εἰ ἀσυλλόγιστοι· δεῖ γὰρ ἐκ τῶν κειμένων συμβαίνειν τὸ συμπέρασμα, ὥστε λέγειν ἐξ ἀνάγκης, ἀλλὰ μὴ φαίνεσθαι. 3 Ἔπειτα καὶ κατὰ τὰ μέρη τοῦ διορισμοῦ. τῶν μὲν γὰρ ἐν τῇ λέξει, οἱ μέν εἰσι παρὰ τὸ διττὸν, οἷον ἥτε ὁμωνυμία, καὶ ὁ λόγος, καὶ ἡ ὁμοιοσχημοσύνη. σύνηθες γὰρ τὸ πάντα ὡς τόδε τι σημαίνειν. Ἡ δὲ σύνθεσις, καὶ ἡ διαίρεσις, καὶ ἡ προσῳδία, τῷ μὴ τὸν αὐτὸν εἶναι

AVt igitur ſic diuidēdi ſunt, qui videntur ſyllogiſmi, & elenchi: aut omnes reuocandi ad ignorantiam elenchi, hac pro principio ſumpta. licet enim omnes dictos modos reſoluere in elenchi definitionem. CAP. V.

2 Ac primùm, ſi ſint inepti ad concludendum. oportet enim [a] ex iis, quæ poſita *ſunt*, effici concluſionem, adeo vt neceſſariò dicatur, non *effici tantùm* videatur.

a Si elenchus dici debet.

3 Deinde & ſecundum partes definitionis. Nam eorum *paralogiſmorum*, qui in dictione *cernuntur*, nonnulli ex duplici *ſignificatione* oriuntur: cuiuſmodi eſt homonymia, & *ambigua* oratio, & *dictionis* figura ſimilis. ſolent enim *hæc* omnia, quaſi hoc aliquid ſignificantia *vſurpari*. Compoſitio verò & diuiſio, & accentus *ideò captionem efficiunt*, quòd non eadem eſt

oratio, vel nomen *eſt* diuerſum: oportebat autem & hoc *idem eſſe*, quemadmodũ res eadem *eſt*, ſi futurus eſt elenchus, aut ſyllogiſmus, vtputà ſi tunica *concludi debet*: non *oportet* veſtem concludere, ſed tunicam. quamuis enim id verum *ſit*, tamen non eſt ſyllogiſmo cõcluſum: ſed adhuc interrogatione eſt opus, *vt* idem ſignificare *aſſumatur*, ergà quærentem quid ita? 4 *Paralogiſmi* autem, qui ex accidente *ſumuntur*, definito ſyllogiſmo fiunt manifeſti. oportet enim eandem[a] eſſe definitionem elenchi, præterquàm quòd adiungitur contradictio: nam elenchus *eſt* ſyllogiſmus contradictionis[b]. quare ſi non eſt ſyllogiſmus accidentis, non fit elenchus. non enim ſi, cùm ea ſunt, neceſſe *eſt* hoc eſſe, hoc autem eſt album, neceſſe *eſt* album eſſe propter ſyllogiſmum. nec ſi triangulum duobus rectis æquales *angulos* habet: ei autem accidit, vt ſit figura, vel primum, vel principium: *conſequens eſt*, vt figura, vel principium, vel primum ſit tale. non enim *de eo demonſtratio ſit*, quà *eſt* figura, nec quà primum, ſed quà triangulum *eſt*. Similiter & in aliis *ſe res habet*. Quapropter ſi elenchus *eſt* ſyllogiſmus quidam: qui ex accidente *eſt*, elenchus eſſe nequit. Sed hinc & artifices & omnino docti ab indoctis redarguuntur: quoniam ex accidente ſyllogiſmos faciunt aduerſus ſcientes: hi verò, cùm diuidere non valeant[c], aut rogati dant[d], aut non dantes videntur dediſſe[e]. 5 *Ex eo verò, quòd quadamtenus, vel ſimpliciter dicitur, ducti paralogiſmi in eo verſantur*, quòd non de eodem *accipitur* affirmatio & negatio. eius enim quod quadamtenus *eſt* album, id quod quadamtenus non eſt album, negatio *eſt*.

a Quæ eſt ſyllogiſmiꝰ am definitio generis conuenit etiam ſpeciei: elẽchus autẽ eſt ſpecies quædam ſyllogiſmi.

b Vt definitus eſt ſuprà cap. I. part. 4.

c Diſtinguere neſciant.

d Interrogati cõcedunt, quod non debent cõcedere.

e Vt quis tacẽs: aut reſpondens, Eſto, vel, fieri poteſt, vel, Aliquo modo.

τὸν λόγον, ἢ τοιοῦτό τι διαφέρειν. ἔδει δὲ καὶ τοῦτο, καθάπερ καὶ τὸ πρᾶγμα ταὐτὸν, εἰ μέλλει ἔλεγχος, ἢ συλλογισμὸς ἔσεσθαι. οἷον, εἰ λώπιον, μὴ ἱμάτιον συλλογίσασθαι, ἀλλὰ λώπιον. ἀληθὲς μὲν γὰρ κἀκεῖνο· ἀλλ' οὐ συλλελόγισται· ἀλλ' ἔτι ἐρωτήματος δεῖ, ὅτι ταὐτὸν σημαίνει, πρὸς τὸν ζητοῦντα τὸ διὰ τί.

4 Οἱ δὲ παρὰ τὸ συμβεβηκὸς, ὁρισθέντος τοῦ συλλογισμοῦ, φανεροὶ γίνονται. τὸν αὐτὸν γὰρ ὁρισμὸν δεῖ καὶ τοῦ ἐλέγχου γίνεσθαι, πλὴν προσκεῖσθαι τὴν ἀντίφασιν· ὁ γὰρ ἔλεγχος, συλλογισμὸς ἀντιφάσεως. εἰ οὖν μή ἐστι συλλογισμὸς τοῦ συμβεβηκότος, οὐ γίνεται ἔλεγχος. οὐ γὰρ, εἰ τούτων ὄντων, ἀνάγκη τόδ' εἶναι, τοῦτο δ' ἐστὶ λευκὸν, ἀνάγκη λευκὸν εἶναι διὰ τὸν συλλογισμόν, οὐδ' εἰ τὸ τρίγωνον δυοῖν ὀρθαῖν ἴσας ἔχει, συμβέβηκε δ' αὐτῷ, σχήματι εἶναι, ἢ πρώτῳ, ἢ ἀρχῇ, ὅτι σχῆμα, ἢ ἀρχὴ, ἢ πρῶτον τοιοῦτόν ἐστιν. οὐ γὰρ ᾗ σχῆμα, οὐδ' ᾗ πρῶτον, ἀλλ' ᾗ τρίγωνον, ἡ ἀπόδειξις. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. ὥστε, εἰ ὁ ἔλεγχος, συλλογισμός τις, οὐκ ἂν εἴη ὁ κατὰ συμβεβηκὸς, ἔλεγχος. ἀλλὰ παρὰ τοῦτο καὶ οἱ τεχνῖται, καὶ ὅλως οἱ ἐπιστήμονες ὑπὸ τῶν ἀνεπιστημόνων ἐλέγχονται· κατὰ συμβεβηκὸς γὰρ ποιοῦνται τοὺς συλλογισμοὺς πρὸς τοὺς εἰδότας. οἱ δ' οὐ δυνάμενοι διαιρεῖν, ἢ ἐρωτώμενοι διδόασιν, ἢ οὐ διδόντες, οἴονται δεδωκέναι. 5 Οἱ δὲ παρὰ τὸ πῇ καὶ ἁπλῶς, ὅτι οὐ κατὰ τοῦ αὐτοῦ ἡ κατάφασις καὶ ἀπόφασις. τοῦ γὰρ πῇ λευκοῦ, τὸ πῇ οὐ λευκόν. τοῦ δ' ἁπλῶς λευκοῦ, τὸ ἁπλῶς οὐ λευκὸν, ἀπόφασις.

εἰ οὖν

εἰ οὖν, δόντος τὸ πῇ εἶναι λευκόν, ὡς ἁπλῶς εἰρημένον λαμβάνει, οὐ ποιεῖ ἔλεγχον· φαίνεται δὲ διὰ τὴν ἄγνοιαν τοῦ τί ἐστι ἔλεγχος. 6 Φανερώτατοι δὲ πάντων οἱ πρότερον λεχθέντες παρὰ τὸν τοῦ ἐλέγχου διορισμόν· διὸ καὶ προσηγορεύθησαν οὕτως· παρὰ γὰρ τὴν τοῦ λόγου τὴν ἔλλειψιν ἡ φαντασία γίνεται· καὶ διαιρουμένοις οὕτως, κοινὸν ἐπὶ πᾶσι τούτοις θετέον τὴν τοῦ λόγου ἔλλειψιν. 7 Οἵ τε παρὰ τὸ λαμβάνειν τὸ ἐν ἀρχῇ, καὶ τὸ ἀναίτιον ὡς αἴτιον τιθέναι, δῆλοι διὰ τοῦ ὁρισμοῦ. δεῖ γὰρ τὸ συμπέρασμα τῷ ταῦτα εἶναι συμβαίνειν, ὅπερ οὐκ ἦν ἐν τοῖς ἀναιτίοις. καὶ πάλιν μὴ ἀριθμουμένου τοῦ ἐξ ἀρχῆς, ὅπερ οὐκ ἔχουσιν οἱ παρὰ τὴν αἴτησιν τοῦ ἐν ἀρχῇ. 8 Οἱ δὲ παρὰ τὸ ἑπόμενον, μέρος εἰσὶ τοῦ συμβεβηκότος· τὸ γὰρ ἑπόμενον συμβέβηκε· διαφέρει δὲ τοῦ συμβεβηκότος, ὅτι τὸ μὲν συμβεβηκός, ἔστιν ἐφ' ἑνὸς μόνου λαβεῖν· οἷον, ταὐτὸν εἶναι τὸ ξανθὸν καὶ τὸ μέλι, καὶ τὸ λευκὸν καὶ κύκνον· τὸ δὲ παρὰ τὸ ἑπόμενον, ἀεὶ ἐν πλείοσι· τὰ γὰρ ἑνὶ καὶ ταὐτῷ ταὐτά, καὶ ἀλλήλοις ἀξιοῦμεν εἶναι ταὐτά· διὸ γίνεται ὁ παρὰ τὸ ἑπόμενον ἔλεγχος. ἔστι δ' οὐ πάντως ἀληθές· οἷον, ἂν ᾖ λευκὸν κατὰ συμβεβηκός· καὶ γὰρ ἡ χιὼν καὶ ὁ κύκνος τῷ λευκῷ ταὐτόν. ἢ πάλιν, ὡς ἐν τῷ Μελίσσου λόγῳ, τὸ αὐτὸ λαμβάνει εἶναι τὸ γεγονέναι καὶ ἀρχὴν ἔχειν. ἢ τὸ ἴσοις γίνεσθαι καὶ ταὐτὸ μέγεθος λαμβάνειν. ὅτι γὰρ τὸ γεγονὸς ἔχει ἀρχήν, καὶ τὸ ἔχον ἀρχήν, γεγονέναι ἀξιοῖ·

ſi igitur, dato eſſe quadamtenus album, *alius* quaſi ſimpliciter dictum accipiat, non efficit elenchũ, ſed *efficere videtur*, quoniam ignoratur quid ſit elenchus. 6 Maximè autem omnium perſpicui ſunt, qui ſuprà dicti ſunt ex elenchi definitione: ideóque ſunt ita appellati. nam ob definitionis defectionẽ fit vt elenchus videatur: & ſi diuidantur *paralogiſmi, ſicut nunc diuiſimus, hoc* omnibus commune ponendũ *eſt*, definitionis (inquam) defectio. 7 *Sed* & *hi*, qui ex eo *ducuntur*, quòd ſumitur *quæſitũ* initio *propoſitum*, & *qui ex eo* quòd ponũt non cauſam pro cauſa, per *elēchi* definitionem *ſiunt* manifeſti. oportet enim concluſionẽ euenire eo quòd illa ſunt, *quæ fuerunt poſita:* quod certè non eſt in non cauſis. rurſus non connumerato eo quod ab initio *quæſitum fuit:* quod *requiſitum* non habent, qui propter petitionem *quæſiti* initiò *propoſiti* peccant. 8 Qui verò ex conſequente *ducuntur*, accidẽtis pars ſunt. nam conſequens accidit: ſed *eo* differt ab accidente, quòd licet in vno tantùm accidens ſumere: vtputà idem eſſe flauum & mel, necnon album & cycnum: quod verò ex accidẽte *ducitur*, ſemper in pluribus *cernitur*. nam quæ vni & eidem *ſunt* eadẽ, etiam inter ſe eadẽ eſſe poſtulamus: vnde oritur elenchus, qui ex cõſequente *appellatur*. *Id* autem non eſt omnino verum: veluti ſi album ſit ex accidente: etenim nix & cycnus, quod ad alborem, idem *ſunt*. aut rurſus vt in Meliſſi ratione [a]: *qui* idem eſſe ſumit Factum eſſe, & Principiũ habere. aut *idem eſſe*, Fieri æqualia, & Eandem magnitudinem accipere. nam quia quod factum eſt, principiũ habet: & quod principiũ habet, factũ eſſe poſtulat ſibi cõcedi:

[a] De quo cap. 6. partic. 8. & lib. 1. Phyſ. cap. 4. & alibi.

quaſi hæc duo, factum & finitum eadē ſint, propterea quòd *vtraque* principium habent. ſimiliter & in iis, quæ æqualia fiunt, ſi ea, quæ vnam & eandem magnitudinem accipiunt, æqualia fiunt; *viciſsim* etiam, quæ æqualia fiūt, vnam magnitudinem accipiunt. Itaque conſequens ſumit. Quoniam igitur elenchus ex accidēte *ductus*, in ignorantia elenchi *cernitur*: apparet eôdē referri etiam *elenchum* ex conſequente. *Eſt* autem hoc & alio modo cōſiderandum.

9 Qui verò *ex eo ducuntur*, quòd ex plurib. interrogationib. vna fit, in eo *conſiſtunt*, quòd non articulatim ſeu nō diſtinctè expendimus definitionē propoſitionis. nā propoſitio eſt vnū de vno. *eſt* enim eadē definitio vnius tātū, & ſimpliciter rei: vt hominis, & vnius tantùm homis. ſimiliterque in aliis *res habet*. ſi igitur vna tantùm propoſitio *eſt*, quæ vnū de vno poſtulat: etiā ſimpliciter propoſitio erit interrogatio eiuſmodi. quia verò ſyllogiſmus ex propoſitionibus *conſtat*, elenchus autē *eſt* ſyllogiſmus, etiam elenchus erit ex propoſitionibus. Quocirca ſi propoſitio *eſt* vnū de vno, apparet etiam hunc in elenchi ignorātia *verſari*: videtur.n. eſſe propoſitio, quæ nō eſt propoſitio. Itaque ſi reſponſionē dedit quaſi ad vnam interrogationē, erit elenchus. ſi nō dedit, ſed videtur *dediſſe*, videbitur elēchus.

10 Quare omnes modi cadunt in elenchi ignorantiam: illi quidem, qui in dictione *conſiſtunt*. quia videtur contradictio, quod erat proprium elenchi [a]: reliqui autem propter ſyllogiſmi definitionem [b].

[a] Quia elēchus definitur ſyllogiſmus contradictionis, adeo vt verbū cōtradictiōis, ſeparet elenchū ab aliis ſyllogiſmis.
[b] Quia ſyllogiſmi definitio eis non conuenit.

ὡς ἄμφω ταὐτὰ ὄντα, τῷ ἀρχὴν ἔχειν, τὸ γεγονὸς, καὶ τὸ πεπερασμένον. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἴσων γινομένων, εἰ τὰ τὸ αὐτὸ καὶ ἓν μέγεθος λαμβάνοντα, ἴσα γίνεται· καὶ τὰ ἴσα γινόμενα, ἓν μέγεθος λαμβάνει. ὥστε τὸ ἑπόμενον λαμβάνει. ἐπεὶ οὖν ὁ παρὰ τὸ συμβεβηκὸς ἔλεγχος, ἐν τῇ ἀγνοίᾳ τοῦ ἐλέγχου· φανερὸν ὅτι καὶ ὁ παρὰ τὸ ἑπόμενον. ἐπισκεπτέον δὲ τοῦτο καὶ ἄλλως.

9 Οἱ δὲ παρὰ τὸ τὰ πλείω ἐρωτήματα ἓν ποιεῖν, ἐν τῷ μὴ διαρθροῦν ἡμᾶς, ἢ μὴ διαιρεῖν τὸν λόγον τῆς προτάσεως. ἡ γὰρ πρότασίς ἐστιν ἓν καθ' ἑνός. ὁ γὰρ αὐτὸς ὅρος ἑνὸς μόνου, καὶ ἁπλῶς τοῦ πράγματος· οἷον, ἀνθρώπου, καὶ ἑνὸς μόνου ἀνθρώπου. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. εἰ οὖν μία μόνη πρότασις, ἡ ἓν καθ' ἑνὸς ἀξιοῦσα· καὶ ἁπλῶς ἔσται πρότασις, ἡ τοιαύτη ἐρώτησις. ἐπεὶ δ' ὁ συλλογισμὸς, ἐκ προτάσεων· ὁ δὲ ἔλεγχος, συλλογισμός· καὶ ὁ ἔλεγχος ἔσται ἐκ προτάσεων. εἰ οὖν ἡ πρότασις, ἓν καθ' ἑνός· φανερὸν ὅτι καὶ οὗτος ἐν τῇ τοῦ ἐλέγχου ἀγνοίᾳ· φαίνεται γὰρ εἶναι πρότασις, ἡ οὐκ οὖσα πρότασις. εἰ μὲν οὖν δέδωκεν ἀπόκρισιν, ὡς πρὸς μίαν ἐρώτησιν, ἔσται ἔλεγχος· εἰ δὲ μὴ δέδωκεν, ἀλλὰ φαίνεται, φαινόμενος ἔλεγχος.

10 Ὥστε πάντες οἱ τρόποι πίπτουσιν εἰς τὴν τοῦ ἐλέγχου ἄγνοιαν· οἱ μὲν οὖν παρὰ τὴν λέξιν, ὅτι φαινομένη ἀντίφασις, ὅπερ ἦν ἴδιον τοῦ ἐλέγχου· οἱ δ' ἄλλοι, παρὰ τὸν τοῦ συλλογισμοῦ ὅρον.

Rationes

Rationes deceptionum Cap. VII.

1 De homonymia, & amphibolia. 2 De compoſitione, & diuiſione. 3 De non accentu. 4 De figura dictionis. 6 De accidente. 7 De conſequente. 8 De ignorantia elenchi. De eo quod eſt non ſimpliciter. 9 De petitione quæſiti ab initio propoſiti. De nõ cauſa. De pluribus interrogationibus.

Ἡ δ' ἀπάτη γίνεται, τῶν μὲν παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν, καὶ τὸν λόγον, τῷ μὴ δύνασθαι διαιρεῖν τὸ πολλαχῶς λεγόμενον. ἔνια γὰρ οὐκ εὔπορον διαιρεῖν· οἷον τὸ ἕν, καὶ τὸ ὄν, καὶ τὸ ταυτόν. 2 Τῶν δὲ παρὰ τὴν σύνθεσιν, καὶ διαίρεσιν, τῷ μηδὲν οἴεσθαι διαφέρειν συντιθέμενον, ἢ διαιρούμενον τὸν λόγον, καθάπερ ἐπὶ τῶν πλείστων.

3 Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν παρὰ τὴν προσῳδίαν. οὐ γὰρ ἄλλο δοκεῖ σημαίνειν ἀνιέμενος, καὶ ἐπιτεινόμενος ὁ λόγος, ἐπ' οὐδενός, ἢ οὐκ ἐπὶ πολλῶν. 4 Τῶν δὲ παρὰ τὸ σχῆμα, διὰ τὴν ὁμοιότητα τῆς λέξεως. χαλεπὸν γὰρ διαιρεῖν, ποῖα ὡσαύτως, καὶ ποῖα ὡς ἑτέρως λέγεται· (σχεδὸν γὰρ ὁ τοῦτο δυνάμενος ποιεῖν, ἐγγύς ἐστι τοῦ θεωρεῖν τἀληθές, μάλιστα δ' ἐπίσταται συνεπινεύειν) ὅτι πᾶν τὸ κατηγορούμενόν τινος, ὑπολαμβάνομεν τόδε τι, καὶ ὡς ἓν ὑπακούομεν. τῷ γὰρ ἑνὶ καὶ τῇ οὐσίᾳ μάλιστα δοκεῖ παρέπεσθαι τὸ τόδε τι, καὶ τὸ ὄν.

5 Διὸ καὶ τῶν παρὰ τὴν λέξιν οὗτος ὁ τρόπος θετέος· πρῶτον μὲν, ὅτι μᾶλλον ἡ ἀπάτη γίνεται μετ' ἄλλων σκοπουμένοις ἢ καθ' ἑαυτούς. ἡ μὲν γὰρ μετ' ἄλλων σκέψις, διὰ λόγου· ἡ δὲ καθ' αὑτούς, οὐχ ἧττον δι' αὐτοῦ τοῦ πράγματος. εἶτα, καὶ καθ' αὑτοὺς ἀπατᾶσθαι συμβαίνει,

CAP. VII.

Porrò nos fallũt *parollogiſmi*, qui ex homonymia, & *qui ex ambigua* oratione *ducuntur*: quia nõ poſſumus diſtinguere, quod multifariam dicitur. quorundam enim diſtinctio nõ eſt in promptu: vt Vnius, & Entis, & Eiuſdem.

2 Qui verò ex compoſitione, ac diuiſione: quia nihil putamus intereſſe inter cõiunctam & diuiſam orationem, ſicut in plurimis *accidit*. 3 Similis ratio *eſt* eorum, qui ex accentu *ducuntur* aut enim in nulla re, aut *ſaltem* nõ in multis videtur idem ſignificare contentus & remiſſus ſermo. 4 Qui autem ex figura *dictionis*, propter dictionis ſimilitudinem. nam difficile *eſt* diſcernere, quæ eodem, & quæ diuerſo modo dicuntur: (ferè enim qui poteſt hoc facere, ꝓpè eſt vt verum perſpiciat [a], maximè autem ſcit annuere [b]) quicquid enim alicui attribuitur, exiſtimamus *eſſe* hoc aliquid, & quaſi vnum accipimus. nam vni & ſubſtantiæ maximè videtur conſequẽs eſſe hoc aliquid, & ens. 5 Quocirca inter eos *paralogiſmos*, qui in dictione *conſiſtũt*, hic *fallendi* modus *eſt* ponendus. primùm quia magis decipimur conſiderantes cum aliis, quàm apud noſmet ipſos: nam conſideratio cum aliis per ſermonem *inſtituitur*: apud noſmet ipſos autem non minùs *fit* per rem ipſam. Deinde & per noſmetipſos vt fallamur accidit,

a Hinc illud vulgatum, Qui bene diſtinguit, bene ſoluit.

b Aliquid concedere. ſupple, vel negare.

cùm in *rebus* cõſiderandis ſermo adhibetur. Præterea deceptio *eſt* ex ſimilitudine [a] : ſimilitudo autem ex dictione. 6 *Paralogiſmi* verò ex accidẽte *fallunt:* quia nõ poſſumus diiudicare, quod *eſt* idẽ vel diuerſum, & quod eſt vnũ vel multa: nec quibus attributis omnia eadem ac rei accidant.

a Quia ſimilitudo dictionis facit, vt putemus rem eſſe ſimilẽ.

7 Similis ratio eſt eorum, qui ex cõſequenti ducuntur. nam conſequens *eſt* pars quædã accidentis. Præterea & in multis videtur, & poſtulatur ita, ſi illud ab hoc non ſeparatur, neque hoc ab illo ſeparari. 8 Qui verò ex defectione definitionis *ſumũtur*, & qui ex eo quod quodammodo vel ſimpliciter dicitur, propter *diſcriminis* exiguitatem fallunt. vniuerſaliter enim concedimus, quaſi hæc nihil adſignificent, aliquod, quadamtenus, ſimpliciter, quodammodo, nunc. 9 Similis eſt ratio eorũ, qui ſumunt *quæſitũ* initiò *propoſitũ* & nõ cauſarũ, & eorum, qui multas interrogationes faciunt quaſi vnam. in omnibus enim propter exiguitatem captio *eſt*: quia *ſcilicet* non expendimus accuratè definitionẽ propoſitionis, & ſyllogiſmi, ob antè dictam cauſam.

ὅταν ἐπὶ τοῦ λόγου ποιῶνται τὴν σκέψιν. ἔτι, ἡ μὲν ἀπάτη, ἐκ τῆς ὁμοιότητος· ἡ δὲ ὁμοιότης, ἐκ τῆς λέξεως.

6 Τῶν δὲ παρὰ τὸ συμβεβηκὸς, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι διακρίνειν τὸ ταὐτὸν καὶ τὸ ἕτερον, καὶ τὸ ἓν καὶ τὰ πολλά· μηδὲ τοῖς ποίοις τῶν κατηγορημάτων πάντα ταὐτὰ καὶ τῷ πράγματι συμβέβηκεν.

7 Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν παρὰ τὸ ἑπόμενον· μέρος γάρ τι τοῦ συμβεβηκότος, τὸ ἑπόμενον. ἔτι δὲ, καὶ ἐπὶ πολλῶν φαίνεται καὶ ἀξιοῦται οὕτως, εἰ τόδε ἀπὸ τοῦδε μὴ χωρίζεται, μηδ᾽ ἀπὸ θατέρου χωρίζεσθαι θάτερον. 8 Τῶν δὲ παρὰ τὴν ἔλλειψιν τοῦ λόγου, καὶ τῶν παρὰ τὸ πῆ καὶ ἁπλῶς, ἐν τῷ παρὰ μικρὸν, ἡ ἀπάτη. ὡς γὰρ οὐδὲν προσσημαῖνον τὸ τὶ, ἢ πῆ, ἢ τὸ ἁπλῶς, ἢ πὼς, ἢ τὸ νῦν, καθόλου συγχωροῦμεν.

9 Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἐν ἀρχῇ λαμβανόντων, καὶ τῶν ἀναιτίων, καὶ ὅσοι τὰ πλείω ἐρωτήματα ὡς ἓν ποιοῦσιν. ἐν ἅπασι γὰρ ἡ ἀπάτη, διὰ τὸ παρὰ μικρόν. οὐ γὰρ διακριβοῦμεν, οὔτε τῆς προτάσεως, οὔτε τοῦ συλλογισμοῦ τὸν ὅρον, διὰ τὴν προειρημένην αἰτίαν.

Ex locis ſuprà expoſitis colligi non ſolùm eos qui videntur ſyllogiſmi & elenchi, ſed etiam falſos & ſophiſticos.

CAP. VIII.

1 Ex quibus dictum eſt fieri ſyllogiſmos & elenchos apparentes, ex iiſdem fieri ſophiſticos. 2 Sophiſticorum elenchorum genera, & diſtinctio à tentatiuis. 3 Eâdem methodo inueniri ſophiſticos, & tentatiuos. 4 Quot modis fiat elenchus apparens. 5 Sophiſticum non eſſe abſolutè ſyllogiſmum, vel elenchum.

CAP. VII.

CVm autẽ teneamus, ex quibus efficiuntur, qui videntur ſyllogiſmi: tenemus etiam, ex quibus fieri poſſunt ſophiſtici ſyllogiſmi & elenchi.

ἘΠεὶ δ᾽ ἔχομεν παρ᾽ ὅσα γίνονται οἱ φαινόμενοι συλλογισμοὶ, ἔχομεν καὶ παρ᾽ ὁπόσα οἱ σοφιστικοὶ γίνοιντ᾽ ἂν συλλογισμοὶ καὶ ἔλεγχοι.

2 Λέγω

2 Λέγω δὲ σοφιστικὸν ἔλεγχον, καὶ συλλογισμὸν, οὐ μόνον τὸν φαινόμενον συλλογισμὸν, ἢ ἔλεγχον, μὴ ὄντα δὲ, ἀλλὰ καὶ τὸν ὄντα μὲν, φαινόμενον δὲ οἰκεῖον τοῦ πράγματος. εἰσὶ δ' οὗτοι, οἱ μὴ κατὰ τὸ πρᾶγμα ἐλέγχοντες καὶ δεικνύντες ἀγνοοῦντας· ὅπερ ἦν τῆς πειραστικῆς (ἔστι δ' ἡ πειραστικὴ, μέρος τῆς διαλεκτικῆς· αὕτη δὲ δύναται συλλογίζεσθαι ψεῦδος δι' ἄγνοιαν τοῦ διδόντος τὸν λόγον) οἱ δὲ σοφιστικοὶ ἔλεγχοι, ἂν καὶ συλλογίζωνται τὴν ἀντίφασιν, οὐ ποιοῦσι δῆλον εἰ ἀγνοεῖ· καὶ γὰρ τὸν εἰδότα ἐμποδίζουσι τούτοις τοῖς λόγοις.

3 Ὅτι δ' ἔχομεν αὐτοὺς τῇ αὐτῇ μεθόδῳ, δῆλον. παρ' ὅσα γὰρ φαίνεται τοῖς ἀκούουσιν ὡς ἠρωτημένα συλλελογίσθαι, παρὰ ταῦτα κἂν τῷ ἀποκρινομένῳ δόξειεν. ὥστ' ἔσονται συλλογισμοὶ ψευδεῖς διὰ τούτων, ἢ πάντων, ἢ ἐνίων· ὃ γὰρ μὴ ἐρωτηθεὶς οἴεται δεδωκέναι, κἂν ἐρωτηθεὶς θείη. πλὴν ἐπί γε τινῶν ἅμα συμβαίνει προσερωτᾶν τὸ ἐνδεὲς, καὶ τὸ ψεῦδος ἐμφανίζειν· οἷον, ἐν τοῖς παρὰ τὴν λέξιν, καὶ τὸν σολοικισμόν. Εἰ οὖν οἱ παραλογισμοὶ τῆς ἀντιφάσεως, παρὰ τὸν φαινόμενον ἔλεγχόν εἰσι, δῆλον ὅτι παρὰ τοσαῦτα ἂν καὶ τῶν ψευδῶν εἴησαν συλλογισμοὶ, παρ' ὅσα καὶ ὁ φαινόμενος ἔλεγχος.

4 Ὁ δὲ φαινόμενος, παρὰ τὰ μόρια τοῦ ἀληθινοῦ· ἑκάστου γὰρ ἐκλείποντος, φανείη ἂν ἔλεγχος· οἷον, ὁ παρὰ τὸ μὴ συμβαῖνον διὰ τὸν λόγον, ὁ εἰς τὸ ἀδύνατον· καὶ ὁ τὰς δύο ἐρωτήσεις μίαν ποιῶν, ὁ παρὰ τὴν πρότασιν·

2 Voco autem ſophiſticũ elenchum & ſyllogiſmum, nõ ſolùm eum, qui videtur ſyllogiſmus, vel elenchus, cùm non ſit; ſed etiam qui *re vera* eſt *ſyllogiſmus vel elẽchus*, ſed *falsò* videtur *eſſe* ꝓprius rei *qua de agitur*. tales ſunt, qui non ex re *ipſa* redarguunt, ignorantéſque detegũt: quod erat piraſticæ *proprium*: (eſt autem piraſtice, pars dialecticæ: quæ quidẽ poteſt falſum cõcludere propter ignorãtiã eius qui argumẽtationem cõcedit) ſed ſophiſtici elenchi, etiamſi concludant contradictionem, tamen non faciũt manifeſtũ, an *aduerſarius* ignoret: quoniam & ſcientem impediunt *ſophiſtæ* hiſce argumentationibus. 3 Quòd autem habeãtur eadem methodo, manifeſtũ *eſt*. nam propter quę videtur audiẽtibus, vtpote in interrogatione deducta, concluſum eſſe, propter hæc ipſa videri etiã reſpondenti poteſt. erunt igitur ſyllogiſmi falſi per hęc aut omnia, aut aliqua. quod enim *ſe* non interrogatus *quiſpiam* dediſſe putat, vtique etiam interrogatus daret. Quamquàm in nonnullis accidit, vt ſimul ac adiungitur interrogatio eius quod *ad concluſionem perficiendam* deerat, falſitas detegatur: vt in *captionibus*, quæ propter dictionem & ſolœciſmum *fiunt*. Si igitur paralogiſmi contradictionis in eo cõſiſtunt, quòd videtur elenchus: patet, ex totidem *locis* duci falſos ſyllogiſmos, ex quot *ſumitur* qui videtur elẽchus. 4 At qui videtur elẽchus, ob *ſingulas* partes *veri elenchi prætermiſſas efficitur*. nam quacumque parte deficiente, videbitur *tantùm, non erit verus elenchus*: vt qui ex eo *ſumitur*, quòd *concluſio* non euenit propter argumentationem, *id eſt*, qui ad impoſſibile *ducere tentat*: & qui ex duabus interrogationibus vnam facit, qui *ſcilicèt* ob propoſitionem *malè acceptam peccat*:

& qui loco eius quod *eſt* per ſe, *id ſumit quod eſt* per accidens: & huius pars, qui *ducitur* ex conſequenti: præterea non in re, ſed in ſermone contingere: deinde loco contradictionis vniuerſaliter, & ſecundũ idem, & ad idem & eodem modo *ſumenda*, in aliquo *accipere*, aut ſecundum vnũquodque horum *peccare*: præterea quia, connumerato eo quod initio *quæſitum fuit*, *quæſitum* initio *propoſitum* poſtulatur. Quare tenemus, ex quibus fiunt paralogiſmi: ex pluribus enim *locis* eſſe nequeũt, ſed ex commemoratis *locis* omnes ducentur. 5 Porrò ſophiſticus elenchus nõ eſt ſimpliciter elenchus, ſed aduerſus aliquẽ: itidémque *ſophiſticus* ſyllogiſmus. niſi enim ſumat, qui ex homonymia *ducitur*, vnam habere ſignificationem: & qui ex ſimili *dictionis* figura, *ſignificare* ſolum hoc: & alij eodem modo: neque elenchi, neque ſyllogiſmi erunt, nec ſimpliciter, nec aduerſus eum, qui interrogatur. ſin *id* ſumant: erunt quidem *elenchi & ſyllogiſmi* aduerſus eum qui interrogatur: ſimpliciter autẽ non erunt; quia nõ ſumpſerunt, quod vnam rem ſignificaret, ſed quod *ſignificare* videretur, ídque ab hoc reſpondente *duntaxat*.

καὶ ἀντὶ τοῦ καθ' αὑτό, ὁ παρὰ τὸ συμβεβηκός· καὶ τὸ τούτου μέρος, ὁ παρὰ τὸ ἑπόμενον· ἔτι, τὸ μὴ ἐπὶ τοῦ πράγματος, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ λόγου συμβαίνειν· εἶτ', ἀντὶ τοῦ καθόλου τὴν ἀντίφασιν καὶ κατὰ ταὐτὸ καὶ πρὸς ταὐτὸ καὶ ὡσαύτως, παρά τε τὸ ἐπί τι, ἢ παρ' ἕκαστον τούτων· ἔτι, παρὰ τὸ, ἐναριθμουμένου τοῦ ἐν ἀρχῇ, τὸ ἐν ἀρχῇ λαμβάνειν. ὥστε ἔχοιμεν ἄν, παρ' ὅσα γίνονται οἱ παραλογισμοί· παρὰ πλείω μὲν γὰρ οὐκ ἂν εἶεν· παρὰ δὲ τὰ εἰρημένα ἔσονται πάντες. 5 Ἔστι δὲ ὁ σοφιστικὸς ἔλεγχος, οὐχ ἁπλῶς ἔλεγχος, ἀλλὰ πρός τινα· καὶ ὁ συλλογισμὸς, ὡσαύτως. ἂν μὲν γὰρ μὴ λάβῃ, ὅ,τι παρὰ τὸ ὁμώνυμον, ἓν σημαίνειν· καὶ ὁ παρὰ τὴν ὁμοιοσχημοσύνην, τὸ μόνον τόδε· καὶ οἱ ἄλλοι, ὡσαύτως. οὔτε ἔλεγχοι, οὔτε συλλογισμοὶ ἔσονται, οὔθ' ἁπλῶς, οὔτε πρὸς τὸν ἐρωτώμενον. ἐὰν δὲ λάβωσι· πρὸς μὲν τὸν ἐρωτώμενον, ἔσονται. ἁπλῶς δὲ, οὐκ ἔσονται· οὐ γὰρ ἓν σημαῖνον εἰλήφασιν, ἀλλὰ φαινόμενον, καὶ παρὰ τοῦδε.

De numero elenchorum & de eorum locis.

CAP. IX.

1 De numero elenchorum demonſtratiuorum. 2 De numero falſorum elenchorũ. 3 Quorum elenchorum loci pertineant ad dialecticum. 4 Diſtinctio elenchorum, qui ſcientiarum proprij ſunt, à dialecticis. 5 De locis expoſitis in Topicis, 6 & eorum ſolutionibus. 7 De locis expoſitis in hoc libro. 8 Concluſio.

CAP. VIII.

EX quot aũt *locis* redarguãtur qui elẽchis redarguũtur, nõ eſt tentandum ſumere ſine rerum omnium ſcientia. hoc autẽ

Παρ' ὁπόσα δὲ ἐλέγχονται οἱ ἐλεγχόμενοι, οὐ δεῖ πειρᾶσθαι λαμβάνειν ἄνευ τῆς τῶν ὄντων ἐπιστήμης ἁπάντων. τοῦτο δ'

οὐδεμιᾶς

οὐδεμιᾶς ἐστὶ τέχνης. ἄπειροι γὰρ ἴσως αἱ ἐπιστῆμαι· ὥστε δῆλον ὅτι καὶ αἱ ἀποδείξεις· ἔλεγχοι δέ εἰσι καὶ ἀληθεῖς· ὅσα γὰρ ἐστὶν ἀποδεῖξαι, ἔστι καὶ ἐλέγξαι τὸν θέμενον τὴν ἀντίφασιν τοῦ ἀληθοῦς· οἷον, εἰ σύμμετρον τὴν διάμετρον ἔθηκεν, ἐλέγξειεν ἄν τις τῇ ἀποδείξει, ὅτι ἀσύμμετρος. ὥστε πάντων δεήσει ἐπιστήμονα εἶναι. οἱ μὲν γὰρ, ἔσονται παρὰ τὰς ἐν γεωμετρίᾳ ἀρχὰς, καὶ τὰ τούτων συμπεράσματα. οἱ δὲ, παρὰ τὰς ἐν ἰατρικῇ· οἱ δὲ, παρὰ τὰς τῶν ἄλλων ἐπιστημῶν.

2 Ἀλλὰ μὴν καὶ οἱ ψευδεῖς ἔλεγχοι, ὁμοίως ἐν ἀπείροις. καθ' ἑκάστην γὰρ τέχνην ἐστὶ ψευδὴς συλλογισμός· οἷον, κατὰ γεωμετρίαν ὁ γεωμετρικὸς, καὶ κατὰ ἰατρικὴν ὁ ἰατρικός. λέγω δὲ τὸ κατὰ τέχνην, τὸ κατὰ τὰς ἐκείνης ἀρχάς.

3 Δῆλον οὖν, ὅτι οὐ πάντων τῶν ἐλέγχων, ἀλλὰ τῶν παρὰ τὴν διαλεκτικὴν ληπτέον τοὺς τόπους· οὗτοι γὰρ κοινοὶ πρὸς ἅπασαν τέχνην καὶ δύναμιν. 4 Καὶ τὸν μὲν καθ' ἑκάστην ἐπιστήμην ἔλεγχον, τοῦ ἐπιστήμονός ἐστι θεωρεῖν, εἴτε μὴ ὢν, φαίνεται, εἴτε ἐστὶ, καὶ διὰ τί· τὸν δὲ ἐκ τῶν κοινῶν, καὶ ὑπὸ μηδεμίαν τέχνην, τοῦ διαλεκτικοῦ.

5 Εἰ γὰρ ἔχομεν, ἐξ ὧν οἱ ἔνδοξοι συλλογισμοὶ περὶ ὁποιοῦν, ἔχομεν ἐξ ὧν οἱ ἔλεγχοι· ὁ γὰρ ἔλεγχος, ἐστὶν ἀντιφάσεως συλλογισμός. ὥστε ἢ εἷς ἢ δύο συλλογισμοὶ ἀντιφάσεως, ἔλεγχός ἐστιν. ἔχομεν ἄρα, παρ' ὁπόσα πάντες εἰσὶν οἱ τοιοῦτοι.

6 Εἰ δὲ τοῦτ' ἔχομεν, καὶ τὰς λύσεις ἔχομεν. αἱ γὰρ τούτων ἐνστάσεις, λύσεις εἰσίν.

nullius eſt artis *proprium*. infinitæ enim fortaſſe *ſui* ſciẽtiæ: proinde & demõſtrationes. elenchi autem ſunt etiam veri. nã quæcunque licet demonſtrare, licebit etiam eum redarguere, qui *theſim* veritati cõtradicentẽ poſuerit. verbi gratiâ, ſi diametrum poſuerit habere communẽ mẽſuram, redarguere *eum* quiſpiam poteſt, demonſtrans non habere communem menſuram. Quare omnium *rerum* ſcientiã habere oportebit. alii namque *elẽchi* erunt ex geometricis principiis, & horum concluſionibus: alii ex *principijs* medicis: alii ex *principijs* aliarum ſcientiarum. 2 Sed & falſi elenchi æquè *ſunt* infiniti: quoniam in vnaquaque arte eſt falſus ſyllogiſmus: vt in geometria geometricus, & in medicina medicus. dico autem *eſſe* in arte, quod *eſt* ſecũdũ illius principia. 3 Patet igitur, nõ omniũ elenchorum, ſed eorum *tantùm*, qui ad dialecticam *pertinent*, locos ſumẽdos *eſſe*: hi namque cõmunes ſunt omnibus artibus & facultatibus. 4 Sanè elenchus, qui in quaque ſcientia cernitur, eſſéne videatur, an *revera* ſit, & quamobrem, diſpicere ad ſcientem[a] pertinet. qui verò ex communibus *ſumitur*, nec ſub vllã artem *cadit*, ad dialecticam *ſpectat*.

5 Nã ſi tenemus, ex quibus probabiles ſyllogiſmi de qualibet re fiũt, tenemus *etiã*, ex quibus *probabiles* elẽchi *fiant*. elẽchus enim eſt contradictionis ſyllogiſmus. quare aut vnus, aut duo ſyllogiſmi contradictionis, elẽchus eſt. tenemus igitur, ex quot *locis* ducuntur, qui *ſunt* huiuſmodi.

6 Quòd ſi hoc tenemus, etiam ſolutiones tenemus: quoniã horũ obiectiones, ſolutiones ſunt.

a Ad demõſtrantem.

7 Tenemus autem, ex quot *locis* fiunt, qui videntur *elenchi*: videntur, inquam, non cuiuis, ſed certis quibuſdam[b]. infiniti enim *loci* ſunt, ſi quis conſideret, ex quibus videntur quibuſlibet. 8 Itaque perſpicuum *eſt*, dialectici eſſe, vt ſumere poſſit, ex quibus per communes *propoſitiones* fiat, qui elenchus eſt, videtúrve elenchus, vel dialecticus, vel qui videtur dialecticus, vel piraſticus.

a Non qui videtur ineptiis & imperitis hominibus.
b Hominibus nõ Indoctis, ſuprà cap. 8. partic. 2.

7 Ἔχομεν δέ, παρ᾽ ὁπόσα γίνονται καὶ τοῖς φαινομένοις· φαινομένοις δὲ οὐχ ὁτῳοῦν, ἀλλὰ τοῖς τοιοῖσδε· ἀόριστα γάρ ἐστιν, ἐάν τις σκοπῇ, παρ᾽ ὁπόσα φαίνονται τοῖς τυχοῦσιν.

8 Ὥστε φανερόν, ὅτι τοῦ διαλεκτικοῦ ἐστι τὸ δύνασθαι λαβεῖν παρ᾽ ὁπόσα γίνεται διὰ τῶν κοινῶν, ἢ ὢν ἔλεγχος, ἢ φαινόμενος ἔλεγχος, ἢ διαλεκτικός, ἢ φαινόμενος διαλεκτικός, ἢ πειραστικός.

Malè diſputationes diuidi in eas quæ ad nomen, & eas quæ ad ſententiam pertinent.

Cap. x.

1 Protheſis. 2 Præmunitiones. 3 Probatio prima, 4 ſecunda, 5 tertia, 6 quarta, 7 quinta. 8 Quaſdam eſſe diſputationes ad nomen pertinentes. 9 Probatio ſexta, 10 ſeptima. 11 Non opus eſſe vt interrogans diſtinguat.

CAP. IX.

NOn eſt autẽ argumentationum differentia quam nõnulli dicunt, quaſdam argumentationes ad nomen, alias ad ſententiam pertinere: quippe abſurdum *eſt* exiſtimare quaſdam argumentationes ad nomen pertinere, diuerſas autẽ ad ſententiã, non eaſdem. 2 Quid enim *aliud* eſt nõ *pertinere diſputationem* ad ſententiam, niſi cùm *is qui argumentatur*, non vtitur nomine *in ea ſignificatione*, in qua *ſe* interrogari putans, conceſſit *is* qui *fuit* interrogat*? ſed hoc ipſum & ad nomen pertinet. Ad ſententiam verò, cùm, in qua ſignificatione *reſpondens* conceſſerit, *opponens* intellexit. Si quis igitur, cùm nomen plura ſignificet, vnã ſignificationem habere putet, *hoc eſt*, & qui interrogat, & qui interrogatur: (vt fortaſſe Ens & Vnũ multa ſignificant: ſed & reſpondens, & interrogans, Zeno *ſcilicet*, vnam *ſignificationem* eſſe putantes, *hic* interrogauit, *ille reſpondit*: atque

ΟΥκ ἔστι δὲ διαφορὰ τῶν λόγων, ἣν λέγουσί τινες, τὸ εἶναι τοὺς μέν, πρὸς τοὔνομα λόγους, τοὺς δέ, πρὸς τὴν διάνοιαν· ἄτοπον γὰρ τὸ ὑπολαμβάνειν, ἄλλους μὲν εἶναι πρὸς τοὔνομα λόγους, ἑτέρους δέ, πρὸς τὴν διάνοιαν, ἀλλ᾽ οὐ τοὺς αὐτούς.

2 Τί γάρ ἐστι τὸ μὴ πρὸς τὴν διάνοιαν, ἀλλ᾽ ἢ ὅταν μὴ χρῆται τῷ ὀνόματι, οἰόμενος ἐρωτᾶσθαι, ἐφ᾽ ᾧ ὁ ἐρωτώμενος ἔδωκε; τὸ αὐτὸ δὲ τοῦτο ἐστὶ καὶ πρὸς τοὔνομα. τὸ δὲ πρὸς τὴν διάνοιαν, ὅταν ἐφ᾽ ᾧ ἔδωκεν διανοηθείς. εἰ δέ τις, πλείω σημαίνοντος τοῦ ὀνόματος, οἴοιτο ἓν σημαίνειν, καὶ ὁ ἐρωτῶν καὶ ὁ ἐρωτώμενος· (οἷον, ἴσως τὸ ὄν, ἢ τὸ ἓν πολλὰ σημαίνει, ἀλλὰ καὶ ὁ ἀποκρινόμενος, καὶ ὁ ἐρωτῶν Ζήνων, ἓν οἰόμενος εἶναι, ἠρώτησε. καὶ

ἐστὶν

ἐστιν ὁ λόγος, ὅτι ἓν πάντα) οὗτος πρὸς τοὔνομά ἐστιν καὶ πρὸς τὴν διάνοιαν τοῦ ἐρωτωμένου διειλεγμένος. εἰ δέ γέ τις πολλὰ οἴεται σημαίνειν, δῆλον ὅτι οὐ πρὸς τὴν διάνοιαν.

3 Πρῶτον μὲν γὰρ περὶ τοὺς τοιούτους ἐστὶ λόγους τὸ πρὸς τοὔνομα, καὶ τὴν διάνοιαν, ὅσοι πλείω σημαίνουσιν. 4 Εἶτα περὶ ὁντιναοῦν ἐστιν. οὐ γὰρ ἐν τῷ λόγῳ ἐστὶ τὸ πρὸς τὴν διάνοιαν εἶναι, ἀλλ' ἐν τῷ τὸν ἀποκρινόμενον ἔχειν πως πρὸς τὰ διδόμενα.

5 Εἶτα πρὸς τοὔνομα ἐνδέχεται πάντας αὐτοὺς εἶναι. τὸ γὰρ πρὸς τοὔνομα, τὸ μὴ πρὸς τὴν διάνοιαν εἶναι, ἐστὶν ἐνταῦθα· εἰ γὰρ μὴ πάντες, ἔσονταί τινες ἕτεροι, οἳ οὔτε πρὸς τοὔνομα, οὔτε πρὸς τὴν διάνοιαν· οἱ δέ φασι πάντας, καὶ διαιροῦνται, ἢ πρὸς τοὔνομα, ἢ πρὸς τὴν διάνοιαν εἶναι πάντας, ἄλλους δ' οὔ. ἀλλὰ μὴν ὅσοι συλλογισμοί εἰσι παρὰ τὸ πλεοναχῶς, τούτων εἰσί τινες οὐ παρὰ τοὔνομα. ἀτόπως μὲν γὰρ εἴρηται τὸ παρὰ τοὔνομα φάναι πάντας τοὺς παρὰ τὴν λέξιν. ἀλλ' οὖν εἰσί τινες παραλογισμοί, οὐ τῷ τὸν ἀποκρινόμενον, πρὸς τούτους ἔχειν πως· ἀλλὰ τῷ τοιόνδ' ἐρώτημα τὸν λόγον αὐτὸν ἔχειν, ὃ πλείω σημαίνει. 9 Ὅλως τε ἄτοπον τὸ περὶ ἐλέγχου διαλέγεσθαι, ἀλλὰ μὴ πρότερον περὶ συλλογισμοῦ· ὁ γὰρ ἔλεγχος, συλλογισμός ἐστιν· ὥστε χρὴ καὶ περὶ συλλογισμοῦ πρότερον, ἢ περὶ ψευδοῦς ἐλέγχου. ἔστι γὰρ ὁ τοιοῦτος ἔλεγχος, φαινόμενος συλλογισμὸς ἀντιφάσεως.

eſt argumẽtatio omnia vnũ eſſe *concludens*) hæc diſputatio & ad nomen ſpectat,& ad ſententiam interrogati. Si quis autẽ multis modis accipi putet,ſine dubio *diſputatio* nõ *pertinet* ad ſẽtentiã.

3 Primùm enim illud pertinere ad nomen, & *ad* ſententiam, in iis argumentationibus cernitur, quæ multas habent ſignificationes. 4 Deinde in quocumque *reſpondente locum habet.* nã illud, pertinere ad ſententiam, nõ cõſiſtit in argumentatione , ſed in eo quòd reſpondẽs certo modo affectus eſt ad ea quæ conceduntur. 5 Deinde eædẽ pertinere omnes poſſunt ad nomen; quoniam *pertinere* ad nomẽ , in pręſentia *nihil aliud* eſt , *quàm* non pertinere ad ſententiã. niſi enim omnes *huc referri poſſunt* , erunt aliquæ aliæ , quæ nec ad nomen, nec ad ſententiam *pertinebũt:* illi autem aiunt *ad alterũ horum generũ* omnes argumentationes *referri*,ac ita diuidũt,*vt dicant* pertinere omnes vel ad nomen, vel ad ſententiam , alias autẽ *præter has* nõ eſſe. At qui ex iis ſyllogiſmis , qui ex multiplici *ſignificatione ducuntur*,quidã non ex nomine ſumũtur. abſurdè namquè dictum eſt , ad nomen pertinere omnes *captiones* , quę ex dictione *oriũtur*.ſed certè ſunt quidam paralogiſmi , nõ eò quod reſpõdẽs ſit ad hos certo modo affectꝰ,ſed quòd ipſa argmẽtatio cõtinet interrogationẽ talẽ,*id eſt*, multa ſignificatẽ. 6 Et omnino abſurdũ *eſt* de elẽcho *ſtatim* diſſerere , nec priùs de ſyllogiſmo. nã elẽchus eſt ſyllogiſmus:quare etiam oportet priùs de ſyllogiſmo, quã de falſo elẽcho *diſpicere*. nã eiuſmodi elẽchus eſt fucatus ſyllogiſmus contradictionis.

Idcirco vel in ſyllogiſmo eſt *deceptionis* cauſa, vel in cõtradictione, (ſi quidem adiungere [a] contradictionem oportet) quandoque in vtriſque, ſi ſit fucatus elẽchus. Eſt autẽ *cauſa* huius *captionis*, σιγῶντα λέγειν, in cõtradictione [b], nõ in ſyllogiſmo. huius autẽ Quę quis nõ habet, dare poteſt [c], in vtriſque [d]. huius autem, Homeri poëſim eſſe figuram, quia *ſit* circulus [d], in ſyllogiſmo. qui verò in neutro *peccat*, verus *eſt* ſyllogiſmus [e]. 7 Sed, *vt eò reuertamur*, vnde oratio profecta eſt, argumentationes mathematicæ ad ſententiámne pertinent, an non? Ac ſi cui triangulum multa videatur ſignificare, ac *de eo* cõceſſerit, non quatenus eſt figura, de qua concluditur, ꝙ *eius anguli ſint* duo recti [f], éſtne ad illi' ſententiam hæc diſputatio, an non? 8 Præterea, ſi nomen multa ſignificat; hic verò nec intelligit, nec putat *multiplicem eſſe ſignificationem*: quomodo hęc diſputatio non ſpectat ad ſententiã? Aut quo *tandem* modo interrogare oportet, niſi *vt* eũ qui diuiſionẽ conceſſit, poſtea interroget aliquis, *verúmne* ſit σιγῶντα λέγειν, necne, an partim non *ſit*, partim ſit? Si quis igitur cõceſſerit nullo modo, *contrà* autẽ alius diſputauerit: nónne erit aduerſus ſententiam diſputatum? Atqui hæc diſputatio videtur ad eas referẽda, quæ ex nomine *oriũtur*. Non eſt igitur *proprium* quoddã gen' argumentationum, quod ad ſẽtentiam pertinet. 9 Sed quædã ad nomẽ ſpectant. nec tales ſunt omnes non *dico*, qui *ſunt* veri elenchi, ſed ne quidẽ qui vidẽtur elenchi: ſũt enim & qui extra dictionẽm elenchi videntur: vt qui *ducitur* ex accidente, & alij *nonnulli*.

διὸ ἢ ἐν τῷ συλλογισμῷ ἐστι τὸ αἴτιον, ἢ ἐν τῇ ἀντιφάσει, (προσκεῖσθαι γὰρ δεῖ τὴν ἀντίφασιν) ὁτὲ δ' ἐν ἀμφοῖν, ἂν ᾖ φαινόμενος ἔλεγχος. ἔστι δὲ, ὁ μὲν τοῦ σιγῶντα λέγειν, ἐν τῇ ἀντιφάσει, οὐκ ἐν τῷ συλλογισμῷ. ὁ δὲ, ἃ μὴ ἔχει τις, δοίη ἄν, ἐν ἀμφοῖν. ὁ δὲ, ὅτι ἡ Ὁμήρου ποίησις, σχῆμα, διὰ τοῦ κύκλου, ἐν τῷ συλλογισμῷ. ὁ δὲ ἐν μηδετέρῳ, ἀληθὴς συλλογισμός.

7 Ἀλλὰ δή, ὅθεν ὁ λόγος ἦλθε, πότερον οἱ ἐν τοῖς μαθήμασι λόγοι, πρὸς τὴν διάνοιάν εἰσιν, ἢ οὔ; καὶ εἴ τινι δοκεῖ πολλὰ σημαίνειν τὸ τρίγωνον, καὶ ἔδωκε, μὴ ὡς τοῦτο τὸ σχῆμα ἐφ' οὗ συνεπεράνατο, ὅτι δύο ὀρθαί, πότερον πρὸς τὴν διάνοιαν οὗτος διείλεκται τὴν ἐκείνου, ἢ οὔ;

8 Ἔτι, εἰ πολλὰ μὲν σημαίνει τοὔνομα· ὁ δὲ, μὴ νοεῖ, μηδὲ οἴεται· πῶς οὗτος οὐ πρὸς τὴν διάνοιαν διείλεκται; ἢ πῶς δεῖ ἐρωτᾶν, πλὴν διδόντα διαίρεσιν, εἶτ' ἐρωτήσειέ τις, εἰ ἔστι σιγῶντα λέγειν, ἢ οὔ, ἢ ἔστι μὲν ὡς οὔχ, ἔστι δ' ὡς ναί; εἰ δή τις δοίη μηδαμῶς· ὁ δὲ, διαλεχθείη· ἆρ' οὐ πρὸς τὴν διάνοιαν διείλεκται; καίτοι οὗτος ὁ λόγος δοκεῖ τῶν παρὰ τοὔνομα εἶναι. οὐκ ἄρα ἐστὶ γένος τι λόγων, τὸ πρὸς τὴν διάνοιαν.

9 Ἀλλ' οἱ μὲν, πρὸς τοὔνομά εἰσι· καὶ τοιοῦτοι οὐ πάντες, οὐχ ὅτι οἱ ἔλεγχοι, ἀλλ' οὐδ' οἱ φαινόμενοι ἔλεγχοι. εἰσὶ γὰρ καὶ μὴ παρὰ τὴν λέξιν φαινόμενοι ἔλεγχοι, οἷον, ὁ παρὰ τὸ συμβεβηκὸς, καὶ ἕτεροι.

a In definitione elenchi.

b Cùm aliquis aſſerit σιγῶντα λέγειν, id eſt, eũ nõ dicere, qui tacet: ſophiſta, qui oſtẽdit aliquem dicere eum qui tacet, (vt putà dico Socratem tacere) nõ probat cõtradictionem non eſt enim cõtradictio inter has enunciationes, Socrates tacens nõ dicit, &, Socrates tacens dicitur.

c Quia quod nõ habet libenter, dat libenter.

d Hæc fallacia modò conſiſtit in contradictione, modò in ſyllogiſmo. vide cõmentarium.

d Circulus ſpeciem figuræ, & genus quoddam carminis ſignificat.

e Vitium eſt in ſyllogiſmo, cùm ſophiſta ait, omnis circulus eſt figura, aliquod poëma Homeri eſt circulus, ergo aliquod poëma Homeri eſt figura: nam ſi propoſitiones veræ accipiantur, aliter accipitur circul' in maiore, aliter in minore propoſitione, proinde quatuor ſunt termini in ſyllogiſmo.

f Id eſt, æquales duobus rectis.

10 Εἰ δέ τις ἀξιοῖ διαιρεῖν, ὅτι λέγω δὲ σημαίνοντα λέγειν, τὰ μὲν, ὡδὶ, τὰ δ', ὡδί· ἀλλὰ τοῦτό γ' ἐστὶ πρῶτον μὲν ἄτοπον, τὸ ἀξιοῦν· ἐνίοτε γὰρ οὐ δοκεῖ τὸ ἐρωτώμενον πολλαχῶς ἔχειν· ἀδύνατον δὲ διαιρεῖν, ὃ μὴ οἴεται. ἔπειτα, τὸ διδάσκειν, τί ἄλλο ἔσται; φανερὸν γὰρ ποιήσει, ὡς ἔχει, τῷ μήτε ἐπεσκεμμένῳ, μήτε εἰδότι, μήτε ὑπολαμβάνοντι, ὅτι ἄλλως λέγεται. Ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς μὴ διπλοῖς τί κωλύει τοῦτο ποιεῖν; ἆρα ἴσαι αἱ μονάδες ταῖς δυάσιν ἐν τοῖς τέσσαρσιν; εἰσὶ δὲ δυάδες, αἱ μὲν, ὡδὶ ἐνοῦσαι· αἱ δὲ, ὡδί. καὶ, ἆρα τῶν ἐναντίων μία ἐπιστήμη, ἢ οὔ; ἔστι δ' ἐναντία τὰ μὲν, γνωστά· τὰ δ' ἄγνωστα. ὥστ' ἔοικεν ἀγνοεῖν, ὁ τοῦτο ἀξιῶν, ὅτι ἕτερον τὸ διδάσκειν τοῦ διαλέγεσθαι· καὶ ὅτι δεῖ τὸν μὲν διδάσκοντα μὴ ἐρωτᾶν, ἀλλ' αὐτὸν δῆλα ποιεῖν· τὸ δ' ἐρωτᾶν.

10 Quòd ſi quis putet diſtingui hoc modo oportere, Aio σημαίνοντα λέγειν, partim hoc, partim illo modo: primùm quidem abſurda eſt hæc opinio: quia quod interrogatur, interdũ non videtur multis modis accipi: non poteſt autem *quis* diuidere [a], quod nõ putat *eſſe multiplex*. Deinde docere quid aliud erit [b]? nam declarabit, quomodo *res* habeat, ei qui neque conſiderabat, neque ſciebat, neque ſuſpicabatur aliter accipi. Nam & in his quæ non ſunt duplicia, quid vetat hoc facere [c]? *veluti*, Súntne æquales vnitates binariis in quaternario? binarij verò partim hoc, partim illo modo inſunt. &, Contrariorum *éſtne* vna ſcientia, an non? contrariorum autem alia ſunt cognita, alia ignota. Quapropter videtur ignorare, qui hoc putat, aliud eſſe docere, quàm diſſerere: & opus eſſe, vt docens non interroget, ſed ipſe declaret; is autem *qui diſputat*, interroget.

a Diſtinguere.

b Nota differentiam inter docentem & diſputantem.

c Diſtinguere.

Collatio dialectici, tentantis, ſophiſtici, contentioſi, demonſtrantis & pſeudographi.

CAP. XI.

1 *Diſcrimen demonſtrantis, & tentantis.* 2 *Diſcrimen dialectici, & ſophiſtæ* 3 *Syllogiſmorum contentioſorum ac ſophiſticorum genera.* 4 *Differentia ſophiſtæ, & contentioſi.* 5 *Analogia inter contentioſos, dialecticos, pſeudographos, & demonſtrantes.* 6 *Dialecticum non habere ſubiectum determinatum.* 7 *Cur demonſtrator non interroget, dialecticus autem interroget.* 8 *Sub dialectica contineri piraſticam.* 10 *Diſcrimen inter litigioſum & pſeudographum.* 11 *Dialecticum noſſe debere locos elenchorũ expoſitos* 14 *Epilogus*

Ἔτι, τὸ φάναι ἢ ἀποφάναι ἀξιοῦν, οὐ δεικνύντος ἐστὶν, ἀλλὰ πεῖραν λαμβάνοντος. ἡ γὰρ πειραστικὴ, ἐστὶ διαλεκτική τις· διὸ καὶ περὶ πάντων ἐπισκοπεῖ καὶ θεωρεῖ, οὐ τὸν εἰδότα, ἀλλὰ τὸν ἀγνοοῦντα, καὶ προσποιούμενον.

2 Ὁ μὲν οὖν κατὰ τὸ πρᾶγμα θεωρῶν τὰ κοινὰ, διαλεκτικός ἐστιν. ὁ δὲ τοῦτο

CAP. X.

Ad hæc, poſtulare vt affirmetur vel negetur, non eſt demonſtrantis, ſed periculũ facientis. nam piraſtice eſt dialecticæ pars: ideóque de omnibus diſpicit, atque examinat, non eum qui ſcit, ſed eum qui ignorat, & *ſcire ſe* fingit. 2 Qui igitur revera conſiderat communia, dilecticus eſt. qui verò hoc

facere videtur, ſophiſta. 3 Porrò ſyllogiſmus litigioſus & ſophiſticus eſt *in duplici differẽtia.* Vnus *enim eſt*, qui videtur ſyllogiſmus de *iis* , *in* quibus dialectica piraſtice verſatur, etiamſi vera ſit concluſio: quia in cauſa tradenda fallit. *In altero genere ſunt* paralogiſmi, qui, cùm non ſint ſecundum cuiuſque *rei* methodum, *tamen* videntur ſecundũ artem eſſe. Nam falſæ deſcriptiones non ſunt litigioſæ: (quia ſunt paralogiſmi ſecũndum ea quę arti ſubiiciuntur) ne quidem ſi quæ ſit falſa deſcriptio *pertinẽs* ad veram *concluſionem*: vt *falſa deſcriptio* Hippocratis[a], & [b]tetragoniſmus, qui per lunulas *fit*. ſed vt Bryſo[c] quadrauit circulum, etiamſi circulus quadretur, quia tamẽ nõ *eſt* ſecundũ rem, ideo *eſt* ſophiſticus. Quare & qui de his videtur ſyllogiſmus, *eſt* argumẽtatio litigioſa: & qui videtur ſecundum rẽ ſyllogiſmus, quamuis ſit ſyllogiſmus, *eſt* litigioſa argumentatio: quia videtur ſecundum rẽ eſſe: proinde *eſt* fallax & iniuſtus. vt enim in iuſtitia, quæ in certamine *committitur*, ſpeciẽ quandam *æquitatis* habet, & eſt iniuſta quædam pugna: ſic ſtudioſa contradictio *eſt* iniuſta pugna litigioſa. nam & illîc, qui omnino vincere præeligunt, omnia tentant: & hîc, qui *ſunt* cõtentioſi. 4 Et[d] *ij* quidẽ, qui ipſius victoriæ gratiâ tales *ſunt*, litigioſi homines & litium amatores eſſe videntur. qui verò gloriæ causâ ad lucrum *conducentis*, ſophiſtæ. eſt enim ſophiſtice, vt *ſuprà* diximus, facultas quędam lucrũ captans ex ea quę videtur ſapiẽtia. Idcirco fucatã demõſtrationem expetunt. & iiſdem argumentationibus vtuntur litigioſi & ſophiſtæ, non tamen eorundem finium gratiâ. eadémque argumentatio e-

a Hippocrates Chius per figuras quaſdam lunares circulum quadrabat, eius demonſtrationẽ prolixè refert Simplicius in li. 1. Phyſ.

b Accipe & pro, *id eſt*.

c Vide lib. 1. poſterior. cap 9. part. 1 & quę ibi notaui.

d *Diſtrimen litigioſi & ſophiſtæ.*

φαινομένως ποιῶν, σοφιστικός.

3 Καὶ συλλογισμὸς ἐριστικὸς καὶ σοφιστικός ἐστιν, εἷς μὲν, ὁ φαινόμενος συλλογισμὸς, περὶ ὧν ἡ διαλεκτικὴ πειραστική ἐστι, κἂν ἀληθὲς ᾖ τὸ συμπέρασμα· τοῦ γὰρ διὰ τί ἀπατητικός ἐστι· καὶ ὅσοι μὴ ὄντες κατὰ τὴν ἑκάστου μέθοδον παραλογισμοὶ, δοκοῦσιν εἶναι κατὰ τὴν τέχνην. τὰ γὰρ ψευδογραφήματα, οὐκ ἐριστικά· (κατὰ γὰρ τὰ ὑπὸ τὴν τέχνην οἱ παραλογισμοί) οὐδέ γε, εἴ τι ἐστὶ ψευδογράφημα περὶ ἀληθές· οἷον τὸ Ἱπποκράτους, καὶ ὁ τετραγωνισμὸς ὁ διὰ τῶν μηνίσκων. ἀλλ᾽ ὡς ὁ Βρύσων ἐτετραγώνιζε τὸν κύκλον, εἰ καὶ τετραγωνίζεται ὁ κύκλος, ἀλλ᾽ ὅτι οὐ κατὰ τὸ πρᾶγμα, διὰ τοῦτο σοφιστικός. ὥστε ὅ, τε περὶ τῶνδε φαινόμενος συλλογισμὸς, ἐριστικὸς λόγος· καὶ ὁ κατὰ τὸ πρᾶγμα φαινόμενος συλλογισμὸς, κἂν ᾖ συλλογισμὸς, ἐριστικὸς λόγος· φαινόμενος γάρ ἐστι κατὰ τὸ πρᾶγμα· ὥστ᾽ ἀπατητικὸς καὶ ἄδικος. ὥσπερ γὰρ ἡ ἐν ἀγῶνι ἀδικία, εἶδός τι ἔχει, καὶ ἔστιν ἀδικομαχία τις· οὕτως ἡ ἐναντιολογία, ἀδικομαχία ἐστὶν ἐριστική. ἐκεῖ τε γὰρ οἱ πάντως νικᾶν προαιρούμενοι, πάντων ἅπτονται· καὶ ἐνταῦθα οἱ ἐριστικοί.

4 Οἱ μὲν οὖν τῆς νίκης αὐτῆς χάριν τοιοῦτοι, ἐριστικοὶ ἄνθρωποι καὶ φιλέριδες δοκοῦσιν εἶναι· οἱ δὲ δόξης χάριν τῆς εἰς χρηματισμὸν, σοφιστικοί. ἡ γὰρ σοφιστική ἐστιν, ὥσπερ εἴπομεν, χρηματιστική τις ἀπὸ σοφίας φαινομένης. διὸ φαινομένης ἀποδείξεως ἐφίενται. καὶ τῶν λόγων τῶν αὐτῶν μὲν εἰσὶν οἱ φιλέριδες, καὶ σοφισταὶ, ἀλλ᾽ οὐ τῶν αὐτῶν ἕνεκεν. καὶ λόγος ὁ αὐτὸς μὲν ἔ-

ςαι καὶ

ἐστὶ καὶ σοφιστικὸς, καὶ ἐριστικὸς, ἀλλ' οὐ κατὰ ταὐτό· ἀλλ' ᾗ μὲν νίκης φαινομένης, ἐριστικός· ᾗ δὲ σοφίας, σοφιστικός· καὶ γὰρ ἡ σοφιστικὴ, ἐστὶ φαινομένη σοφία τις, ἀλλ' οὐκ οὖσα. 5 Ὁ δὲ ἐριστικὸς, ἐστί πως οὕτως ἔχων πρὸς τὸν διαλεκτικὸν, ὡς ὁ ψευδογράφος πρὸς τὸν γεωμετρικόν· ἐκ γὰρ τῶν αὐτῶν τῇ διαλεκτικῇ παραλογίζεται, καθάπερ καὶ ὁ ψευδογράφος πρὸς τὸν γεωμέτρην. ἀλλ' ὁ μὲν, οὐκ ἐριστικὸς, ὅτι ἐκ τῶν ἀρχῶν καὶ τῶν συμπερασμάτων τῶν ὑπὸ τὴν τέχνην ψευδογραφεῖ. ὁ δὲ ὑπὸ τὴν διαλεκτικὴν, περὶ μὲν τὰ ἄλλα ὅτι ἐριστικός ἐστι, δῆλον. οἷον, ὁ τετραγωνισμὸς, ὁ μὲν διὰ τῶν μηνίσκων, οὐκ ἐριστικός· ὁ δὲ Βρύσωνος, ἐριστικός. καὶ τὸν μὲν οὐκ ἔστι μετενεγκεῖν, ἀλλ' ἢ πρὸς γεωμετρίαν μόνον, διὰ τὸ ἐκ τῶν ἰδίον εἶναι ἀρχῶν· τὸν δὲ, πρὸς πολλοὺς, ὅσοι μὴ ἴσασι τὸ δυνατὸν ἐν ἑκάστῳ, καὶ τὸ ἀδύνατον· ἁρμόσει γάρ. ἢ ὡς Ἀντιφῶν ἐτετραγώνιζεν. ἢ εἴ τις μὴ φαίη βέλτιον εἶναι, ἀπὸ δείπνου περιπατεῖν, διὰ τὸν Ζήνωνος λόγον, οὐκ ἰατρικός· κοινὸς γάρ. εἰ μὲν οὖν παντῇ ὁμοίως εἶχεν ὁ ἐριστικὸς πρὸς τὸν διαλεκτικὸν, τῷ ψευδογράφῳ πρὸς τὸν γεωμέτρην, οὐκ ἂν ἦν περὶ ἐκείνων ἐριστικός. 6 Νῦν δ' οὐκ ἔστιν ὁ διαλεκτικὸς περὶ γένος τι ὡρισμένον, οὐδὲ δεικτικὸς οὐδενὸς, οὐδὲ τοιοῦτος, οἷος ὁ καθόλου. οὔτε γάρ ἐστιν ἅπαντα ἐν ἑνί τινι γένει· οὔτε εἰ εἴη, οἷόν τε ὑπὸ τὰς αὐτὰς ἀρχὰς εἶναι τὰ ὄντα. 7 Ὥστε οὐδεμία τέχνη τῶν δεικνυουσῶν τινα φύσιν, ἐρωτηματική ἐστιν· οὐ γὰρ

rit & ſophiſtica & litigioſa, ſed non eâdem ratione: verùm quà victoriæ fucatæ *cauſa adhibetur*, litigioſa *eſt*: quà verò *vt* ſapiētiæ *opinio comparetur*, ſophiſtica. etenim ſophiſtice eſt ſapientia quædam, quæ videtur, cùm non ſit. 5 Litigioſus autem eſt quodammodo ſic affectus ad dialecticũ, vt pſeudographus ad geometricum. nam *litigioſus* ex iis vitioſè cõcludit, in quibus verſatur dialectica: quomodo & pſeudographus *affectus eſt* ad geometram[a]. ſed hic quidē non *eſt* litigioſus, quia ex principiis & concluſionib⁹ arti ſubiectis falsò deſcribit: eum verò qui dialecticæ ſubiicitur, quod ad alia litigioſum eſſe conſtat. Exempli cauſâ, quadratio *circuli*, quæ per lunulas *fit*, nõ *eſt* litigioſa: Briſonis autem *quadratio eſt* litigioſa. & illam quidem referre non licet, niſi ad geometriam tantùm, quoniã eſt ex principiis propriis *geometriæ*: hãc verò aduerſus multos *transferre licet*, qui *ſcilicet* non norũt, quid in quaque *re* fieri poſſit, & quid fieri nõ poſſit: q̃a cõgruet. Vel vt Antipho quadrauit[b], vel ſi quis neget meli⁹ eſſe poſt cœnam deambulare, propter Zenónis rationē[c]: nõ *eſt ratio* geometrica, quia *eſt* communis. Si igitur eodē planè modo affectus eſt litigioſus ad dialecticũ, quo pſeudographus ad geometrã, non erit in illis litigioſus. 6 Iam verò non verſatur dialecticus in genere aliquo definito: nec *eſt* cõparatus ad quidpiam demonſtrandum: nec *eſt* talis, qualis vniuerſalis *philoſophus*[d]: quia nec ſunt omnia in vno aliquo genere: nec, ſi eſſent, fieri poſſet vt res omnes ſub iiſdem principiis continerentur. 7 Quocirca nulla earum artium, quæ naturam aliquam demonſtrant, percontatrix *eſt*, quia non

a Ad demonſtrantem, exempli gratiã ad geometram.

b Inſcribens quadratũ in circulo, mox ſingula quadrati latera diuidens in duas partes æquales, & ab illius diuiſionis puncto erigens lineã rectam ad circuli circũferentiam, poſtea rectas lineas ducens à puncto, in quo hæc linea incidit in circulũ, ad puncta, in quibus quadratũ tangit circulũ, & ita faciens in tota circumferentia & omnibus quadrati lateribus.

c Id eſt, quia nihil moueri poteſt.

d Metapyſicus.

poteſt vtrauis pars *contradictionis* concedi:ſyllogiſmus enim ex vtriſque non fit. Dialectica verò eſt percõtatrix. *quæ* ſi demõſtraret, etſi nõ omnia, at certè prima *pronunciata*, & propria principia non rogaret. nam *aduerſario* nõ concedente, non haberet ampliùs, ex quibus aduerſus obiectionẽ diſſereret. 8 Sed eadẽ *eſt* etiã piraſtica. nam piraſtice talis non eſt, qualis geometria, ſed quam habere etiam indoctus aliquis poſſit, fieri enim poteſt, vt periculum faciat, qui rem non nouit, de eo qui *eſt æquè* imperitus: ſiquidem concedit, non ex quibus nouit, nec ex propriis, ſed ex conſequentibus: quæ talia ſunt, vt qui ea norit, eũ artẽ neſcire nihil vetet: qui verò non norit, *eum* neceſſe *ſit artem* ignorare. Quare perſpicuũ *eſt*, piraſticen, nullius definiti generis ſcientiam eſſe: ideóque in omnibus verſari. omnes enim artes etiam cõmunibus quibuſdam vtuntur. 9 Idcirco omnes, etiam idiotæ, quodammodo vtuntur dialectica, & piraſtica: omnes enim quadamtenus conantur iudiciũ ferre de iis qui *aliquid* profitẽtur. hęc verò ſunt communia: quoniam hæc non minùs hi ſciunt, etiamſi valde extra *rem* loqui videantur. Redarguunt igitur omnes: quia ſine arte ſunt participes eius, in quo dialectica artificiosè verſatur: ac dialecticus *is demum eſt*, qui arte ſyllogiſtica *eſt* piraſticus. Quoniã autem multa hæc ſunt, & in omnibus *reperiuntur*, non tamen *ſunt* eiuſmodi, vt naturâ quadã & *certo* genere cõtineãtur, ſed vt negationes: alia verò nõ talia, ſed propria *ſunt*: ideo poteſt ex his de omnib⁹ periculũ fieri, & eſſe ars quędam, non tamen talis, quales ſunt, quę demonſtrant.

ἔξεστιν ὁποτερονοῦν τῶν μορίων δοῦναι· συλλογισμὸς γὰρ οὐ γίνεται ἐξ ἀμφοῖν. Ἡ δὲ διαλεκτικὴ, ἐρωτηματική ἐστιν. εἰ δ' ἐδείκνυεν, εἰ καὶ μὴ πάντα, ἀλλὰ τά γε πρῶτα καὶ τὰς οἰκείας ἀρχὰς οὐκ ἂν ἠρώτα. μὴ διδόντος γὰρ, οὐκ ἂν ἔτι εἶχεν, ἐξ ὧν ἔτι διαλέξεται πρὸς τὴν ἔνστασιν.

8 Ἡ δ' αὐτὴ, καὶ πειραστική. οὐδὲ γὰρ ἡ πειραστικὴ τοιαύτη ἐστὶν, οἵα ἡ γεωμετρία, ἀλλ' ἣν ἂν ἔχοι καὶ μὴ εἰδώς τις. ἔξεστι γὰρ πεῖραν λαβεῖν καὶ τὸν μὴ εἰδότα τὸ πρᾶγμα τοῦ μὴ εἰδότος, εἴπερ καὶ δίδωσιν, οὐκ ἐξ ὧν οἶδεν, οὐδὲ ἐκ τῶν ἰδίων, ἀλλ' ἐκ τῶν ἑπομένων, ὅσα τοιαῦτά ἐστιν, ἃ εἰδότα μὲν, οὐδὲν κωλύει μὴ εἰδέναι τὴν τέχνην· μὴ εἰδότα δὲ, ἀνάγκη ἀγνοεῖν. ὥστε φανερὸν, ὅτι οὐδενὸς ὡρισμένου ἡ πειραστικὴ, ἐπιστήμη ἐστί· διὸ καὶ περὶ πάντων ἐστί. πᾶσαι γὰρ αἱ τέχναι χρῶνται καὶ κοινοῖς τισι.

9 Διὸ πάντες καὶ οἱ ἰδιῶται τρόπον τινὰ χρῶνται τῇ διαλεκτικῇ, καὶ πειραστικῇ· πάντες γὰρ μέχρι τινὸς ἐγχειροῦσιν ἀνακρίνειν τοὺς ἐπαγγελλομένους. ταῦτα δέ ἐστι κοινά· ταῦτα γὰρ οὐδὲν ἧττον ἴσασιν αὐτοὶ, κἂν δοκῶσι λίαν ἔξω λέγειν. ἐλέγχουσιν οὖν ἅπαντες· ἀτέχνως γὰρ μετέχουσι τούτου, οὗ ἐντέχνως ἡ διαλεκτική ἐστι· καὶ ὁ τέχνῃ συλλογιστικῇ πειραστικὸς, διαλεκτικός. ἐπεὶ δέ ἐστι πολλὰ μὲν ταῦτα καὶ κατὰ πάντων, οὐ τοιαῦτα δὲ, ὥστε φύσιν τινὰ εἶναι καὶ γένος, ἀλλ' οἷον αἱ ἀποφάσεις· τὰ δ', οὐ τοιαῦτα, ἀλλὰ ἴδια· ἔστιν ἐκ τούτων περὶ ἁπάντων πεῖραν λαμβάνειν, καὶ εἶναι τέχνην τινὰ, καὶ μὴ τοιαύτην εἶναι, οἷαι αἱ δεικνύουσαι.

10 Διόπε

10 Διόπερ ὁ ἐριστικὸς οὐκ ἔστιν οὕτως ἔχων πάντη, ὡς ὁ ψευδογράφος· οὐ γάρ ἐστι παραλογιστικὸς ἐξ ὡρισμένων τινὸς γένους ἀρχῶν, ἀλλὰ περὶ πᾶν γένος ἐστὶν ὁ ἐριστικός.

11 Τρόποι μὲν οὖν εἰσιν οὗτοι τῶν σοφιστικῶν ἐλέγχων. Ὅτι δ' ἐστὶ τοῦ διαλεκτικοῦ τὸ θεωρῆσαι περὶ τούτων, καὶ δύνασθαι ταῦτα ποιεῖν, οὐ χαλεπὸν ἰδεῖν· ἡ γὰρ περὶ τὰς προτάσεις μέθοδος, ἅπασαν ἔχει ταύτην τὴν θεωρίαν. 12 Καὶ περὶ μὲν τῶν ἐλέγχων εἴρηται τῶν φαινομένων.

10 Quocirca litigioſus non omnino ita eſt affectus, vt pſeudographus: quandoquidem litigioſus non eſt comparatus ad vitioſè concludendum ex principiis definiti alicuius generis, ſed in omni genere verſatur. 11 Modi igitur hi ſunt ſophiſticorum elenchorum. Quòd autem ad dialecticum pertineat de his diſpicere, & poſſe hæc facere, facilè perſpici poteſt: quoniam methodus, quę in propoſitionibus *verſatur*, vniuerſam hanc conſiderationem complectetur. 12 Ac de fucatis quidē elēchis dictum eſt e

Loci ad probandum falſum vel paradoxum.

CAP. XII.

1 ¶ Loci communes. Si nullum ſit problema propoſitum. 2 Si multa interrogentur, & petatur reſponſio. 3 Si quis fingat ſe diſcendi cauſa interrogare. 4 ¶ Locus ad probandum falſum. 5 ¶ Loci ad probandum paradoxum. A ſecta. 7 Ab hominum voluntate, & ſermone. 8 A natura, & lege. 9 Ad quadam problemata reſponderi non poſſe, quin aliquid admirabile dicatur. 10 Ab opinione ſapientum, & multorum. 12 Epilogus.

Περὶ δὲ τοῦ ψευδόμενόν τι δεῖξαι, καὶ τὸν λόγον εἰς ἄδοξον ἀγαγεῖν, (τοῦτο γὰρ ἦν δεύτερον τῆς σοφιστικῆς προαιρέσεως) πρῶτον μὲν ἐκ τοῦ πυνθάνεσθαί πως, καὶ διὰ τῆς ἐρωτήσεως συμβαίνει μάλιστα. τὸ γὰρ πρὸς μηδὲν ὁρίσαντα κείμενον ἐρωτᾶν, θηρευτικόν ἐστι τούτων· εἰκῇ γὰρ λέγοντες, ἁμαρτάνουσι μᾶλλον· εἰκῇ δὲ λέγουσιν, ὅταν μηδὲν ἔχωσι προκείμενον. 2 Τό, τε ἐρωτᾶν πολλά, κἂν ὡρισμένον ᾖ πρὸς ὃ διαλέγεται, καὶ τὸ τὰ δοκοῦντα λέγειν ἀξιοῦν, ποιεῖ τινα εὐπορίαν τοῦ εἰς ἄδοξον ἀγαγεῖν, ἢ ψεῦδος· ἐάν τε ἐρωτώμενος φῇ ἢ ἀποφῇ τούτων τι, ἄγειν

CAP. XII.

QVod verò ad id vt *aliquis* falſum quidpiam dicere oſtendatur, ac diſputatio ad inopinabile ducatur: (hoc enim erat, quod ſophiſtæ ſecundo loco præeligebāt) primùm ex certo percontandi modo, & per interrogationem *id* maximè accidit. ad nullam enim rem propoſitam accommodata interrogatio, ad hæc inueſtiganda valet: nam temerè dicentes magis peccant: temere autem dicunt, cùm nihil propoſitum habent. 2 Item multa interrogare, etiam cùm definitum eſt id, cōtra quod diſſeritur, ac poſtulare vt dicat *reſpondens*, quid ſibi in ſingulis videatur, copiā quandā *argumentorum* præbet *ac facultatem* ducendi ad inopinabile, aut falſum; & ſiue interrogatus aliquid ex his affirmet, ſiue neget, ducendi *ad ea*,

aduerſus quæ argumẽtorum copia ſuppetat. Sed nunc minùs licet per hæc cauillari, quàm olim: quia *nunc reſpondentes* quærunt, quid hoc ad *quæſitum* initiò *propoſitum pertineat*. 3 *Eſt* autẽ elementum perueniendi ad falſum quidpiam, vel inopinabile, ſi quis non interroget confeſtim aduerſus vllam theſim, ſed dicat *ſe* diſcẽdi ſtudio interrogare: locum enim argumento hæc conſideratio facit. 4 Ad hoc autẽ vt quis mẽdacii coarguatur, proprius eſt hic ſophiſticus locus, ad ea *ſcilicet aduerſariũ* ducere, aduerſus quæ argumẽtorum copia ſuppetat. Licebit autem & rectè & vitiosè hoc facere, vt ſuprà dictum fuit.

5 Rurſus ad hoc vt paradoxa dicantur, videre *oportet*, ex quo *philoſophorum* genere ſit[a] qui diſputat: deinde interrogare, quod hi *qui in eo genere philoſophantur*, præter multorũ opinionem dicunt. nam ſingulis quibuſque eſt aliquid tale. Horum elementum eſt, ſumere ſingulorum [b] theſes in propoſitionibus. 6 Sed horum ſolutio conueniens affertur, vt pateſiat non ex argumentatione euenire quod *eſt* inopinabile: ſemper autem hoc vult, qui contendit. 7 Præterea *arguendum eſt* ex volũtatibus, & ex apparentibus opinionibus: quia nõ eadem volunt, ac dicunt: ſed orationib. honeſtiſſimis vtuntur: ea verò volunt, quæ videntur ꝓdeſſe. veluti mori honeſtè potiùs, quàm iucundè viuere aiunt oportere: & in paupertate iuſtè viuere potiùs, quàm ditari turpiter: ſed cõtraria volunt. Qui igitur voluntatibus cõſẽtanea dicit. ad apparentes opiniones ducendus *eſt*: qui verò his *conſentanea*, ad *voluntates* occultas: vtroq;.n. modo neceſſe *eſt* paradoxa dicere: quia vel

[a] Quam ſectam ſequatur.

[b] Singularum ſectarum.

πρὸς ἃ ἐπιχειρήματος εὐπορεῖ. δύναται δὲ νῦν ἧττον κακουργεῖν διὰ τούτων, ἢ πρότερον· ἀπαιτοῦνται γὰρ τί τοῦτο πρὸς τὸ ἐν ἀρχῇ.

3 Στοιχεῖον δὲ τοῦ τυχεῖν ἢ ψεύδους τινὸς, ἢ ἀδόξου, τὸ πρὸς μηδεμίαν εὐθὺς ἐρωτᾶν θέσιν, ἀλλὰ φάσκειν ἐρωτᾶν μαθεῖν βουλόμενον· χώραν γὰρ ἐπιχειρήματος ἡ σκέψις ποιεῖ. 4 Πρὸς δὲ τὸ ψευδόμενον δεῖξαι, ἴδιος τόπος ὁ σοφιστικός, τὸ ἄγειν πρὸς τοιαῦτα, πρὸς ἃ εὐπορεῖ λόγων. ἔσται δὲ καὶ καλῶς καὶ μὴ καλῶς τοῦτο ποιεῖν, καθάπερ ἐλέχθη πρότερον. 5 Πάλιν, πρὸς τὸ παράδοξα λέγειν, σκοπεῖν ἐκ τίνος γένους ὁ διαλεγόμενος· εἶτα ἐρωτᾶν, ὃ τοῖς πολλοῖς οὗτοι λέγουσι παράδοξον· ἔστι γὰρ ἑκάστοις τι τοιοῦτον. στοιχεῖον δὲ τούτων, τὸ τὰς ἑκάστων εἰληφέναι θέσεις ἐν ταῖς προτάσεσι. 6 Λύσις δὲ τούτων ἡ προσήκουσα φέρεται, τὸ ἐμφανίζειν, ὅτι οὐ διὰ τὸν λόγον συμβαίνει τὸ ἄδοξον· ἀεὶ δὲ τοῦτο βούλεται ὁ ἀγωνιζόμενος.

7 Ἔτι δὲ καὶ ἐκ τῶν βουλήσεων, καὶ ἐκ τῶν φανερῶν δοξῶν. οὐ γὰρ ταὐτὰ βούλονταί τε, καὶ φασίν· ἀλλὰ λέγουσι μὲν τοὺς εὐσχημονεστάτους τῶν λόγων, βούλονται δὲ τὰ φαινόμενα λυσιτελεῖν. οἷον, τεθνάναι καλῶς μᾶλλον, ἢ ζῆν ἡδέως φασὶ δεῖν· καὶ πένεσθαι δικαίως μᾶλλον, ἢ πλουτεῖν αἰσχρῶς· βούλονται δὲ τἀναντία. τὸν μὲν οὖν λέγοντα κατὰ τὰς βουλήσεις, εἰς τὰς φανερὰς δόξας ἀκτέον· τὸ δὲ κατὰ ταύτας, εἰς τὰς ἀποκεκρυμμένας· ἀμφοτέρως γὰρ ἀναγκαῖον παράδοξα λέγειν· ἢ γὰρ

πρὸς

πρὸς τὰς φανερὰς, ἢ πρὸς τὰς ἀφανεῖς δόξας, ἐροῦσιν ἐναντία.

8 Πλεῖστος δὲ τόπος ἐστὶ τοῦ ποιεῖν παράδοξα λέγειν, (ὥσπερ καὶ ὁ Καλλικλῆς ἐν τῷ Γοργίᾳ γέγραπται λέγων, καὶ οἱ ἀρχαῖοι δὲ πάντες ᾤοντο συμβαίνειν) παρὰ τὸ κατὰ φύσιν, καὶ κατὰ τὸν νόμον· ἐναντία γὰρ εἶναι φύσιν καὶ νόμον φασί· καὶ τὴν δικαιοσύνην, κατὰ τὸν νόμον μὲν, εἶναι καλόν· κατὰ φύσιν δὲ, οὐ καλόν. δεῖ οὖν, πρὸς μὲν τὸν εἰπόντα κατὰ φύσιν, κατὰ νόμον ἀπαντᾶν· πρὸς δὲ τὸν κατὰ νόμον, ἐπὶ τὴν φύσιν ἄγειν. ἀμφοτέρως γὰρ εἶναι λέγειν, παράδοξον. ἦν δὲ, τὸ μὲν κατὰ φύσιν, αὐτοῖς, τὸ ἀληθές· τὸ δὲ κατὰ νόμον, τὸ τοῖς πολλοῖς δοκοῦν. ὥστε δῆλον, ὅτι κἀκεῖνοι, καθάπερ καὶ οἱ νῦν, ἢ ἐλέγξαι, ἢ παράδοξα λέγειν τὸν ἀποκρινόμενον ἐπεχείρουν ποιεῖν.

9 Ἔνια δὲ τῶν ἐρωτημάτων ἔχει τὸ ἀμφοτέρως ἄδοξον εἶναι τὴν ἀπόκρισιν· οἷον, πότερον τοῖς σοφοῖς, ἢ τῷ πατρὶ δεῖ πείθεσθαι; καὶ, τὰ συμφέροντα πράττειν, ἢ τὰ δίκαια; καὶ, ἀδικεῖσθαι αἱρετώτερον, ἢ ἀδικεῖν;

10 Δεῖ δὲ ἄγειν εἰς τὰ τοῖς πολλοῖς, καὶ σοφοῖς ἐναντία· ἐὰν μὲν λέγῃ τις ὡς οἱ περὶ τοὺς λόγους, εἰς τὰ τοῖς πολλοῖς· ἐὰν δὲ, ὡς οἱ πολλοὶ, ἐπὶ τὰ τοῖς ἐν λόγοις. φασὶ γὰρ οἱ μὲν ἐξ ἀνάγκης τὸν εὐδαίμονα, δίκαιον εἶναι· τοῖς δὲ πολλοῖς ἄδοξον, τὸ βασιλέα μὴ εὐδαιμονεῖν. 11 Ἔστι δὲ τὸ οὕτως ἄδοξα συνάγειν, τὸ αὐτὸ τῷ εἰς τὴν κατὰ φύσιν καὶ κατὰ τὸν νόμον ὑπεναντίωσιν ἄγειν· ὁ μὲν γὰρ νόμος, δόξα τῶν πολλῶν· οἱ δὲ σοφοὶ, κατὰ φύσιν

apparentibus, vel occultis opinionibus cõtraria dicent. 8 Latiſſimè autẽ patet locus ad efficiendum vt paradoxa dicantur, (ſicut Callicles in Gorgia dicens inducitur, & veteres omnes euenire putabant) ex natura, & lege. contraria namque eſſe naturam & legem inquiunt: ac iuſtitiam ſecundum legem quidem eſſe rẽ honeſtam, ſecundum naturã verò nõ *eſſe* rem honeſtam. oportet igitur ei qui ſecũdum naturã loquitur, ſecundũ legem occurrere: eum verò qui legi conſentanea *dicit*, ad naturam ducere. vtrouis enim modo eſſe dicãtur, inopinabile *eſt*. vocabant autem illi ſecundum naturã, quod verũ *eſt*: ſecundum legem autẽ, quod multitudini videtur. Quare patet eos quoque, vt qui nunc *diſputant*, conatos fuiſſe aut elẽcho redarguere, aut ad paradoxa dicenda cogere reſpondentem.

9 Quædam autem interrogationes vtrimque reſponſionẽ opinionibus nõ congruentẽ habẽt: veluti vtrũ ſapientibus, an patri parére oportet? &, *Súntne* faciẽda quæ proſunt, an quæ *ſunt* iuſta? & Patíne iniuriam, *eſt* optabilius, an facere? 10 Oportet autẽ ducere ad ea quæ multitudini & *ad ea quæ* ſapientibus *ſunt* cõtraria: nempe ſi quis *ita* dicat vt ij qui in diſputationib' *verſantur*, ad multitudini *contraria duci debet*: ſin autẽ vt multitudo, ad iis *contraria*, qui in diſputationibus *verſantur*. hi namque aiunt eum qui beatus *eſt*, iuſtũ eſſe: multitudini autem inopinabile videtur: regem non eſſe beatum.

11 Hoc autem modo inopinabilia colligere, idem eſt, quod ad naturæ & legis repugnantiã ducere. lex enim *eſt* multitudinis opinio: ſapiẽtes verò ſecundũ naturam

& ſecundum veritatẽ loquũtur.

12 Ac paradoxa quidem ex his locis quærere oportet.

καὶ κατὰ ἀλήθειαν λέγουσιν.

12 Καὶ τὰ μὲν παράδοξα, ἐκ τούτων δεῖ ζητεῖν τῶν τόπων.

De tautologia ſeu negatione. Cap. XIII.

1 Definitio. 2 Exempla. 3 In quibus hæ rationes inueniantur. 5 Interdum videri, ſed re vera non effici nugationem.

CAP. XIX. QVod verò ad efficiendũ vt *quis* nugetur: *quid illud ſit* quod appellamus nugari, ſuprà diximus. 2 Omnes autem huiuſmodi argumentationes hoc volunt efficere: ſi nihil refert, vtrum nomẽ, an oratio dicatur: duplum autem, & duplum dimidij, idem *valent*: ſi igitur duplum eſt dimidij duplum, erit dimidij dimidij duplum. Rurſus ſi loco illius *verbi* duplum, poſitum ſit duplum dimidij, ter erit dictum dimidij dimidij dimidij duplum. Et, nũ eſt cupiditas iucundi? hoc autẽ eſt appetitio iucundi: cupiditas igitur erit appetitio iucundi iucundi. 3 Cernuntur autẽ huiuſmodi argumentationes in iis quæ ad aliquid referuntur, vbi *ſcilicèt* nõ ſolùm *eorum* genera, ſed etiã ipſa*met* ad aliquid dicũtur, atque ad vnum & idẽ referuntur. veluti, appetitio *eſt* alicuius appetitio: & cupiditas, alicuius cupiditas: & duplum, alicuius duplum, ac duplum dimidij. 4 Cernuntur etiam in iis quorum eſſentia non *eſt* re vera *in iis quæ* ad aliquid *referuntur*: ſed omnino quorũ ſint habitus, vel affectiones, vel tale quidpiam, in horum definitione explicatur, cùm hæc illis attribuantur. vtputà impar *eſt* numerus medium habens: eſt autẽ numerus impar: eſt igitur numerus medium habens numerus. Et ſi ſimitas eſt concauitas naſi: naſus autem eſt concauus: eſt igitur naſus naſus concauus.

Περὶ δὲ τοῦ ποιῆσαι ἀδολεσχεῖν, ὃ μὲν λέγομεν τὸ ἀδολεσχεῖν, εἰρήκαμεν ἤδη. 2 Πάντες δὲ οἱ τοιοῦτοι λόγοι τοῦτο βούλονται ποιεῖν· εἰ μηδὲν διαφέρει τὸ ὄνομα, ἢ τὸν λόγον εἰπεῖν· διπλάσιον δὲ, καὶ διπλάσιον ἡμίσεως, ταὐτόν· εἰ ἄρα διπλάσιον, ἐστὶν ἡμίσεος διπλάσιον, ἔσται ἡμίσεος ἡμίσεος διπλάσιον. καὶ πάλιν ἂν ἀντὶ τοῦ διπλάσιον, διπλάσιον ἡμίσεος τεθῇ, τρὶς ἔσται εἰρημένον, ἡμίσεος ἡμίσεος ἡμίσεος διπλάσιον. καὶ ἆρά γε ἐστὶν ἡ ἐπιθυμία ἡδέος; τοῦτο δέ ἐστιν ὄρεξις ἡδέος· ἔστιν ἄρα ἡ ἐπιθυμία, ὄρεξις ἡδέος ἡδέος.

3 Εἰσὶ δὲ πάντες οἱ τοιοῦτοι τῶν λόγων ἐν τοῖς πρός τι, ὅσα μὴ μόνον τὰ γένη, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ πρός τι λέγονται, καὶ πρὸς τὸ αὐτὸ καὶ ἓν ἀποδίδονται, οἷον, ἥ τε ὄρεξις, τινὸς ὄρεξις· καὶ ἡ ἐπιθυμία, τινὸς ἐπιθυμία· καὶ τὸ διπλάσιον, τινὸς διπλάσιον, καὶ διπλάσιον ἡμίσεως.

4 Καὶ ὅσων ἡ οὐσία οὐχ ὄντως πρός τι ἀλλὰ ὅλως, ὧν εἰσιν ἕξεις, ἢ πάθη, ἤ τι τοιοῦτον, ἐν τῷ λόγῳ αὐτῶν προσδηλοῦται κατηγορουμένων ἐπὶ τούτοις. οἷον, τὸ περιττὸν, ἀριθμὸς μέσον ἔχων· ἔστι δὲ ἀριθμὸς περιττός· ἔστιν ἄρα ἀριθμὸς μέσον ἔχων ἀριθμός. καὶ εἰ τὸ σιμὸν, κοιλότης ῥινός ἐστιν· ἔστι δὲ καὶ ἡ ῥὶς, σιμή· ἔστιν ἄρα ῥὶς ῥὶς κοίλη.

5 Φαί-

5 Φαίνονται δὲ ποιεῖν, οὐ ποιοῦντες ἐνίοτε, διὰ τὸ μὴ προσεπερωτᾶν, εἰ σημαίνει τι καθ' αὑτὸ λεχθὲν τὸ διπλάσιον, ἢ οὐδέν. καὶ εἴ τι σημαίνει πότερον τὸ αὐτὸ, ἢ ἕτερον, ἀλλὰ τὸ συμπέρασμα λέγειν εὐθύς. καὶ φαίνεται διὰ τὸ ὄνομα ταὐτὸ, εἶναι ταὐτὸ, καὶ σημαίνειν.

5 Videntur autem interdū *nugationē* efficere *huiuſcemodi captiones*, cùm *re vera* nō efficiant: ꝑpterea quòd nō additur percōtatio, an duplum per ſe acceptum ſignificet aliquid, an nihil: &, ſi quid ſignificat, vtrùm idem, *quod coniūctum*, an diuerſum *ſignificet*: ſed cōcluſio ſtatim profertur: ac videtur propter idem nomen, eadem eſſe res, atque *eadem* ſignificatio.

De ſolœciſmo. Cap. XIV.

1 Quid ſit. 2 Aliquando fieri nec videri, aliquando videri nec fieri. 3 Quòd pertineat ad ſophiſticen. 4 In quibus ſit. 5 Collatio ſolœciſmi & elenchi à ſimilitudine ſumpti. 6 Concluſio. 7 Epilogus.

Σολοικισμὸς δὲ, οἷον μὲν ἐστιν, εἴρηται πρότερον. 2 Ἔστι δὲ τοῦτο καὶ ποιεῖν καὶ μὴ ποιοῦντα, φαίνεσθαι καὶ ποιοῦντα, μὴ δοκεῖν· καθάπερ Πρωταγόρας ἔλεγεν, εἰ ὁ μῆνις, καὶ ὁ πήληξ ἄρρεν ἐστίν. ὁ μὲν γὰρ λέγων οὐλομένην, σολοικίζει μὲν κατ' ἐκεῖνον, οὐ φαίνεται δὲ τοῖς ἄλλοις. ὁ δὲ οὐλόμενον, φαίνεται μὲν, ἀλλ' οὐ σολοικίζει. 3 Δῆλον οὖν ὅτι κἂν τέχνη τις δύναιτο τοῦτο ποιεῖν. διὸ πολλοὶ τῶν λόγων οὐ συλλογιζόμενοι σολοικισμὸν, φαίνονται συλλογίζεσθαι, καθάπερ ἐν τοῖς ἐλέγχοις.

4 Εἰσὶ δὲ σχεδὸν πάντες οἱ φαινόμενοι σολοικισμοὶ, παρὰ τὸ τόδε· καὶ ὅταν ἡ πτῶσις, μήτε ἄρρεν, μήτε θῆλυ δηλοῖ, ἀλλὰ τὸ μεταξύ. τὸ μὲν γὰρ οὗτος, ἄρρεν σημαίνει· τὸ δὲ αὕτη, θῆλυ· τὸ δὲ τοῦτο, θέλει μὲν τὸ μεταξὺ σημαίνειν, πολλάκις δὲ σημαίνει κἀκείνων ἑκάτερον· οἷον, τί τοῦτο; Καλλιόπη, ξύλον, Κορίσκος.

Solœciſmus autem cuiuſmodi ſit, dictum eſt antea. 2 Sanè vſuuenire poteſt, vt *quis ſolœciſmum* faciat: & vt non faciens, videatur facere: & vt faciens, nō videatur facere, quemadmodum Protagoras dicebat, ſi μῆνις[a] & πήληξ[b] maſculum eſt. nam qui dicit[c] οὐλομένην[d], ſecundum eum committit ſolœciſmum, aliis autem *committere* non videtur: qui verò *dicit* οὐλόμενον[e], videtur quidem *committere*, non tamen cōmittit ſolœciſmum. 3 Patet igitur, etiam artem quandā poſſe hoc facere. Ideo multæ argumētationes non concludentes ſolœciſmum, videntur *eum* cōcludere, ſicut in elenchis *contingebat*.

4 Sunt autem ferè omnes, qui ſolœciſmi videntur, ex *articulo* Hoc: & quādo caſus nec maſculum, nec feminam ſignificat, ſed interiectum *medium*[f]. nam Hic, maſculum ſignificat: Hæc, feminam: ſed Hoc, debet quidem *medium iis* interiectum ſignificare, verumtamē ſæpe alterutrum eorum ſignificat: veluti, Quid *eſt* hoc? Calliope, lignum, Coriſcus.

a Ira.
b Galea.
c Vt Homerus initio Iliadis.
d Pernicioſam.
e Pernicioſum.
f Quando eſt neutri generis.

Maſculini igitur & feminini *generis* caſus omnes differunt: eius verò quòd *eſt* interiectum, alij *differunt*[a], alij non[b]. Itaque ſæpe, cùm datum ſit Hoc, *perinde* concludunt, ac ſi dictũ fuiſſet Hunc. Similiter & alium caſum pro alio *accipiũt*. Paralogiſmus autem ꝓpterea fit, quòd *articulus* Hoc, multis caſibus eſt communis. nã Hoc, modò ſignificat hic, modò hunc. opus autem eſt, vt mutatis vicibus ſignificet, cum *verbo* Eſt, hic; cum *verbo* Eſſe, hunc: vt, Eſt Coriſcus, Eſſe Coriſcum. Eadem *eſt* ratio femininorum nominũ: & eorum, quæ cùm appellentur *σκεύη, id eſt vaſa*, femineam aut maſculam habent inflexionem. nam quę in ο, & ν terminãtur, hęc ſola vaſis inflexionem habent: vt ξύλον[c], σχοινίον[d]. quæ verò non ita *terminantur*, maris aut feminę *inflectionem habent*: quorũ nõnulla referimus inter *σκεύη*: vt ἀσκὸς[e], *eſt* nomen maſculinum. κλίνη[f] vero, femininum. Idcirco etiam in his *verbum* Eſt, & *verbum* Eſſe, eodẽ modo differentiam conſtituent.

a Vt genitiuus, & datiuus.
b Vt nominatiuus, accuſatiuus, & vocatiuus.
c Lignum.
d Funiculus.
e Vter.
f Lectus.

5 Ac ſimilis quodammodo eſt ſolœciſmus elenchis, qui ex eo appellantur, quòd non ſimilia ſimiliter *accipiuntur*[g]. vt enim illic in rebus fit elenchus: ita hîc in vocabulis committitur ſolœciſmus. homo enim & album, tã res quàm vocabulum eſt.

g Captioni, quę ducitur ex figura dictionis.

6 Apparet ergo, ñitendum eſſe, vt ſolœciſmus ex dictis caſibus cõcludatur. 7 Sunt igitur hæ ſpecies contentioſarũ argumentationum; & partes ſpecierum, & modi, qui commemorati ſunt.

τοῦ μὲν οὖν ἄῤῥενος καὶ τοῦ θήλεος διαφέρουσιν αἱ πτώσεις ἅπασαι· τοῦ δὲ μεταξὺ, αἱ μὲν, αἱ δ᾽, οὔ. δοθέντος δὴ πολλάκις τούτου, συλλογίζονται ὡς εἰρημένου τοῦτον. ὁμοίως δὲ καὶ ἄλλην πτῶσιν ἀντ᾽ ἄλλης. ὁ δὲ παραλογισμὸς γίνεται διὰ τὸ κοινὸν εἶναι τὸ τοῦτο, πλειόνων πτώσεων. τὸ γὰρ τοῦτο, σημαίνει, ὁτὲ μὲν οὗτος, ὁτὲ δὲ τοῦτον. δεῖ δ᾽ ἐναλλὰξ σημαίνειν, μετὰ μὲν τοῦ ἐστὶ, τὸ οὗτος· μετὰ δὲ τοῦ εἶναι, τὸ τοῦτον· οἷον, ἔστι Κορίσκος, εἶναι Κορίσκον. καὶ ἐπὶ τῶν θηλέων ὀνομάτων ὡσαύτως· καὶ ἐπὶ τῶν λεγομένων μὲν σκευῶν, ἐχόντων δὲ θηλείας, ἢ ἄῤῥενος κλῆσιν. ὅσα γὰρ εἰς τὸ ο καὶ τὸ ν τελευτᾷ, ταῦτα μόνα σκεύους ἔχει κλῆσιν· οἷον, ξύλον, σχοινίον. τὰ δὲ μὴ οὕτως ἄῤῥενος, ἢ θηλέος· ὧν ἔνια φέρομεν ἐπὶ τὰ σκεύη· οἷον, ἀσκὸς μὲν, ἄῤῥεν τοὔνομα· κλίνη δὲ, θῆλυ. διόπερ καὶ ἐπὶ τῶν τοιούτων ὡσαύτως καὶ τὸ ἐστι, καὶ τὸ εἶναι, διοίσει.

3 Καὶ τρόπον τινὰ ὅμοιός ἐστιν ὁ σολοικισμὸς τοῖς παρὰ τὸ τὰ μὴ ὅμοια ὁμοίως λεγομένοις ἐλέγχοις. ὥσπερ γὰρ ἐν ἐκείνοις ἐπὶ τῶν πραγμάτων συμβαίνει ἐλέγχειν, οὕτως ἐν τούτοις ἐπὶ τῶν ὀνομάτων συμπίπτει σολοικίζειν. ἄνθρωπος γὰρ καὶ λευκὸν, καὶ πρᾶγμα, καὶ ὄνομά ἐστι.

6 Φανερὸν οὖν ὅτι τὸν σολοικισμὸν πειρατέον ἐκ τῶν εἰρημένων πτώσεων συλλογίζεσθαι.

7 Εἴδη μὲν οὖν ταῦτα τῶν ἀγωνιστικῶν λόγων, καὶ μέρη τῶν εἰδῶν, καὶ τρόποι οἱ εἰρημένοι.

De diſpoſi-

DE DISPOSITIONE, ET INTERROGANDI RATIONE.

TRACTATVS IV.

CAP. XV.

1 Protheſis. 2 De longitudine orationis. 3 De celeritate interrogationis. 4 De ira & altercatione. 5 De ordine interrogationum turbato. 6 De locis occultationis. 7 De interrogatione ex contrario, vel ex æquali. 8 Ne interrogetur vniuerſale conceſſis particularib. 9 De interrogatione ſimilitudinis, cùm non eſt aliquod nomẽ cõmune. 10 De interrogatione contrariorum. 11 Si extremum propoſitum quaſi rectè probatur & concluſum. 12 Si propoſito paradoxo petatur reſponſio. 13 Si quis dicat contraria iis quæ probat, aut probare debet. 14 A diſtinctione. 15 Si argumentum imperfectum deſeratur, & ad alia traducatur à ſpatie. 16 Vt argumenta ad aliud dirigantur. 17 De probatione propoſiti non accepta. 18 An concluſio ſit interroganda, & quomodo. 19 Epilogus.

ΔΙΑΦΕΡΕΙ δ' οὐ μικρὸν, ἐὰν ταχθῇ πως τὰ πρὸς τὴν ἐρώτησιν, πρὸς τὸ λανθάνειν, ὥσπερ ἐν τοῖς διαλεκτικοῖς. ἐφεξῆς οὖν τοῖς εἰρημένοις ταῦτα πρῶτον λεκτέον. 2 Ἔστι δὲ πρὸς τὸ ἐλέγχειν, ἓν μὲν, μῆκος· χαλεπὸν γὰρ, ἅμα πολλὰ συνορᾶν. εἰς δὲ τὸ μῆκος, τοῖς προειρημένοις στοιχείοις χρηστέον. 3 Ἓν δὲ, τάχος· ὑστερίζοντες γὰρ, ἧττον προορῶσιν.

4 Ἔτι δὲ ὀργὴ, καὶ φιλονεικία. ταραττόμενοι γὰρ, ἧττον δύνανται φυλάττεσθαι πάντα. στοιχεῖα δὲ τῆς ὀργῆς, τό, τε φανερὸν ποιεῖν ἑαυτὸν βουλόμενον ἀδικεῖν, καὶ τὸ παράπαν ἀναισχυντεῖν. 5 Ἔτι, τὸ ἐναλλὰξ τὰ ἐρωτήματα τιθέναι· ἐάν τε πρὸς αὐτὸ πλείους τις ἔχῃ λόγους· ἐάν τε, καὶ ὅτι οὕτως, καὶ ὅτι οὐχ οὕτως. ἅμα γὰρ συμβαίνει, ἢ πρὸς πλείω, ἢ πρὸς τἀναντία ποιεῖσθαι τὴν φυλακήν.

6 Ὅλως τε πάντα τὰ πρὸς τὴν κρύψιν λεχθέντα πρότερον,

AD celandum autem nõ parum refert, ſi quendã in modum diſponãtur, quæ ad interrogationem pertinent, quemadmodum & in dialecticis, quare deinceps poſt ea, quæ commemorata fuerunt, hæc primùm dicenda ſunt. 2 Valet[a] autem ad elencho redarguẽdum prolixitas *orationis*. quia difficile *eſt* multa ſimul conſpicere. Ad prolixitatem autem elementis antea[b] commemoratis vtendum *eſt*. 3 Item[c] celeritas, quia tardiores minùs proſpiciunt. 4 Præterea[d] ira & altercatio. nã perturbari minùs poſſũt omnia obſeruare. Elemẽta verò ad irã *excitandam ſunt*, ſi quis voluntatem iniuſtè & omnino impudẽter agendi præ ſe ferat. 5 Præterea[e] interrogationum permutato ordine poſitio: ſiue ad idem *probandũ* habeat quis multas argumẽtationes, ſiue *ad oſtendẽdũ* ita *eſſe*, & nõ ita *eſſe*. fit enim *hac ratione*, vt aduerſarius à multis, aut à contrariis ſimul cauere ſibi debeat.

CAP. XIV.

a *De diſpoſitione ſophiſtica, primum præceptum.*

b Topic. lib. 8. cap. 1.

c *Secundum præceptum.*

d *Tertium præceptum.*

e *Quartum præceptum.*

f *Quintum præceptum.*

g Topic. lib. 8. dicto cap. 1.

6 Et[f] omnino quæcumque ad occultationem valere antea[g] diximus

conferunt etiam ad cõtentioſas argumentationes. nam occultatio eſt latendi gratia: latêre autẽ fallẽdi *cauſa*.

a *Sextum præceptum.*

7 Sed[a] aduerſus abnuentes quæcumque putant ad argumentationem *facere*, *aut* per negationem interrogãdum quaſi contrarium ſumere velit, *qui interrogat* : aut ſaltẽ ex æquo *vtraque contradictionis pars* in interrogatonem deducẽda: quia cùm incertum eſt, quid *interrogator* ſumere velit, minùs moroſos ſe præbent, *qui reſpondent*.

b *Septimum præceptum.*

8 Cùm[b] autem per partes cõcedit aliquis ſingula, inducendo vniuerſale: ſæpe non eſt interrogandum, ſed *eo* vt conceſſo vtẽdum. interdum enim & ipſi *reſpondentes* ſe conceſſiſſe putãt, & audientibus videntur ob inductioniscommemorationem, ceu nõ fruſtra *ſint* interrogata *ſingularia*.

c *Octauum præceptum.*

9 Sed[c] in quibus non ſignificatur nomine *aliquo* vniuerſale, ſimilitudine vtendũ *eſt*, prout expedit. ſæpe enim ſimilitudo latet.

d *Nonum præceptum.*

10 Iam[d] verò vt propoſitio ſumatur, per collationẽ contrarij percontari oportet. veluti ſi oporteat ſumere, omnibus in rebus patri eſſe obtemperãdum, *ſic interrogetur*, vtrùm in omnibꝰ oportetobtemperare parẽtibus, an in omnibus repugnare? Et *ſi oporteat ſumere obtẽperãdum ſæpius*, *ita interrogetur*, vtrùm multa cõcedenda *ſunt*, an pauca? magis enim, ſi quidẽ *obſequi parentibus* neceſſe *eſt*, multa videbũtur eſſe *concedẽda*, *quàm pauca*. cùm enim contraria inter ſe componuntur, & magna & maiora videntur hominibus, & deteriora, & meliora.

e *Decimum præceptum.*

11 Vt[e] autẽ elencho *aliquis* conuictus videatur, vehementer ac ſæpe facit impoſtura illa maximè ſophiſtica, cùm qui nihil ſyllogiſticè ꝓpoſuerũt, extremum nõ interrogãt,

χρήσιμα καὶ πρὸς τοὺς ἀγωνιστικοὺς λόγους· ἡ γὰρ κρύψις ἐστὶ τοῦ λαθεῖν χάριν· τὸ δὲ λαθεῖν, τῆς ἀπάτης.

7 Πρὸς δὲ τοὺς ἀνανεύοντας ἅττ' ἂν οἴηθῶσιν εἶναι πρὸς τὸν λόγον, ἐξ ἀποφάσεως ἐρωτητέον, ὡς τοὐναντίον βουλόμενον λαβεῖν, ἢ κἂν ἐξ ἴσου ποιοῦντα τὴν ἐρώτησιν. ἀδήλου γὰρ ὄντος τί βούλεται λαβεῖν, ἧττον δυσκολαίνουσιν.

8 Ὅταν δ' ἐπὶ τῶν μερῶν τις διδῷ τὰ καθ' ἕκαστον, ἐπάγοντα τὸ καθόλου πολλάκις οὐκ ἐρωτητέον, ἀλλ' ὡς δεδομένῳ χρηστέον. ἐνίοτε γὰρ οἴονται καὶ αὐτοὶ δεδωκέναι, καὶ τοῖς ἀκούουσι φαίνονται, διὰ τὴν τῆς ἐπαγωγῆς μνείαν, ὡς οὐκ ἂν ἠρωτημένα μάτην. 9 Ἐν ὅσοις τε ὀνόματι μὴ σημαίνεται τὸ καθόλου, ἀλλὰ τῇ ὁμοιότητι χρηστέον πρὸς τὸ συμφέρον. λανθάνει γὰρ ἡ ὁμοιότης πολλάκις.

10 Πρός τε τὸ λαβεῖν τὴν πρότασιν, τοὐναντίον παραβάλλοντα χρὴ πυνθάνεσθαι. οἷον, εἰ δέοι λαβεῖν, ὅτι δεῖ πάντα τῷ πατρὶ πείθεσθαι, πότερον ἅπαντα δεῖ πείθεσθαι τοῖς γονεῦσιν, ἢ πάντ' ἀπειθεῖν; καὶ τὸ πολλάκις, πότερον πολλὰ συγχωρητέον, ἢ ὀλίγα; μᾶλλον γὰρ εἴπερ ἀνάγκη, πολλὰ δόξειεν ἂν εἶναι. παρατιθεμένων γὰρ ἐγγὺς τῶν ἐναντίων, καὶ μείζω, καὶ μεγάλα φαίνεται, καὶ χείρω, καὶ βελτίω, τοῖς ἀνθρώποις. 11 Σφόδρα δὲ καὶ πολλάκις δοκεῖν ἐληλέγχθαι ποιεῖ τὸ μάλιστα σοφιστικὸν συκοφάντημα τῶν ἐρωτώντων, τὸ μηδὲν συλλογισαμένους, μὴ ἐρώτημα ποιεῖν τὸ τελευταῖον,

ἀλλὰ συμ-

ἀλλὰ συμπερασματικῶς εἰπεῖν, ὡς συλλελογισμένους, οὐκ ἄρα τό, καὶ τό.

12 Σοφιστικὸν δὲ καὶ τὸ κειμένου παραδόξου, τὸ φαινόμενον ἀξιοῦν ἀποκρίνεσθαι, προκειμένου τοῦ δοκοῦντος ἐξ ἀρχῆς, καὶ τὴν ἐρώτησιν τὴν τοιούτων οὕτω ποιεῖσθαι, πότερόν σοι δοκεῖ; ἀνάγκη γάρ, ἂν ᾖ τὸ ἐρώτημα ἐξ ὧν ὁ συλλογισμός, ἢ ἔλεγχον, ἢ παράδοξον γίνεσθαι, ἢ ἐλεγχοειδές· δόντος μὲν, ἔλεγχον· μὴ δόντος δὲ, μηδὲ δοκεῖν φάσκοντος, ἄδοξον· μὴ δόντος δέ, δοκεῖν δ᾽ ὁμολογοῦντος, ἐλεγχοειδές.

13 Ἔτι, καθάπερ ἐν τοῖς ῥητορικοῖς, καὶ ἐν τοῖς ἐλεγκτικοῖς ὁμοίως τὰ ἐναντιώματα θεωρητέον, ἢ πρὸς τὰ ὑφ᾽ αὐτοῦ λεγόμενα, ἢ πρὸς οὓς ὁμολογεῖ καλῶς λέγειν ἢ πράττειν· ἔτι πρὸς τοὺς δοκοῦντας τοιούτους, ἢ πρὸς τοὺς ὁμοίους· ἢ πρὸς τοὺς πλείστους, ἢ πρὸς πάντας.

14 Ὥσπερ δ᾽ ἀποκρινόμενοι πολλάκις, ὅταν ἐλέγχωνται, ποιοῦσι διττόν, ἐὰν μέλλῃ συμβαίνειν ἐλέγχεσθαι· καὶ ἐρωτῶντας χρηστέον ποτὲ τούτῳ πρὸς τοὺς ἐνισταμένους, ἐὰν ὡδὶ μὲν συμβαίνῃ, ὡδὶ δὲ μή, ὅτι οὕτως εἴληφεν· οἷον καὶ ὁ Κλεοφῶν ποιεῖ ἐν τῷ Μανδροβούλῳ. 15 Δεῖ δὲ καὶ ἀφισταμένους τοῦ λόγου, τὰ λοιπὰ τῶν ἐπιχειρημάτων ἐπιτέμνειν· καὶ τὸν ἀποκρινόμενον (ἂν προαισθάνηται) προενίστασθαι, καὶ προαγορεύειν.

16 Ἐπιχειρητέον δ᾽ ἐνίοτε καὶ πρὸς ἄλλο τοῦ εἰρημένου, ἐκεῖνο λαμβάνοντας, ἐὰν μὴ πρὸς τὸ προκείμενον ἔχῃ τις ἐπιχειρεῖν· ὅπερ ὁ Λυκόφρων ἐποίησε, προβληθέντος λύραν ἐγκωμιάζειν.

ſed concludendo dicunt, quaſi facto ſyllogiſmo, nō igitur hoc, & hoc. 12 Eſt[a] etiā hoc ſophiſticum, poſito paradoxo, poſtulare, vt quid videatur, reſpōdeatur, propoſitio eo quod ab initio viſum fuit: atque horū interrogationem ſic inſtituere, vt tibi videtur? neceſſe enim *eſt*, ſi interrogatio *in eorū numero* ſit, ex quibus ſyllogiſmus *extruitur*, aut elenchum, aut paradoxum confici, aut ſpeciem *habere* elenchi: elenchum, ſi concedat: inopinabile, ſi neque concedat, neque *ſibi* videri dicat: ſpeciem elenchi, ſi non concedat fateatur tamen *ſibi* videri. 13 Præterea[b], vt in rhetoricis, *ita* etiam in elēchicis ſimiliter animaduertēda *ſunt* ea, quæ repugnant vel iis quæ ab ipſo *reſpondente* dicta ſunt, vel iis quos *ipſe* fatetur rectè loqui aut agere: necnon iis, qui videntur tales, aut ſimilibus, *iiſque* aut plurimis, aut omnibus. 14 Sicut[c] autem qui reſpondent, ſæpe numero, quando elēcho redarguūtur, diſtinctionem adhibēt, ſi futurum eſt, vt elencho redarguātur: *ita* etiam interrogantibus vtendū *eſt* hoc *præſidio* contra obiicientes, *vt* ſi illo modo contingit, hoc modo non *contingit*, illo modo ſe accepiſſe *dicāt*, vt etiam Cleophon[d] facit in Mandrobulo[e]. 15 Oportet[f] etiam recedēdo à *cœpta* diſputatione, reliquas argumentationum *partes* præcidere. ac reſpondentem oportet, cùm præſentiat, antè occurrere & prædicere. 16 Nonnūquam[g] etiam argumentandū *eſt* contra aliud *quiddam* ab eo quod dictū *eſt*, *diuerſū*, illud ſumendo, ſi quis non habeat argumenta contra propoſitum *problema*. quod quidem Lycophron fecit, cùm propoſitum problema eſſet lyræ encomiū.

a *Vndecimū præceptum.*
b *Duodecimum præceptum.*
c *Tertiumdecimū præceptum.*
d Tragicus poëta.
e In tragœdia ſic inſcripta, quæ nō extat.
f *Quartumdecimū præceptum.*
g *Quintumdecimum præceptum.*

Sextumdecimum præceptum.
b Subaudi, à ſophiſta
c A ſophiſta argumentante.
d I. contra quē ſophiſta diſputat
e Si ſophiſta ſpecialiter declaret quid impugnare velit, facilius aduerſarius ſibi cauere poterit ab argumentis ſophiſtæ. vide Prior. lib 2. cap. 19.
f Afferenda eſt à ſophiſta reſpōſio generalis, veluti, volo probare cōcluſionem ei quod tu dicis, contradicentem.
g Sophiſtam.
h Contra quem ſophiſta diſputat.
i Specialiter.
k S. primum decimum præceptum.

17 Sed[a] aduerſus eos, qui requirunt, vt contra certum quid argumenta dirigantur[b], (quia videtur opus eſſe, vt explicetur[c], in quo culpetur[d]: quibuſdam autem expreſſi, faciliùs caueri poteſt[e]) dicendum eſt, quod vniuerſaliter accidit in elenchis[f], *nos*[g] *ſcilicèt inſtituiſſe probare* contradictionem: *nempe*, quod ille[h] affirmauit, eſſe negandū: aut, quòd negauit, affirmandum: nō autem *dicendum*[i], *nos inſtituiſſe probare*, quòd contrariorum *ſit* eadē ſciētia, vel non eadē. 18 Nō[k] oportet autem concluſionem in modum propoſitionis interrogare. nonnulla verò ne quidem interrogari debent: ſed his vt cōceſſis vtendum. 19 Ex quibus igitur *locis* interrogationes eruantur, & quomodo *ſit* interrogandum in contentioſis congreſſibus, dictum eſt.

17 Πρὸς δὲ τοὺς ἀπαιτοῦντας πρός τι ἐπιχειρεῖν, (ἐπειδὴ δοκεῖ δεῖν ἀποδιδόναι τὴν αἰτίαν· λεχθέντων δ' ἐνίων, εὐφυλακτότερον) τὸ καθόλου συμβαῖνον ἐν τοῖς ἐλέγχοις, λεκτέον, τὴν ἀντίφασιν, ὅ,τι ἔφησεν ἀποφῆσαι, ἢ ὅ,τι ἀπέφησε φῆσαι· ἀλλὰ μὴ ὅτι τῶν ἐναντίων ἡ αὐτὴ ἐπιστήμη, ἢ οὐχ ἡ αὐτή.

18 Οὐ δεῖ δὲ τὸ συμπέρασμα προτατικῶς ἐρωτᾶν. ἔνια δὲ οὐδὲ ἐρωτητέον, ἀλλ' ὡς ὁμολογουμένοις χρηστέον.

19 Ἐξ ὧν μὲν οὖν αἱ ἐρωτήσεις, καὶ πῶς ἐρωτητέον ἐν ταῖς ἀγωνιστικαῖς διατριβαῖς, εἴρηται.

DE SOLVTIONE SOPHISMATVM.

TRACTATVS V.

De vtilitate huius tractatus, ac de ratione reſpondendi. Cap. XVI.

1 Scopus & nexus. 2 Huius tractatus vtilitas 3 prima, 4 ſecunda, 5 & tertia. 6 De generali ratione ſoluendi ſophiſmata. 7 quæ non ſufficit. 8 De difficultate ſoluendi ſophiſmata.

LIB. II. CAP. I.

Poſt hæc, de reſponſione, quomodo oporteat ſoluere, & quid, & ad quē vſum diſputationes huiuſmodi valeant, dicendum *eſt*. 2 Sanè vtiles ſunt ad philoſophiam ob duas *cauſas*. 3 Primùm quia, cùm plerumque ſumãntur ex dictione, faciunt vt meliùs affecti ſimus ad *dignoſcēdum*, quot modis vnumquodque dicatur, & quæ ſimili, & quæ diuerſo modo accidant, tam in rebus, quàm in nominibus.

Περὶ δὲ ἀποκρίσεως, καὶ πῶς δεῖ λύειν, καὶ τί, καὶ πρὸς τίνα χρῆσιν οἱ τοιοῦτοι τῶν λόγων ὠφέλιμοι, μετὰ ταῦτα λεκτέον. 2 Χρήσιμοι μὲν οὖν εἰσι πρὸς φιλοσοφίαν, διὰ δύο. 3 Πρῶτον μὲν γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γινόμενοι παρὰ τὴν λέξιν, ἄμεινον ἔχειν ποιοῦσι πρὸς τὸ ποσαχῶς ἕκαστον λέγεται, καὶ ποῖα ὁμοίως, καὶ ποῖα ἑτέρως ἐπὶ τῶν πραγμάτων συμβαίνει, καὶ ἐπὶ τῶν ὀνομάτων.

4 Δεύτε-

4 Δεύτερον δὲ, πρὸς τὰς καθ' ἑαυτὸν ζητήσεις. ὁ γὰρ ὑφ' ἑτέρου ῥᾳδίως παραλογιζόμενος, καὶ τοῦτο μὴ αἰσθανόμενος, κἂν αὐτὸς ὑφ' αὑτοῦ τοῦτο πάθοι πολλάκις. 5 Τρίτον δὲ καὶ τὸ λοιπὸν ἔτι, πρὸς δόξαν, τὸ περὶ πάντα γεγυμνάσθαι δοκεῖν, καὶ μηδενὸς ἀπείρως ἔχειν. τὸ γὰρ κοινωνοῦντα λόγων, ψέγειν λόγους, μηδὲν ἔχοντα διορίζειν περὶ τῆς φαυλότητος αὐτῶν, ὑποψίαν δίδωσι τοῦ δοκεῖν δυσχεραίνειν, οὐ διὰ τἀληθὲς, ἀλλὰ δι' ἀπειρίαν. 6 Ἀποκρινομένοις δὲ πῶς ἀπαντητέον πρὸς τοὺς τοιούτους λόγους, φανερὸν, εἴπερ ὀρθῶς εἰρήκαμεν πρότερον, ἐξ ὧν εἰσὶν οἱ παραλογισμοὶ, καὶ τὰς ἐν τῷ πυνθάνεσθαι πλεονεξίας ἱκανῶς διείλομεν. 7 Οὐ ταὐτὸν δέ ἐστι, λαβόντα τὸν λόγον, ἰδεῖν καὶ λῦσαι τὴν μοχθηρίαν, καὶ ἐρωτώμενον ἀπαντᾶν δύνασθαι ταχέως. ὃ γὰρ ἴσμεν, πολλάκις μετατιθέμενον ἀγνοοῦμεν. ἔτι δὲ, ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις τὸ θᾶττον, καὶ τὸ βραδύτερον, ἐκ τοῦ γεγυμνάσθαι γίνεται μᾶλλον, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν λόγων ἔχει. ὥστε, ἂν δῆλον μὲν ἡμῖν ᾖ, ἀμελέτητοι δ' ὦμεν, ὑστεροῦμεν τῶν καιρῶν πολλάκις. 8 Συμβαίνει δέ ποτε, καθάπερ ἐν τοῖς διαγράμμασι, (καὶ γὰρ ἐκεῖνα ἀναλύσαντες, ἐνίοτε συνθεῖναι πάλιν ἀδυνατοῦμεν) οὕτω καὶ ἐν τοῖς ἐλέγχοις. εἰδότες γὰρ παρ' ὃ ὁ λόγος συμβαίνει συνεῖραι, διαλῦσαι τὸν λόγον ἀποροῦμεν.

4 Secūdò *quia cōferūt* ad inquiſitiones, *quas aliquis ipſe ſecū facit.* nā qui ab aliis facilè paralogiſmo decipitur, nec id animaduertit, ipſe quoque à ſemet ipſo hoc pati ſæpenumero poteſt. 5 Tertiū & reliquum *emolumentum pertinet* ad gloriā *conſequēdam*: quòd *hac ratione* videatur *quis* in omnibus *rebus* exercitatus, ac nullius eſſe imperitus. Qui enim cū altero diſputans, vituperat argumentationes, nec certū quid dicere poteſt de earum vitio, ſuſpicionem præbet; quaſi videatur *eas* cum indignatione audire, non propter veritatem, ſed propter imperitiam. 6 Quomodo autem reſpondentes occurrere debeant huiuſmodi argumentationibus, apparet: ſiquidē antea, ex quibus locis ducantur paralogiſmi, rectè commemorauimus: & *ſophiſtarum* in percontando impoſturas ſufficienter enucleauimus. 7 Neque verò idem eſt, acceptâ argumentatione, videre ac diluere *eius* vitium, atque celeriter poſſe reſpondentem occurrere. quod enim nouimus, ſępe trāſpoſitum ignoramus. Pręterea, ſicut in aliis *rebus*, celeritas ac tarditas exercitatione accipit incrementum, ita etiam in diſputationibus *ſe res* habet. Quare ſi *quid* nobis manifeſtum ſit, ſed meditationis expertes ſimus, tēpore ſæpe deſtituimur. 8 Interdum autem accidit, vt in deſcriptionibus *mathematicis*, (etenim cùm eas reſoluerimus, quandoque rurſus componere nequimus) ita etiam in elenchis: nam cognoſcentes, vnde argumentationis connexus eueniat, argumentationem illam diſſoluere non valemus.

De ea quæ videtur ſolutio. Cap. XVII.

1 *Duplex ſolutionis genus.* 2 *Sophiſtam non redarguere, ſed potiùs obſcurare etiam verum elenchum.* 3 *Præceptum primum de ſo utione adhibenda.* 4 *Si elenchus ab homonymia eſſet verus elenchus, ſolui non poßet.* 5 *Captionis ab homonymia ſumptæ ſolutio vna,* 9 *atque alter.:.* 7 *veram ſolutionem eſſe per diſtinctionẽ.* 8 *Reprehenduntur y, qui non audent d ſtinguere.* 9 *Quod diſtinguendũ ſit, Ratio prima:* 10 *ſecunda:* 11 *tertia.* 12 *Concluſio,* 13 *Secundum præceptum.* 14 *Tertium.* 15 *Quartum.* 16 *Quintum.* 17 *Sextum.* 19 *Septimum.* 20 *Octauum.* 21 *Nonum.* 22 *Decimum.*

CAP. XXII. [a] *Primum præceptum de fucata ſolutione interdum adhibenda.*

PRimùm [a] igitur, ſicut dicimus ſyllogiſmos probabiles interdũ eſſe præeligẽdos potiùs quã veros, ita & ſoluẽdũ *eſt* nõnunquàm probabiliter potiùs, quã ſecũdũ veritatẽ. prorſus enĩ cum *hominibus* litigioſis pugnãdum *eſt*, non quaſi elencho redarguant, ſed quaſi videantur redarguere: ſi quidem non dicimus eos *aliquid* cõcludere. quãpropter eò dirigẽda *eſt reſpõſio*, ne videãtur *concludere*. Etenim ſi elenchus eſt contradictio nõ homonymia, *quæ* ex nõnullis *ſũptionibus colligitur*: nulla vtique diſtinctione opus eſt aduerſus ambigua, & homonymiã: quoniã is *qui talia interrogat* nõ facit ſyllogiſmũ. verùm non alia de cauſa diſtinctio eſt præmittẽda, niſi quia cõcluſio ſpeciem quãdam elenchi præ ſe fert. non *eſt* igitur cauendum, ne redarguamur, ſed ne videamur *redargui*. 2 Quãdoquidem interrogationes ambiguę, vel propter homonymiam *multiplices*, & eiuſmodi aliæ captiones, etiam verum elẽchum obſcurant. & ſitne aliquis elẽcho conuictus nécne, incertum reddunt. Cùm enim ad extremum, facta cõcluſione, liceat *reſpondenti* dicere, nõ quod *ipſe* [b] affirmauit, negaſſe interrogãtẽ; ſed homonymωs, vel ambiguè interrogaſſe; ideóq; aliud ſe affirmaſſe, aliud ſumpſiſſe interrogantem, ac negaſſe in concluſione: etſi maximè ad idem retulit: incertum *eſt*, an ſit conuictus elencho: quia incertum eſt, an nunc [c] verum dicat [d].

[b] Reſpondens.

[c] Poſt ratiocinationem ſophiſtę.

[d] Is qui reſpondet ſophiſtæ.

Πρῶτον μὲν οὖν, ὥσπερ συλλογίζεσθαί φαμεν ἐνδόξως ποτὲ μᾶλλον, ἢ ἀληθῶς, προαιρεῖσθαι δεῖν, οὕτω καὶ λυτέον ἐνδόξως ποτὲ μᾶλλον, ἢ κατὰ τἀληθές. ὅλως γὰρ πρὸς τοὺς ἐριστικοὺς μαχητέον. οὐχ ὡς ἐλέγχοντας, ἀλλ' ὡς φαινομένους ἐλέγχειν· οὐ γάρ φαμεν συλλογίζεσθαί γε αὐτούς· ὥστε πρὸς τὸ μὴ δοκεῖν, διορθωτέον. Εἰ γάρ ἐστιν ὁ ἔλεγχος, ἀντίφασις μὴ ὁμώνυμος, ἔκ τινων· οὐδὲν ἂν δέοι διαιρεῖσθαι πρὸς τὰ ἀμφίβολα, καὶ τὴν ὁμωνυμίαν. οὐ γὰρ ποιεῖ συλλογισμόν. ἀλλ' οὐδενὸς ἄλλου χάριν προσδιαιρετέον, ἀλλ' ἢ ὅτι τὸ συμπέρασμα φαίνεται ἐλεγχοειδές. οὐκ οὖν τὸ ἐλεγχθῆναι, ἀλλὰ τὸ δοκεῖν, εὐλαβητέον. 2 Ἐπεὶ τό γε ἐρωτᾶν ἀμφίβολα, καὶ τὰ παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν, ὅσαι τε ἄλλαι τοιαῦται παρακρούσεις, καὶ τὸν ἀληθινὸν ἔλεγχον ἀφανίζει, καὶ τὸν ἐλεγχόμενον καὶ μὴ ἐλεγχόμενον, ἄδηλον ποιεῖ. ἐπεὶ γὰρ ἔξεστιν ἐν τῷ τέλει συμπερανάμενον, μὴ ὅπερ ἔφησεν, ἀποφῆσαι λέγειν· ἀλλ' ὁμωνύμως, ἢ ἀμφιβόλως ἐρωτῆσαι τὸν ἐρωτῶντα· καὶ διὰ τοῦτο, ἄλλο μὲν καταφῆσαι αὐτὸν, ἄλλο δὲ λαβεῖν τὸν ἐρωτῶντα, καὶ ἀποφῆσαι ἐν τῷ συμπεράσματι· εἰ καὶ ὅτι μάλιστα ἔτυχεν ἐπὶ ταὐτὸν φέρων· ἄδηλον, εἰ ἐλήλεγκται· ἄδηλον γὰρ, εἰ ἀληθῆ λέγει νῦν.

εἰ δὲ δι-

εἰ δὲ διελὼν ἤρετο τὸ ὁμώνυμον, ἢ τὸ ἀμφίβολον, οὐκ ἂν ἄδηλος εἴη ὁ ἔλεγχος. 3 Ὅ, τ' ἐπιζητοῦσι νῦν μὲν ἧττον, πρότερον δὲ μᾶλλον οἱ ἐριστικοί, τὸ ἢ ναί, ἢ οὔ, ἀποκρίνεσθαι τὸν ἐρωτώμενον, ἐγίνετ' ἄν. νῦν δὲ, διὰ τὸ μὴ καλῶς ἐρωτᾶν τοὺς πυνθανομένους, ἀνάγκη προσαποκρίνεσθαί τι τὸν ἐρωτώμενον, διορθοῦντα τὴν μοχθηρίαν τῆς ἐρωτήσεως. ἐπεὶ διελομένου γε ἱκανῶς, ἀνάγκη, ἢ ναί, ἢ οὔ, λέγειν τὸν ἀποκρινόμενον.

4 Εἰ δέ τις ὑπολήψεται τὸν κατὰ τὴν ὁμωνυμίαν ἔλεγχον εἶναι, τρόπον τινὰ οὐκ ἔσται διαφυγεῖν τὸ ἐλέγχεσθαι τὸν ἀποκρινόμενον. ἐπὶ γὰρ τῶν ὁρατῶν, ἀναγκαῖον ὃ ἔφησεν ἀποφῆσαι ὄνομα, καὶ ὃ ἀπέφησε, φῆσαι. 5 Ὡς γὰρ διορθοῦνταί τινες, οὐδὲν ὄφελος. οὐ γὰρ Κορίσκον φασὶν εἶναι μουσικὸν καὶ ἄμουσον· ἀλλὰ τοῦτον τὸν Κορίσκον, μουσικὸν καὶ τοῦτον τὸν Κορίσκον, ἄμουσον. ὁ γὰρ αὐτὸς ἔσται λόγος, τὸ τὸν Κορίσκον, τῷ τοῦτον τὸν Κορίσκον, μουσικὸν εἶναι· ὅπερ ἅμα φησί τε καὶ ἀπόφησιν. ἀλλ' ἴσως οὐ ταὐτὸ σημαίνει· οὐδὲ γὰρ ἐκεῖ τοὔνομα. ὥστε οὐδέν τι διαφέρει. 6 Εἰ δὲ τῷ μὲν, τὸ ἁπλῶς λέγειν ἀποδώσει, τῷ δὲ, προσθήσει τὸ τινά, ἢ τόνδε, ἄτοπον· οὐδὲν γάρ, μᾶλλον θατέρῳ· ὁποτέρῳ γάρ, οὐδὲν διαφέρει.

7 Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπειδὴ ἄδηλος μέν ἐστιν ὁ μὴ διορισάμενος τὴν ἀμφιβολίαν, πότερον ἐλήλεγκται, ἢ οὐκ ἐλήλεγκται· δέδοται γὰρ ἐν τοῖς λόγοις τὸ διελεῖν· φανερὸν ὅτι τὸ μὴ διορίσαντα δοῦναι τὴν ἐρώτησιν, ἀλλὰ

Quod ſi *interrogans* diſtinctione adhibitâ interrogaſſet homonymum, vel ambiguum, non obſcurus eſſes elenchus.

3 Et quot litigioſi *interrogatores* nunc minùs requirunt, olim magis *requirebant*, vt *ſcilicet* interrogatus reſponderet aut Etiã, aut Non: *id* certè fieret. Nunc verò, quia non ſcitè interrogant, qui percontantur, neceſſe *eſt*, vt interrogatus adiiciat aliquid reſpõſioni, quo vitium interrogationis corrigat. nã ſi *interrogans* diſtinxiſſet ſufficienter, neceſſe *eſſet*, vt reſpondens vel Etiam, vel Non, diceret. 4 Si quis autem exiſtimet eum eſſe elẽchum, qui ſecundum homonymiã fit: nullo modo licebit reſpondenti effugere, quo minùs elencho redarguatur. in iis[a] enim, quæ cernuntur *oculis*, neceſſe *eſt* negare nomen quod affirmauit, aut affirmare quod negauit. 5 Vt enim corrigunt nonnulli, nihil prodeſt. aiunt enim *hi*, non Coriſcum eſſe muſicũ, & immuſicũ: ſed hunc Coriſcũ eſſe muſicum, & hunc Coriſcũ immuſicũ. Nam eadem erit oratio, Coriſcum *eſſe muſicũ*, & hunc Coriſcũ eſſe muſicum: quod quidem ſimul affirmat & negat, *qui reſpondet*. Sed fortaſſe non *vnum &* idẽ ſignificat *verbũ illud Hic Coriſcus*: quia nec illic *nomen* Coriſcus *vnã habebat ſignificationẽ*. itaque, *vtrùm Coriſcus, an Hic Coriſcus dicatur*, nihil intereſt. 6 Sin autem illi ſimpliciter loquendo attribuet, huic verò aliquem, vel hunc adiunget, abſurdum *erit*: quia non magis alteri inerit, *quàm alteri*: vtriuis enim *attribuatur*, nihil intereſt. 7 Verùm enimuerò quoniam incertum eſt, an is qui non diſtinxit amphiboliam, ſit conuictus elencho, necne: in diſputationibus namque conceſſum eſt diſtinguere: apparet, eum, qui non diſtinguit, ſed

[a] In rebus ſingularibus.

ſimpliciter concedit interrogationem, peccare. quocirca ſi non ipſe *reſpondens*, at certè *eius* oratio elencho refutatæ ſimilis eſt.

8 Sæpe autem accidit, vt qui ambiguitatẽ vident, diſtinguere cunctentur propter frequentiam eorum, qui talia proponunt, ne in omnibus videantur tergiuerſari: deinde, *ipſis* non putantibus ex eo pendere argumẽtationem, incidit paradoxum.

9 Quare, cùm ſit conceſſum diſtinguere, non *eſt* cunctandũ, vt antea[a] dictum fuit. 10 Niſi verò duas interrogationes pro vna quis acciperet, non fieret ex homonymia vel amphibolia paralogiſmus, ſed aut *eſſet verus* elẽchus, aut ne *quidem ſpeciem elenchi præ ſe ferret*. quid enim intereſt, vtrùm interrogetur, ſintne Callias & Themiſtocles muſici, an *ſub vno cõmuni nomine*, ſi ambobus inter ſe differentibus vnũ ſit nomen commune? nam ſi *nomen illud commune* plura ſignificat, quàm vnum: *certè qui eo eſt vſus*, plura interrogauit. Si[b] igitur non rectè petitur, vt ad duas interrogationes vna reſponſio ſumatur ſimpliciter: apparet, ad nihil homonymum reſpondendum eſſe ſimpliciter, ne quidem ſi in omnibus verum *ſit*, vt nonnulli putant. hoc enim idem valet, ac ſi interrogaretur, vtrũ Coriſcus & Callias ſint domi, an non *ſint* domi: ſiue adſint ambo, ſiue nõ adſint: quoniã vtroq; modo propoſitiones plures ſunt. nõ enim, ſi verè dicitur, ꝓpterea interrogatio vna *eſt*. nã poſſunt ſexcẽtę diuerſæ interrogationes alicui proponi, ad quas omnes verè poſſit reſpondere Etiã aut Non: verũtamen non *eſt ad illas omnes* vna danda reſpõſio: *ſic* enim tollitur diſputatio. hoc verò perinde eſt, ac

a Topic. lib. 8. cap. 7.

b Coniunge ca. 11. de Interpret. partic. 2.

ἁπλῶς, ἁμάρτημά ἐστιν. ὥστε κἂν εἰ μὴ αὐτός, ἀλλ' ὅ γε λόγος ἐληλεγμένῳ ὅμοιός ἐστι.

8 Συμβαίνει μέντοι πολλάκις ὁρῶντας τὴν ἀμφιβολίαν, ὀκνεῖν διαιρεῖσθαι διὰ τὴν πυκνότητα τῶν τὰ τοιαῦτα προτεινόντων, ὅπως μὴ πρὸς ἅπαν δοκῶσι δυσκολαίνειν· εἶτ', οὐκ ἂν οἰηθέντων παρὰ τοῦτο γενέσθαι τὸν λόγον, πολλάκις ἀπήντησε παράδοξον. 9 Ὥστε, ἐπεὶ δέδοται διαιρεῖν, οὐκ ὀκνητέον, καθάπερ ἐλέχθη πρότερον.

10 Εἰ δὲ τὰ δύο ἐρωτήματα μὴ ἕν τις ποιεῖ ἐρώτημα, οὐδ' ἂν ὁ παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν καὶ ἀμφιβολίαν ἐγίνετο παραλογισμός, ἀλλ' ἢ ἔλεγχος, ἢ οὔ. τί γὰρ διαφέρει ἐρωτῆσαι, εἰ Καλλίας μὲν καὶ Θεμιστοκλῆς μουσικοί εἰσιν; ἢ, εἰ ἀμφοτέροις ἓν ὄνομα ἦν, ἑτέροις οὖσιν; εἰ γὰρ πλείω δηλοῖ ἑνός, πλείω ἠρώτησεν. εἰ οὖν μὴ ὀρθόν, πρὸς δύο ἐρωτήσεις μίαν ἀπόκρισιν ἀξιοῦν λαμβάνειν ἁπλῶς, φανερὸν ὅτι οὐδενὶ προσήκει τῶν ὁμωνύμων ἀποκρίνεσθαι ἁπλῶς, οὐδ' εἰ κατὰ πάντων ἀληθές, ὥσπερ ἀξιοῦσί τινες. οὐδὲν γὰρ τοῦτο διαφέρει, ἢ εἰ ἤρετο, Κορίσκος καὶ Καλλίας πότερον οἴκοι εἰσίν, ἢ οὐκ οἴκοι; εἴτε παρόντων ἀμφοῖν, εἴτε μὴ παρόντων· ἀμφοτέρως γὰρ πλείους αἱ προτάσεις. οὐ γάρ, εἰ ἀληθὲς εἰπεῖν, διὰ τοῦτο μία ἡ ἐρώτησις. ἐγχωρεῖ γὰρ καὶ μυρία ἕτερα ἐρωτηθέντα ἐρωτήματα, ἅπαντα ναί, ἢ οὔ, ἀληθὲς εἶναι λέγειν· ἀλλ' ὅμως οὐκ ἀποκριτέον μιᾷ ἀποκρίσει· ἀναιρεῖται γὰρ τὸ διαλέγεσθαι. τοῦτο δ' ὅμοιον, ὡς

εἰ καὶ

εἰ καὶ τὸ αὐτὸ ὄνομα τεθείη τοῖς ἑτέροις. εἰ οὖν μὴ δεῖ πρὸς δύο ἐρωτήσεις μίαν ἀπόκρισιν διδόναι, φανερὸν ὅτι οὐδ᾽ ἐπὶ τῶν ὁμωνύμων τὸ ναὶ, ἢ οὔ, λεκτέον. 11 Οὐδὲ γὰρ ὁ εἰπὼν ἀποκέκριται, ἀλλ᾽ εἴρηκεν. ἀλλ᾽ ἀξιοῦταί πως ἐν τοῖς διαλεγομένοις, διὰ τὸ λανθάνειν τὸ συμβαῖνον. 12 Ὥσπερ οὖν εἴπομεν, ἐπειδήπερ οὐδ᾽ ἔλεγχοί τινες ὄντες, δοκοῦσιν εἶναι· κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ λύσεις δόξουσιν εἶναι, οὐκ οὖσαι λύσεις· ἃς δή φαμεν ἐνίοτε μᾶλλον δεῖν φέρειν, ἢ τὰς ἀληθεῖς ἐν τοῖς ἀγωνιστικοῖς λόγοις, καὶ τῇ πρὸς τὸ διττὸν ἀπαντήσει.

13 Ἀποκριτέον δὲ, ἐπὶ μὲν τῶν δοκούντων, τὸ ἔστω, λέγοντα· καὶ γὰρ οὕτως ἥκιστα γένοιτ᾽ ἂν παρεξέλεγχος. ἂν δέ τι παράδοξον ἀναγκάζηται λέγειν, ἐνταῦθα μάλιστα προσθετέον τὸ δοκεῖν· οὕτω γὰρ οὔτ᾽ ἔλεγχος, οὔτε παράδοξον ἂν γίνεσθαι δόξειεν.

14 Ἐπεὶ δὲ, πῶς αἰτεῖται τὸ ἐν ἀρχῇ, δῆλον· οἴονται δὲ πάντες, ἂν ᾖ σύνεγγυς, ἀναιρετέον, καὶ μὴ συγχωρητέον εἶναι ἔνια, ὡς τὸ ἐν ἀρχῇ αἰτοῦντος· ὅταν τι τοιοῦτον ἀξιοῖ τις, ὃ ἀναγκαῖον μὲν συμβαίνειν ἐκ τῆς θέσεως, ᾖ δὲ ψεῦδος, ἢ ἄδοξον, ταὐτὸ λεκτέον, τὰ γὰρ ἐξ ἀνάγκης συμβαίνοντα, τῆς αὐτῆς εἶναι θέσεως δοκεῖ. 15 Ἔτι, ὅταν τὸ καθόλου μὴ ὀνόματι ληφθῇ, ἀλλὰ παραβολῇ, λεκτέον ὅτι οὐχ ὡς ἐδόθη, οὐδ᾽ ὡς προὔτεινε, λαμβάνει. καὶ γὰρ παρὰ τοῦτο γίνεται πολλάκις ἔλεγχος. 16 Ἐξειργομένοις δὲ τούτων, ἐπὶ τὸ μὴ καλῶς δεδεῖχθαι πο-

ſi *rebus* diuerſis idem nomẽ poſitum eſſet. Ergo ſi non oportet ad duas interrogationes vnam reſponſionẽ dare: perſpicuũ *eſt*, etiam in homonymis non *eſſe* dicendũ Etiã, vel Non. 11 Non enim qui *id* dixit, reſpondit[a], ſed locutus eſt. *Hoc* tamen probatur quodammodo in diſſerẽtibus[b]: quia nõ apparet, quod inde ſequitur. 12 Sicut igitur diximus: quia videntur quidã elenchi eſſe, qui nõ ſunt: eodẽ modo etiã ſolutiones *quædam* videbũtur eſſe, quæ nõ erunt: quas ſcilicet dicimus interdũ eſſe afferendas protiùs, quàm veras, in contentioſis diſputationib[9], & cùm *paralogiſmo* ex duplicitate *ducto* occurritur. 13 Porrò[c] autẽ in reſpondẽdo ad ea quæ *vera* videntur, dicẽdũ, Eſto: ſic enim minimè fiet parexelenchus[d]. At ſi *quis* aliquod paradoxũ cogatur dicere, hîc maximè adiungẽdũ *reſponſioni verbum* Videri. ſic enim neq; elenchus, neque paradoxũ effici videbitur. 14 Quia[e] verò manifeſtũ *eſt*, quomodo poſtuletur *quæſitum* initio *propoſitũ*: ac omnes id *poſtulari* putant, ſi *quæſito* proximũ ſit *quod petitur idcirco* tollenda ſunt, non cõcedenda nonnulla, quaſi *quæſitum* initio *propoſitũ interrogator* petat: & cùm tale *quid* poſtulat aliquis, qđ neceſſariò quidem cõſequitur ex theſi, falſum autem eſt, vel inopinabile; dicẽdũ *eſt eſſe* idẽ *quod quæſitum*. nam quæ neceſſariò conſequuntur, ipſius theſis *partes* videntur. 15 Præterea[f], cùm vniuerſale non nomine[g], ſed *ſimilitudinis* collatione ſumptũ fuerit: dicendum *eſt*, *aduerſariũ*, non vt datum fuit, nec vt *ipſe* propoſuit, *id* ſumere *in concluſione*: quia propter hoc ſæpe fit elenchus. 16 Qui verò his *reſponſionibus* excludũtur[h], ad *id* confugere debent, *vt* non rectè probatũ eſſe *contendant*, oc-

a Quia id ad quod reſpondit, nihil eſt. etenim reſpondit quaſi ad vnã rẽ: quod autẽ eſt homonymũ, vel ambiguũ, non eſt vna res, ſed vnum nomem, res multæ.

b Per ignorantiam laudantur diſputantes, quaſi bene reſpondeant, cùm ſimpliciter reſpondent.

c *Secundũ præceptum.*

d Sophiſticus elenchus.

e *Tertium præceptum.*

f *Quartum præceptum.*

g Quia non habet cõmune nomen: vt quod attribuitur oſſi, ſpinæ & ſepiæ.

h *Quintum præceptum.*

currendo ſecũndum traditam *ſyllogiſmi & elenchi* definitionem. 17 Sanè [a] cùm nomina propriè accipiuntur, neceſſe *eſt* reſpõdere vel ſimpliciter, vel per diſtinctionem, 18 Sed *quod ad ea* quæ *tacitè* ſubintelligentes ponim[us]: veluti quæ nõ perſpicue, ſed deminutè interrogantur: hinc ſæpe accidit elẽchus. vtputà, Quòd eſt Athenienſium, eſtne poſſeſſio Athenienſium? vtique. ſimiliter autem & in aliis *dicendum*: at enim *nónne* homo (*vt Græci loquuntur*) eſt animalium? etiam. homo igitur *eſt* animalium poſſeſſio. nam hominem ideo *Græca phraſi* dicimus eſſe animalium, quia eſt animal: & Lyſandrum *eſſe* Lacedæmoniorum, quia *eſt* Lacedæmonius. Patet igitur, vbi obſcurum eſt quod proponitur, non *eſſe* concedendũ ſimpliciter. 19 Cùm[b] autem duo[c] ſunt *ita inter ſe affecta, vt* ſi alterũ[d] ſit, alterũ[e] quoque neceſſariò eſſe videatur: *contrà* verò ſi hoc ſit, non *ſit* neceſſariò *&* illud: *tunc* qui interrogatur, vtrum *eorum eſſe putet*, *id* dare debet, quod minùs *latè patet*[f]: quia difficilius *eſt* concludere ex multis[g].

20 Si[h] quis autem inde argumentetur, quòd alteri *eſt aliquid* contrarium, alteri nõ eſt: *etiamſi* ratio vera ſit, *tamen* dicere *oportet eſſe quidem etiam* alterius contrarium, ſed nomen *ei*[i] non eſſe poſitum. 21 Quia[k] verò ex iis, quæ multi dicunt, nonnulla *ſunt eiuſmodi*, *vt* ſi quis *illa* non admittat, *eum* falsò reſpondere autument: quædam verò *talia* non *ſunt*, vt ea de quibus in vtramque partem ſunt opiniones *contrariæ*: (vtrùm enim corruptibilis, an incorruptibilis ſit animantium anima, non eſt exploratum multis) in quibus igitur incertum eſt, vtro modo dici ſolet, quod *ita* proponitur, *vt quæratur* vtrum *reſpondenti videatur*, quales *ſunt*, quæ ſententiæ *appellantur*: (nã ſententias[l] appellant

a Sextum præceptum.

Septimum præceptum.

c Vt propoſitio vniuerſalis, & propoſitio particularis.

d Propoſitio vniuerſalis, vt oppoſitorum eadẽ eſt ſcientia.

e Propoſitio particularis, vt ſalubris & inſalubris eadem eſt ſcientia.

f Debet potiùs concedere propoſitionem particularem, quàm vniuerſalem.

g Id eſt, particularibus.

h Octauum præceptum.

i Contrario.

k Nonum præceptum.

l Sententia quid.

ῥητέον, ἀπαντῶντα κατὰ τὸν εἰρημένον διορισμόν. 17 Ἐν μὲν οὖν τοῖς κυρίως λεγομένοις ὀνόμασιν, ἀνάγκη ἀποκρίνεσθαι, ἢ ἁπλῶς, ἢ διαιρούμενον. 18 Ἃ δὲ συνυπονοοῦντες τίθεμεν, οἷον ὅσα μὴ σαφῶς, ἀλλὰ κολοβῶς ἐρωτᾶται, παρὰ τοῦτο συμβαίνει ὁ ἔλεγχος. οἷον, ἆρα ὃ ἂν ᾖ Ἀθηναίων, κτῆμά ἐστιν Ἀθηναίων; ναί. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. ἀλλὰ μὴν ὁ ἄνθρωπος, ἐστὶ τῶν ζώων; ναί. κτῆμα ἄρα ὁ ἄνθρωπος τῶν ζώων. τὸν γὰρ ἄνθρωπον, τῶν ζώων εἶναι λέγομεν, ὅτι ζῷόν ἐστι· καὶ Λύσανδρον τῶν Λακώνων, ὅτι Λάκων. δῆλον οὖν, ὡς ἐν οἷς ἀσαφὲς τὸ προτεινόμενον, οὐ συγχωρητέον ἁπλῶς. 19 Ὅταν δὲ, δυοῖν ὄντοιν, θατέρου μὲν ὄντος, ἐξ ἀνάγκης θάτερον εἶναι δοκῇ· θατέρου δὲ, τοῦτο μὴ ἐξ ἀνάγκης, ἐρωτώμενον πότερον, δεῖ τὸ ἔλαττον διδόναι· χαλεπώτερον γὰρ συλλογίσασθαι ἐκ πλειόνων.

20 Ἐὰν δὲ ἐπιχειρῇ, ὅτι τῷ μὲν ἐστὶν ἐναντίον τῷ δὲ, οὐκ ἔστιν· ἂν ὁ λόγος ἀληθὴς ᾖ, ἐναντίον φάναι, ὄνομα δὲ μὴ κεῖσθαι τοῦ ἑτέρου.

21 Ἐπεὶ δὲ ἔνια μὲν, ὧν λέγουσιν οἱ πολλοὶ, τὸν μὴ συγχωροῦντα, ψεύδεσθαι ἂν φαῖεν· ἔνια δὲ οὔ· οἷον, ὅσα ἀμφιδοξοῦσι (πότερον γὰρ φθαρτὴ ἢ ἄφθαρτος ἡ ψυχὴ τῶν ζώων, οὐ διώρισται τοῖς πολλοῖς) ἐν οἷς οὖν ἄδηλον, ποτέρως εἴωθε λέγεσθαι τὸ προτεινόμενον πότερον, ὡς αἱ γνῶμαι (καλοῦσι γὰρ γνώμας,

καὶ τὰς

καὶ τὰς ἀληθεῖς δόξας, καὶ τὰς ὅλας ἀποφάνσεις, ὡς ἡ διάμετρος, ἀσύμμετρος) ἔτι οὗ τἀληθὲς ἀμφιδοξεῖται, μάλιστα μεταφέρων ἄν τις λανθάνοι τὰ ὀνόματα περὶ τούτων. διὰ μὲν γὰρ τὸ ἄδηλον εἶναι, ποτέρως ἔχει τὸ ἀληθές, οὐ δόξει σοφίζεσθαι· διὰ δὲ τὸ ἀμφιδοξεῖν, οὐ δόξει ψεύδεσθαι· ἡ δὲ μεταφορὰ ποιήσει τὸν λόγον ἀνεξέλεγκτον. 22 Ἔτι, ὅσα ἄν τις προαισθάνηται τῶν ἐρωτημάτων, προενστατέον, καὶ προαγορευτέον· οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα τὸν πυνθανόμενον κωλύσειεν.

& veras opiniones, & vniuerſas enunciationes, vt, diameter non habet communem menſuram) & præterea de cuius veritate in vtramque partem ſunt opiniones: in his (*inquam*) *omnibus* nomina transferens[a], maximè latére poterit. nam quia incertū eſt, vtro modo veritas habeat, non videbitur ſophiſticè cauillari: & quia in vtramq; partem ſunt opiniones, non videbitur falsò reſpondere: trāſlatio verò efficiet, ne oratio poſſit elencho redargui. 22 Præterea[b] quaſcunque interrogationes quis præſenſerit, *illis*, ante*quàm dicantur*, debet obiicere, ac prædicere: ſic enim maximè percontantem impediet.

a Vtputà ſi aduerſarius probauit mundum nō eſſe æternum, ipſe dicat ſe aſſerere cœlum eſſe æternum.

b *Decimum præceptum.*

De vera ſolutione. Cap. XVIII.

1 De negatione, vel diſtinctione. 2 De falſitate propoſitionum, & concluſionis. 3 De methodo reſpondendi.

Ἐπεὶ δ' ἐστὶν ἡ μὲν ὀρθὴ λύσις, ἐμφάνισις ψευδοῦς συλλογισμοῦ, παρ' ὁποίαν ἐρώτησιν συμβαίνει τὸ ψεῦδος· ὁ δὲ ψευδὴς συλλογισμὸς λέγεται διχῶς· ἢ γὰρ εἰ συλλελόγισται ψευδῶς, ἢ εἰ μὴ ὢν συλλογισμὸς, δοκεῖ εἶναι συλλογισμός· εἴη ἂν ἥτε εἰρημένη νῦν λύσις, καὶ ἡ τοῦ φαινομένου συλλογισμοῦ, παρὰ τί φαίνεται τῶν ἐρωτημάτων διόρθωσις. ὥστε συμβαίνει, τῶν λόγων τοὺς μὲν συλλελογισμένους ἀνελόντα, τοὺς δὲ φαινομένους διελόντα, λύειν.

2 Πάλιν, ἐπεὶ τῶν συλλελογισμένων λόγων, οἱ μὲν, ἀληθές· οἱ δὲ, ψευδὲς ἔχουσι τὸ συμπέρασμα. τοὺς μὲν κατὰ τὸ συμπέρασμα ψευδεῖς, διχῶς ἐνδέχεται λύειν· καὶ γὰρ τῷ ἀνελεῖν τι τῶν ἠρωτημένων, καὶ τῷ δεῖξαι

QVoniam[c] autem recta ſolutio eſt patefactio falſi ſyllogiſmi, *docendo* ex qua interrogatione falſum efficiatur: falſus autē ſyllogiſmus dicitur bifariā; nempe ſi aut falsò concluſum eſt[d], aut ſi, cū nō ſit ſyllogiſmus, videatur eſſe ſyllogiſmus[e]: erit vtique & quæ nunc dicta eſt ſolutio, & eius qui ſyllogiſmus videtur, correctio *docens*, ob quam interrogationem *falsò* videatur *eſſe ſyllogiſmus*. Vnde fit, vt argumentationes cōcludentes, negatione: quę autē *concludere* videntur, diſtinctione ſoluantur.

2 Rurſus quia concludentiū argumentationum aliæ veram, aliæ falſam concluſionem habēt: eæ quidem, quarum falſa eſt concluſio, dupliciter ſolui poſſunt; nempe & tollēdo aliquam interrogationem, & oſtendendo

CAP. III.

c Si vitium argumentationis conſiſtat in materia, reſpondendum eſt per negationem: ſi in forma, per diſtinctionem.

d Hic dicitur peccare in materia.

e Hic dicitur peccare in forma.

non ita ſe habere, concluſionem. quæ verò propoſitiones falſas habent[a], tantummodò tollendo aliquam *interrogationẽ ſolui poſſunt*: quandoquidem concluſio vera *eſt*. 3 Quocirca qui argumentationem ſoluere volũt, primùm conſiderare debent, cõcluſeritne, an vi concludẽdi careat: deinde, vtrùm concluſio vera *ſit*, an falſa: vt vel diſtinguendo, vel tollendo ſoluamus: tollendo, inquam, aut hoc, aut illo modo, ſicut antea dictum fuit. 4 Plurimùm autem intereſt, vtrùm quis interrogatus, an non *interrogatus* ſoluat argumentationem. nam ſtatim proſpicere[b], difficile *eſt*: per otium autem videre, facilè.

a Id eſt, quæ ex falſis propoſitionibus verũ concludunt.

b Ex tempore ſoluere.

τὸ συμπέρασμα ἔχον οὐχ οὕτω. τοὺς δὲ κατὰ τὰς προτάσεις, πρὸς ἀνελεῖν τι μόνον. τὸ γὰρ συμπέρασμα, ἀληθές.

3 Ὥστε τοῖς βουλομένοις λύειν λόγον, πρῶτον μὲν σκεπτέον, εἰ συλλελόγισται, ἢ ἀσυλλόγιστος· εἶτα, πότερον ἀληθὲς τὸ συμπέρασμα, ἢ ψεῦδος· ὅπως ἢ διαιροῦντες, ἢ ἀναιροῦντες λύωμεν· καὶ ἀναιροῦντες, ἢ ὧδε, ἢ ὧδε, καθάπερ ἐλέχθη πρότερον.

4 Διαφέρει δὲ πλεῖστον, ἐρωτώμενόν τε, καὶ μή, λύειν λόγον· τὸ μὲν γὰρ προϊδεῖν, χαλεπόν· τὸ δὲ κατὰ σχολὴν ἰδεῖν, ῥᾷδιον.

De ſolutione captionum, quæ ex homonymia, vel amphibolia ducuntur. Cap. XIX.

1 Multiplicem ſignificationem vel in concluſione ineſſe, vel in propoſitionibus. 2 Quomodo captio ſoluenda ſit, cùm multiplicitas ineſt in concluſione, 3 vel in propoſitionibus. 4 Generale præceptum, vt multiplicitas ſtatim diſtinguatur, 6 & vt reſpondens dicat ſophiſtam non probaſſe contrarium re ipſa, ſed verbo tenus.

ELenchorum igitur, qui ex homonymia & amphibolia *ducuntur*, alij habent aliquam interrogationem plura ſignificantem, alij concluſionem multifariam acceptam. vt in *captione illa*, σιγῶντα λέγειν, concluſio duplex *eſt*[c]. in *hac* verò, eum qui ſcit, non ſimul ſcire, (vt in hac *argumentatione*, Qui[d] ſcit dicere, aut facere, illud quoque ſimul ſcit, quod dicit, aut facit: atqui hic ſcit dicere *carmina* iambica: hic igitur ſimul ſcit etiam iambica) vna interrogatio[e] *eſt* ambigua. ac quod duplex *eſt*, aliàs eſt *verum*, aliàs nõ eſt *verũ*: quod enim *eſt* duplex, partim ſignificat quod eſt, partimquod nõ eſt.

c Id eſt, hæc concluſio σιγῶντα λέγειν, eſt ambigua.

d Hæc propoſitio eſt anceps quoniam attributum ambiguũ eſt, aut enim ſignificat aliquem ſcire quid dicat, aut perfectã habere cognitionẽ eius quod dicit. in priori ſignificatione propoſitio eſt vera, in altera eſt falſa.

e Maior propoſitio.

Τῶν μὲν οὖν παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν καὶ τὴν ἀμφιβολίαν ἐλέγχων, οἱ μὲν ἔχουσί τι τῶν ἐρωτημάτων πλείω σημαῖνον· οἱ δὲ, τὸ συμπέρασμα πολλαχῶς λεγόμενον· οἷον, ἐν μὲν τῷ σιγῶντα λέγειν, τὸ συμπέρασμα, διττόν. ἐν δὲ τῷ μὴ συνεπίστασθαι τὸν ἐπιστάμενον, (ὡς ἐπὶ τοῦδε, ὁ ἐπιστάμενος λέγειν, ἢ πράττειν, καὶ ἐκεῖνο συνεπίσταται ὃ λέγει, ἢ πράττει· οὗτος δὲ ἐπίσταται λέγειν ἰαμβεῖα· οὗτος ἄρα συνεπίσταται καὶ τὰ ἰαμβεῖα) ἓν τῶν ἐρωτημάτων, ἀμφίβολον, καὶ τὸ διττὸν, ὅτε μέν ἐστι, ὅτε δὲ οὐκ ἔστι· ἀλλὰ σημαίνει τὸ διττὸν, τὸ μὲν, ὂν τὸ δὲ, οὐκ ὄν.

2 Ὅσοις

2 Ὅσοις μὲν οὖν ἐν τῷ τέλει τὸ πλεοναχῶς, ἂν μὴ προσλάβῃ τὴν ἀντίφασιν, οὐ γίνεται ἔλεγχος· οἷον, ἐν τῷ τυφλὸν ὁρᾶν· ἄνευ γὰρ ἀντιφάσεως οὐκ ἦν ἔλεγχος. 3 Ὅσοις δὲ ἐν τοῖς ἐρωτήμασιν, οὐκ ἀνάγκη προαποφῆσαι τὸ διττόν· οὐ γὰρ πρὸς τοῦτο, ἀλλὰ διὰ τοῦτο ὁ λόγος.

4 Ἐν ἀρχῇ μὲν οὖν τὸ διπλοῦν, καὶ ὄνομα, καὶ λόγον οὕτως ἀποκριτέον, ὅτι ἔστιν ὡς ναί, ἔστι δ' ὡς οὔ. ὥσπερ τὸ σιγῶντα λέγειν, ὅτι ἔστιν ὡς ναί, ἔστι δ' ὡς οὔ. καὶ τὰ δέοντα πρακτέον, ἔστιν ἅ, ἔστι δὲ ἃ οὔ· τὰ γὰρ δέοντα, λέγεται πολλαχῶς. ἐὰν δὲ λάθῃ, ἐπὶ τέλει προστιθέντα τῇ ἐρωτήσει, διορθωτέον· ἔστιν ἄρα σιγῶντα λέγειν. οὔ· ἀλλὰ τόνδε σιγῶντα.

5 Καὶ ἐν τοῖς ἔχουσι δὲ τὸ πλεοναχῶς ἐν ταῖς προτάσεσιν, ὁμοίως. οὐκ ἄρα συνεπίστανται, ὅ, τι ἐπίστανται. ναί· ἀλλ' οὐχ οἱ οὕτως ἐπιστάμενοι· οὐ γὰρ ταυτόν ἐστιν, ὅτι οὐκ ἔστι συνεπίστασθαι, καὶ ὅτι τοὺς ὡδὶ ἐπισταμένους οὐκ ἔστιν. 6 Ὅλως τε μαχητέον, κἂν ἁπλῶς συλλογίζηται, ὅτι οὐχ ὃ ἔφησεν ἀπέφησε πρᾶγμα, ἀλλὰ ὄνομα· ὥστε οὐκ ἔλεγχος.

2 Quib[9] igitur in fine[a] *ineſt* multiplicitas, niſi *opponẽs* adſumpſerit contradictionem, non fit elẽchus: vt in *captione illa*, cæcũ videre[b]: quia ſine contradictione non erat elenchus. 3 Quibus verò *multiplicitas ineſt* in interrogationibus[c], *in his* non *eſt* neceſſe prius[d] negare quod duplex *eſt*: quia non ad hoc, ſed ex hoc *extruitur* argumentatio. 4 Initiò[e] igitur, *cùm* duplex *eſt* nomẽ & oratio, ſic reſpondendũ, partim eſſe, partim non eſſe. vtputà σιγῶντα λέγειν, vno modo eſſe verũ, altero falſum. & facienda *eſſe* τὰ δέοντα, de his verè *dici*, de illis falsò: quia τὰ δέοντα multis modis dicuntur. Sin *ab initio multiplicitas* lateat, ad extremum adiectione interrogatio *eſt* corrigenda: Eſt igitur *verum*, σιγῶντα λέγειν. minimè: ſed τόνδε σιγῶντα.

5 Sed & in iis quæ multiplicitatem habent in propoſitionibus, ſimiliter *eſt faciendum: veluti*[f], Non igitur ſimul ſciunt, quod ſciunt. vtique: ſed non qui ita ſciunt. neque enim *hæc* idem valẽt: non accidere, vt *qui ſciunt*, ſimul ſciant: & non accidere, vt qui ita ſciunt; *ſimul ſciant*. 6 Et omnino pugnare debet *Reſpõdens*, etiam ſi *aduerſarius* ſimpliciter concluſerit, *ac dicere* non rem à ſe affirmatam, ſed nomen *eum* negaſſe: ideóque non *eſſe* elenchum.

a In concluſione.

b In noſtra theſi dicitur cæcus non videre: in concluſione ſophiſtæ dicitur cæcus videri. nam in hac *cæcum*, eſt accuſatiuus patiens, in illa accuſatiuus agens.

c In propoſitionibus.

d Priùs quã diſtinguatur.

e Coniũge cap. 17. part. 7. & Topic. lib. 8. cap. 7. partic. 3. & 4.

f Hoc exemplũ repetitur ex partic. 1. vbi poſita eſt integra argumentatio.

De ſolutione captionum ex compoſitione, & diuiſione.

Cap. XX.

1 Generale præceptum vt dicatur id, quod concluſioni ſophiſticæ repugnat. 2. Exemplum vnum, & alterum. 3 Collatio huius fallaciæ cum amphibologia. 4 Eos errare, qui omnes locos ſophiſticos referunt ad multiplicitatem. 5 Ratio ſoluendi ſophiſmatis. 6.7.8.9.10. Varia exempla. 11 Praua quorundam ſolutio 12 reiicitur.

PErſpicuũ etiam *eſt*, quomodo ſoluendæ ſint *argumentationes*, quæ ex compoſitione & diuiſione *ducuntur*. nam ſi diuiſa & compoſita oratio diuerſá habet ſignificationem, *id in ſolutione eſt* dicendum [a]; quod concluſioni [b] repugnat. 2 Sunt autem omnes eiuſmodi argumentationes ex compoſitione & diuiſione: Num quo tu vidiſti hunc vapulantem, eo hic vapulauit [c]? & quo vapulauit, eo tu vidiſti [d]? 3 Habet ſanè *hæc fallacia* aliquid ãbiguæ interrogationis: ſed nihil minùs eſt ex compoſitione. neque enim duplex eſt, quod *ſumitur* ex diuiſione: quia nõ eadẽ oratio efficitur, *cùm eſt* diuiſa, *quæ antè erat coniuncta*. niſi & ὄρος [e] & ὅρος [f], cum accẽtu [g] prolata, accipiuntur diuerſis modis: ſed in ſcriptis idem *eſt* nomen, quando iiſdem elemẽtis ſcriptũ eſt, & eodem modo. & illîc igitur notæ eædẽ fiunt: ſed quę pronunciantur, *ſunt* diuerſa. Quare duplex nõ *eſt*, quod ex diuiſione *ſumitur*. 4 Perſpicuũ quoque *eſt*, non omnes elenchos *ſumi* ex multiplicitate, vt nonnulli autumant. 5 Diſtinguere igitur debet, qui reſpondet. non enim idẽ *valet*, ſi quis dicat *aliquem* videre oculis, vapulantem: & ſi dicat videre, oculis vapulantem. 6 *Huc referatur* & Euthydemi ratio [h], Num vidiſti tu nunc [i] ſtantes in Piræo triremes in Sicilia exiſtens? 7 Et rurſus, Nũ [k] poteſt bon' cùm ſit ſutor prau' eſſe? atqui poteſt aliquis, cùm ſit bonus ſutor, prauus eſſe: proinde ſutor prauus. 8 *Item*, Num quorum bonæ *ſunt* ſcientiæ, *ea ſunt* bona mathemata? ſed mali bonum *eſt* mathema [l]: malum igitur *eſt* bonum mathema.

a A reſpõdente.
b Sophiſtæ.
c Supple, atqui oculis vidiſti vapulantem, ergo oculis vapulauit.
d Supple, atqui baculo vap la-uit, ergo baculo vidiſti.
e Mons.
f Terminus, vel definitio.
g Cum ſpiritu tenui, & adſpirato.
h Quę attingitur etiã Rhetor. lib. 2. cap. 24.
i *Nunc* aduerbiũ coniungi poteſt vel cum verbo *vidiſti*, vel cum verbo *ſtantes*, & ſequentib. vide commentarium.
k Ita vel quæritur an bonus poſſit eſſe ſutor prauus, vel an bonus ſutor poſſit eſſe prauus.
l Id eſt, didicita, ſi ita loqui liceret. mathema vocatur id quod diſcitur. quatenus diſcitur.

ΦΑνερὸν δὲ καὶ τοὺς παρὰ τὴν σύνθεσιν καὶ διαίρεσιν πῶς λυτέον· ἐὰν γὰρ διαιρούμενος καὶ συντιθέμενος ὁ λόγος, ἕτερον σημαίνῃ, συμπεραινομένου τοὐναντίον λεκτέον. 2 Εἰσὶ δὲ πάντες οἱ τοιοῦτοι λόγοι, παρὰ σύνθεσιν καὶ διαίρεσιν· ἆρ' ᾧ εἶδες σὺ τοῦτον τυπτόμενον, τούτῳ ἐτύπτετο οὗτος; καὶ ᾧ ἐτύπτετο, τούτῳ σὺ εἶδες;

3 Ἔχει μὲν οὖν τι καὶ τῶν ἀμφιβόλων ἐρωτημάτων· ἀλλ' ἔστι παρὰ σύνθεσιν· οὐ γάρ ἐστι διττὸν, τὸ παρὰ τὴν διαίρεσιν· οὐ γὰρ ὁ αὐτὸς λόγος γίνεται διαιρούμενος· εἴπερ μὴ καὶ τὸ ὄρος καὶ ὅρος τῇ προσῳδίᾳ λεχθέντα, σημαίνει ἕτερον. ἀλλ' ἐν μὲν τοῖς γεγραμμένοις ταὐτὸν ὄνομα, ὅταν ἐκ τῶν αὐτῶν στοιχείων γεγραμμένον ᾖ, καὶ ὡσαύτως. κἀκεῖ δὴ τὰ παράσημα ποιοῦνται· τὰ δὲ φθεγγόμενα, οὐ ταὐτά. ὥστε οὐ διττὸν, τὸ παρὰ διαίρεσιν.

4 Φανερὸν δὲ καὶ, ὅτι οὐ πάντες οἱ ἔλεγχοι, παρὰ τὸ διττὸν, καθάπερ τινές φασι. 5 Διαιρετέον οὖν τῷ ἀποκρινομένῳ. οὐ γὰρ ταὐτὸν, εἰπεῖν ἰδεῖν τοῖς ὀφθαλμοῖς, τυπτόμενον· καὶ τὸ φάναι ἰδεῖν, τοῖς ὀφθαλμοῖς τυπτόμενον.

6 Καὶ ὁ Εὐθυδήμου λόγος, ἆρ' οἶδας σὺ νῦν οὔσας ἐν Πειραιεῖ τριήρεις ἐν Σικελίᾳ ὤν;

7 Καὶ πάλιν, ἆρ' ἔστιν ἀγαθὸν ὄντα σκυτέα μοχθηρὸν εἶναι; εἴη δ' ἄν τις, ἀγαθὸς ὢν σκυτεὺς, μοχθηρός· ὥστε σκυτεὺς μοχθηρός.

8 Ἆρ' ὧν αἱ ἐπιστῆμαι σπουδαῖαι, σπουδαῖα τὰ μαθήματα; τοῦ δὲ κακοῦ σπουδαῖον τὸ μάθημα· σπουδαῖον ἄρα μάθημα, τὸ κακόν.

ἀλλὰ

ἀλλὰ μὴν τὸ κακὸν, καὶ μάθημα, καὶ κακόν· ὥστε κακὸν μάθημα, τὸ κακόν. 9 Ἆρ' ἀληθὲς εἰπεῖν νῦν ὅτι σὺ γέγονας; γέγονας ἄρα νῦν. ἢ ἄλλο σημαίνει διαιρεθέν; ἀληθὲς γὰρ εἰπεῖν νῦν, ὅτι γέγονας· ἀλλ' οὐ, νῦν σὺ γέγονας. 10 Ἆρ' ὡς δύνασαι, καὶ ἃ δύνασαι, οὕτως καὶ ταῦτα ποιήσαις ἄν; οὐ κιθαρίζων δὲ ἔχεις δύναμιν τοῦ κιθαρίζειν· κιθαρίσαις ἂν ἄρα οὐ κιθαρίζων. ἢ οὐ τούτου ἔχει τὴν δύναμιν τοῦ οὐ κιθαρίζων κιθαρίζειν· ἀλλ' ὅτε οὐ ποιεῖ, τοῦ ποιεῖν; 11 Λύουσι δὲ τοῦτό τινες καὶ ἄλλως. εἰ γὰρ ἔδωκεν ὡς δύναται ποιεῖν, οὔ φασι συμβαίνειν μὴ κιθαρίζοντα κιθαρίζειν. οὐ γὰρ πάντως ὡς δύναται ποιεῖν, δέδοσθαι ποιήσειν· οὐ ταὐτὸν δ' εἶναι τὸ ὡς δύναται, καὶ πάντως ὡς δύναται ποιεῖν. 12 Ἀλλὰ φανερὸν, ὅτι οὐ καλῶς λύουσι. τῶν γὰρ παρὰ ταὐτὸν λόγων ἡ αὐτὴ λύσις· αὐτὴ δ' οὐχ ἁρμόσει ἐπὶ πάντας, οὐδὲ πάντως ἐρωτωμένους· ἀλλ' ἔστι πρὸς τὸν ἐρωτῶντα, οὐ πρὸς τὸν λόγον.

atqui malum, & mathema *eſt*, & malum: malum igitur *eſt* malum mathema. 9 Numquid [a] verè dicitur nunc te natum eſſe? natus igitur es nunc. An aliud ſignificat diuiſum, *quàm cõiunctum*? verè enim dicitur nunc, te natum eſſe: ſed non verè dicitur, nunc te natum eſſe. 10 Num quomodo potes, & quæ potes, hæc & eo modo vtique feceris? atqui non pulſans citharam, præditus es facultate pulſandi citharam: ergo citharam pulſaueris, citharam non pulſans. An non hac præditus eſt facultate, vt non pulſans pulſet citharam: ſed quando *hoc* non facit, *habet facultatem* faciendi? 11 Soluunt autem nonnulli & aliter hoc *ſophiſma*. nam ſi *reſpondens* cõceſſit *ſe facturum* quomodo facere poteſt: negant *inde* ſequi, vt non pulſans citharam pulſet: quia non quocumq; modo facere poteſt, conceſſit ſe facturum: ne idem valet, quomodo poteſt, & quocumq; modo poteſt facere. 12 Sed apparet *eos* non rectè ſoluere. nam argumentationum, quæ ex eodem *loco* ſumuntur, eadem *eſt* ſolutio: hæc verò non conueniet omnibus *eiuſdem generis argumentationibus*, nec quouis modo interrogatis: ſed eſt ad interrogantem, non ad argumentationem *accommodata ſolutio*.

a Vel dicitur, te nunc natũ: vel, nunc dicitur te natum.

De ſolutione captionum ex accentu.

Cap. XXI.

1 *Hanc captionem rarò fieri. Exemplum.* 2 *Solutio.*

ΠΑρὰ δὲ τὴν προσῳδίαν, λόγοι μὲν οὐκ εἰσὶν, οὔτε τῶν γεγραμμένων, οὔτε τῶν λεγομένων· πλὴν εἴ τινες ὀλίγοι γένοιντ' ἂν, οἷον οὗτος ὁ λόγος· ἆρά γέ ἐστι τὸ οὗ καταλύεις οἰκία; ναί. οὐκοῦν τὸ οὐ καταλύεις, τοῦ καταλύεις ἀπόφασις;

EX accentu verò argumentationes non ſunt, neq; in ſcriptis, neque in pronunciatis: niſi paucæ quædam fiant, vt hæc argumẽtatio: Eſtne τὸ οὗ καταλύεις [b], domus? certè. nónne τὸ οὐ καταλύεις [c], *eſt* negatio τοῦ καταλύεις?

b Vbi habitas.
c Non habitas, vel non commoraris, non diſſoluis.

etiam. dixeras autem *τὸ οὐ καταλύεις*, eſſe domum: domus igitur *eſt* negatio. 2 Quomodo autem ſoluēdæ *ſint huiuſmodi captiones*, manifeſtum *eſt*: quoniam illud *ου*, non idem ſignificat, cùm acutiùs, & cùm grauiùs profertur.

καί. ἔφησας δ᾽ εἶναι τὸ οὐ καταλύεις, οἰκίαν· ἡ οἰκία ἄρα, ἀπόφασις.

2 Ὡς δὲ λυτέον, δῆλον· οὐ γὰρ ταὐτὸ σημαίνει, τὸ μὲν, ὀξύτερον· τὸ δὲ, βαρύτερον ῥηθέν.

De ſolutione captionum, quæ ducuntur ex figura dictionis. Cap. XXII.

1 De ratione ſoluendi hæc ſophiſmata. 2 Exemplum primum, 3 ſecūdum. 4 Impugnatur praua ſolutio. 5 Exemplum tertium, 5 quartum, 7 quintum, ſextum. 8, 9, 10, 11. Impugnantur praua quædam ſolutiones. 11 Exemplum ſeptimum, 13 octauum, 14 nonum, 15 decimum, 16 vndecimum, 17 duodecimum.

PAtet etiam, quomodo *ſit* occurrendum argumentationibus ex eo *ductis*, quòd eodē modo dicuntur, quæ non eadem *ſunt*: quandoquidē tenemus genera categoriarū. nā ille quidem interrogatus conceſſit non eſſe quidpiam eorum quæ eſſentiam ſignificant: hic verò probauit eſſe quidpiam eorum quæ *referuntur* ad aliquid, vel *ſunt in* quātorum *numero*, ac videntur eſſentiā ſignificare propter *ſimilē* dictionem. 2 Vt in hac argumētatione: Accidítne idem ſimul facere & feciſſe? nequaquam. atqui eādem rem & ſecundum idē ſimul videre[a] & vidiſſe contingit. 3 Eſtne aliquid facere & pati? minimè. quin hæc, *τέμνεται, καίεται, αἰσθάνεται, id eſt, ſecatur, vritur, ſentit*, ſimiliter efferuntur, & omnia pati quiddam ſignificant. rurſus *λέγειν, τρέχειν, ὁρᾶν, id eſt, dicere, currere, videre*, ſimili inter ſe modo dicuntur. atqui *τὸ ὁρᾶν, id eſt, videre*, eſt *αἰσθάνεσθαί τι, id eſt, ſpecies quadā τοῦ ſentire*: proinde ſimul *eſt* & facere & pati. 4 Si quis autem illîc [b], cùm conceſſerit non poſſe *aliquem* ſimul eandem rem facere & feciſſe, fateatur *aliquem* poſſe videre & vidiſſe: nondū eſt conuictus elencho, ſi videre non dicat eſſe facere quiddam, ſed pati:

[a] Videre, non ſignificat agere, ſed potiùs pati, vt explicatur in libris de anima.

[b] In captione, de qua in præc. ſtatio.

ΔΗλον δὲ, καὶ τοῖς παρὰ τὸ ὡσαύτως λέγεσθαι τὰ μὴ ταὐτὰ, πῶς ἀπαντητέον· ἐπείπερ ἔχομεν τὰ γένη τῶν κατηγοριῶν. ὁ μὲν γὰρ, ἔδωκεν, ἐρωτηθεὶς, μὴ ὑπάρχειν τι τῶν ὅσα τί ἐστι σημαίνει· ὁ δὲ, ἔδειξεν ὑπάρχον τι τῶν πρός τι, ἢ ποσῶν, δοκούντων δὲ τί ἐστι σημαίνειν, διὰ τὴν λέξιν. 2 Οἷον, ἐν τῷδε τῷ λόγῳ· ἆρ᾽ ἐνδέχεται τὸ αὐτὸ ἅμα ποιεῖν τε καὶ πεποιηκέναι; οὔ. ἀλλὰ μὴν ὁρᾶν γέ τι ἅμα καὶ ἑωρακέναι τὸ αὐτὸ, καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ ἐνδέχεται. 3 Ἆρ᾽ ἐστί τι τῶν πάσχειν, ποιεῖν τι; οὔ. οὐκοῦν τὸ τέμνεται, καίεται, αἰσθάνεται, ὁμοίως λέγεται· καὶ πάντα πάσχειν τι σημαίνει. πάλιν δὲ τὸ λέγειν, τρέχειν, ὁρᾶν, ὁμοίως ἀλλήλοις λέγεται. ἀλλὰ μὴν τό γ᾽ ὁρᾶν, αἰσθάνεσθαί τί ἐστιν· ὥστε καὶ πάσχειν τι ἅμα καὶ ποιεῖν. 4 Εἰ δέ τις ἐκεῖ δοὺς μὴ ἐνδέχεσθαι ἅμα τὸ αὐτὸ ποιεῖν τε καὶ πεποιηκέναι, τὸ ὁρᾶν καὶ ἑωρακέναι φαίη ἐγχωρεῖν, οὔπω ἐλήλεγκται, εἰ μὴ λέγοι τὸ ὁρᾶν, ποιεῖν τι, ἀλλὰ πάσχειν·

προς δεῖ

προσδεῖ γὰρ τούτου τοῦ ἐρωτήματος. ἀλλ᾽ ὑπὸ τοῦ ἀκούοντος ὑπολαμβάνεται δεδωκέναι· ὅτι τὸ τέμνειν, ποιεῖν τι· καὶ τὸ τετμηκέναι, πεποιηκέναι τι, ἔδωκε· καὶ ὅσα ἄλλα ὁμοίως λέγεται. τὸ γὰρ λοιπὸν αὐτὸς προστίθησιν ὁ ἀκούων, ὡς ὁμοίως λεγόμενον. τὸ δὲ, λέγεται μὲν οὐχ ὁμοίως, φαίνεται δὲ διὰ τὴν λέξιν. τὸ αὐτὸ δὲ συμβαίνει, ὅπερ ἐν ταῖς ὁμωνυμίαις· οἴεται γὰρ ἐν τοῖς ὁμωνύμοις ὁ ἀγνὼς τῶν λόγων, ὃ ἔφησεν ἀποφῆσαι πρᾶγμα, οὐκ ὄνομα· τὸ δὲ, ἔτι προσδεῖ ἐρωτήματος, εἰ ἐφ᾽ ἓν βλέπων λέγει τὸ ὁμώνυμον· οὕτως γὰρ δόντος, ἔσται ἔλεγχος.

5 Ὅμοιοι δὲ καὶ οἵδε οἱ λόγοι τούτοις· εἰ ὅ τις ἔχων, ὕστερον μὴ ἔχει, ἀπέβαλεν; ὁ γὰρ ἕνα μόνον ἀποβαλὼν ἀστράγαλον, οὐχ ἕξει δέκα ἀστραγάλους. ἢ, ὃ μὲν μὴ ἔχει, πρότερον ἔχων, ἀποβέβληκεν. ὅσον δὲ μὴ ἔχει, ἢ ὅσα, οὐκ ἀνάγκη τοσαῦτα ἀποβαλεῖν; ἐρωτήσας οὖν ὃ ἔχει, συνάγει ἐπὶ τοῦ ὅσα· τὰ γὰρ δέκα, ποσά. εἰ οὖν ἤρετο ἐξ ἀρχῆς, ὅσα τις μὴ ἔχει, πρότερον ἔχων, ἆρά γε ἀποβέβληκε τοσαῦτα; οὐδεὶς ἂν ἔδωκεν, ἀλλ᾽ ἢ τοσαῦτα, ἢ τούτων τι.

6 Καὶ ὅτι δοίη ἄν, ὃ μὴ ἔχει· οὐ γὰρ ἔχει μόνον ἕνα ἀστράγαλον. ἢ οὐ δέδωκεν, ὃ οὐκ εἶχεν, ἀλλ᾽ ὡς οὐχ εἶχε, τὸν ἕνα. τὸ γὰρ μόνον, οὐ τόδε σημαίνει, οὐδὲ τοιόνδε, οὐδὲ τοσόνδε τι, ἀλλ᾽ ὡς ἔχει πρός τι, οἷον, ὅτι οὐ μετ᾽ ἄλλου. ὥσπερ οὖν, εἰ ἤρετο,

quoniam opus eſt etiam hac interrogatione. ſed auditores exiſtimant *eũ hoc* cõceſſiſſe, quando conceſſit ſecare, eſſe facere quiddã? & ſecuiſſe, feciſſe quiddam: & quæcumque alia ſimiliter dicuntur. reliquum enim ipſe auditor ſupplet, quaſi ſimiliter dicatur. ſed hoc non ſimiliter dicitur, verùm *ita* videtur propter *ſimilem* dictionem. Idem autem hîc accidit, qđ in homonymiis. nam qui verborum vim ignorat, in homonymis putat, quam rem affirmauit *reſpondens*, eã negaſſe *opponentem*, non *tantùm* nomen: cùm tamen inſuper ſit opus interrogatione, an ad vnã rem reſpiciens vtatur *verbo* homonymo: hoc enim conceſſo, erit elẽchus. 5 His *quas expoſui*, ſimiles ſunt hæ quoque argumentationes *quæ ſequuntur*: Nũ[a] quod quis habens, poſtea non habet; amiſit? nam qui vnum modò talum amiſit, non habebit decẽ talos. An[b] quod non habet, cùm priùs haberet, amiſit: quantũ verò, aut quod non habet, non *eſt* neceſſe tot *eum* amiſiſſe? cùm igitur in interrogatione dixerit qđ habet, in concluſione ponit tot: nã decem *ſunt* aliquot. Si igitur interrogaſſet ab initio, Quot aliquis non habet, cùm priùs haberet, tótne amiſit? nemo concederet: ſed, vel tot vel horum quidpiam. 6 Itẽ[c] *captio, quæ concluditur* poſſe aliquẽ dare, quod non habet: quia non habet vnum ſolum talum. An[d] *qui dedit vnum ſolum talum*, non dedit quod non habebat, ſed quomodo non habebat, *nempe* vnũ? nam *illa dictio* SOLVM, non ſignificat hoc, nec quale, nec quantum, ſed quomodo refertur ad alterum, veluti non *haberi vnà* cum alio. *perinde* igitur *eſt*, ac ſi *quis* interrogaſſet,

a Fallacia.
b Solutio.
c Fallacia.
d Solutio.

Quod quis non habet, poteſtne dare? *altero* verò negãte *hoc fieri poſſe*, quæreret, an poſſit aliquis dare cito, non habens cito: atque *illo* aſſentiente, concluderet dare aliquem poſſe, quod non habet. perſpicuúmque *eſt*, *eum* non *rectè* concluſiſſe: quia citò *dare*, non eſt hoc dare, ſed ita dare: vt verò quis non habet, dare poteſt: verbi gratiâ, libẽter habens, dare poteſt grauatè. 7 *Expoſitis captionibus* hę quoque ſimiles ſunt: Nũ *ea*, quã non habet, manu verberare poteſt? aut, *Num eo*, quem non habet, oculo videre poteſt? quia non habet vnum tantùm.

8 *Huiuſmodi captiones* ſoluunt nonnulli, dicentes & vnũ ſolum ſiue oculum, ſiue aliud quoduis, habere *eum* qui plura habet.

9 Alij verò *aiũt* & accepiſſe *quępiam*, quod habet. dedit enim alter vnum ſolum calculum: & hic habet (inquiunt) vnum ſolum ab illo calculum. 10 Alij autẽ, ſtatim interrogationem tollentes, *affirmant* fieri poſſe: vt *quis* habeat, quod nõ accepit: veluti qui vinum accepit dulce, *ſi* corruptũ *ſit* inter accipiendum, habeat acidum. 11 Verùm, vt antea [a] dictũ fuit, omnes hi non ad argumẽtationẽ, ſed ad hominem ſolutionem accommodant. nam ſi eſſet hæc ſolutio, *quam afferunt*: qui contrariũ daret, ſoluere non poſſet: ſicut in aliis *quoq; captionib' vſuuenit*. vt putà ſi ſolutio eſt, *quia* partim eſt, partim non *eſt*: ſi ſimpliciter conceſſerit, concluditur: ſin autem non concluditur, non poteſt *ea* eſſe ſolutio. in *captionibus* verò *paulò* antè dictis, conceſſis omnibus, negamus fieri ſyllogiſmum. 12 Præterea hæ quoque in huiuſmodi argumentationum *numero* ſunt [b]: Num quod ſcriptum eſt, ſcripſit aliquis?

a Cap. 10. part. vlt.

b Fallacia.

ἆρ' ὃ μὴ ἔχει τις, δοίη ἄν τις; μὴ φαίντος δὲ, ἔροιτο, εἰ δοίη ἄν τίς τι ταχέως, μὴ ἔχων ταχέως; φήσαντος δὲ, συλλογίζοιτο, ὅτι δοίη ἄν τις, ὃ μὴ ἔχει· καὶ φανερὸν ὅτι οὐ συλλελόγισται· τὸ γὰρ ταχέως, οὐ τόδε διδόναι ἐστὶν, ἀλλ' ὧδε διδόναι. ὡς δὲ μὴ ἔχει τις, δοίη ἄν· οἷον, ἡδέως ἔχων, δοίη ἂν λυπηρῶς.

7 Ὅμοιοι δὲ καὶ οἵδε πάντες· ἆρ' ᾗ μὴ ἔχει χειρὶ τύπτοι ἄν; ἢ ᾧ μὴ ἔχει ὀφθαλμῷ ἴδοι ἄν; οὐ γὰρ ἔχει ἕνα μόνον.

8 Λύουσι μὲν οὖν τινες λέγοντες, καὶ ὡς ἔχει ἕνα μόνον καὶ ὀφθαλμὸν, καὶ ἄλλο ὁτιοῦν, ὁ πλείω ἔχων. 9 Οἱ δὲ, καὶ ὡς ὃ ἔχει ἔλαβεν, ἐδίδου γὰρ μίαν μόνην οὗτος ψῆφον· καὶ οὗτος ἔχει (φασὶ) μίαν μόνην παρὰ τούτου ψῆφον. 10 Οἱ δὲ, εὐθὺς τὴν ἐρώτησιν ἀναιροῦντες, ὅτι ἐνδέχεται ὃ μὴ ἔλαβεν ἔχειν· οἷον, οἶνον λαβόντα ἡδὺν, διαφθαρέντος ἐν τῇ λήψει, ἔχειν ὀξύν.

11 Ἀλλ', ὅπερ ἐλέχθη καὶ πρότερον, οὗτοι πάντες οὐ πρὸς τὸν λόγον, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἄνθρωπον λύουσιν. εἰ γὰρ ἦν αὕτη λύσις· δόντα τὸ ἀντικείμενον, οὐχ οἷόν τε λύειν· καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων· οἷον, εἰ ἔστι μὲν ὃ, ἔστι δὲ ὃ οὔ, ἡ λύσις· ἂν ἁπλῶς δῷ λέγεσθαι, συμπεραίνεται· ἐὰν δὲ μὴ συμπεραίνηται, οὐκ ἂν εἴη λύσις. ἐν δὲ τοῖς προειρημένοις, πάντων διδομένων, οὔ φαμεν γίνεσθαι συλλογισμόν.

12 Ἔτι δὲ καὶ οἵδε εἰσὶ τούτων τῶν λόγων· ἆρα ὃ γέγραπται, γέγραφέ τις;

γέγραπται

γέγραπται δὲ νῦν ὅτι σὺ κάθησαι, ψευδὴς ὁ λόγος· ἦν δ᾽ ἀληθής, ὅτε ἐγράφετο· ἅμα ἄρα ἐγράφετο ψευδὴς καὶ ἀληθής. τὸ γὰρ ψευδῆ ἢ ἀληθῆ λέγειν λόγον, ἢ δόξαν εἶναι, οὐ τόδε, ἀλλὰ τοιόνδε σημαίνει· ὁ γὰρ αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ τῆς δόξης.

13 Καὶ, ἆρ᾽ ὃ μανθάνει ὁ μανθάνων, τοῦτό ἐστιν ὃ μανθάνει· μανθάνει δέ τις τὸ βραδὺ, ταχύ. οὐ γὰρ ὃ μανθάνει, ἀλλ᾽ ὡς μανθάνει, εἴρηκε. 14 Καὶ, ἆρ᾽ ὃ βαδίζει τις πατεῖ; βαδίζει δὲ τὴν ἡμέραν ὅλην. ἢ οὐχ ὃ βαδίζει, ἀλλ᾽ ὅτε βαδίζει, εἴρηκεν; 15 Οὐδ᾽ ὅταν τὴν κύλικα πίνει, ὃ πίνει, ἀλλ᾽ ἐξ οὗ.

16 Καὶ, ἆρα ὅ τις οἶδεν, ἢ εὑρὼν ἢ μαθὼν οἶδεν; ὧν δὲ, τὸ μὲν, εὗρε. τὸ δὲ, ἔμαθε· τὰ ἄμφω, οὐδέτερον. ἢ ὃ μὲν, ἅπαν· ὃ δὲ, οὐχ ἅπαν;

17 Καὶ, ὅτι ἔστι τις τρίτος ἄνθρωπος παρ᾽ αὐτὸν, καὶ τοὺς καθ᾽ ἕκαστον. τὸ γὰρ ἄνθρωπος, καὶ ἅπαν τὸ κοινὸν, οὐ τόδε τι, ἀλλὰ τοιόνδε τι, ἢ πρός τι, ἢ πῶς, ἢ τῶν τοιούτων τι σημαίνει. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ, Κορίσκος καὶ Κορίσκος μουσικὸς, πότερον ταὐτὸν, ἢ ἕτερον; τὸ μὲν γὰρ, τόδε τι· τὸ δὲ, τοιόνδε σημαίνει· ὥστε οὐκ ἔστιν αὐτὸ ἐκθέσθαι. οὐ τὸ ἐκτίθεσθαι δὲ ποιεῖ τὸν τρίτον ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὸ ὅπερ τόδε τι εἶναι συγχωρεῖν. οὐ γὰρ ἔσται τόδε τι εἶναι, ὅπερ Καλλίας, καὶ ὅπερ ἄνθρωπός ἐστιν. οὐδ᾽ εἴ τις τὸ ἐκτιθέμενον, μὴ ὅπερ τόδε τι εἶναι λέγοι, ἀλλ᾽ ὅπερ ποιὸν, οὐδὲν διοίσει· ἔσται γὰρ παρὰ τοὺς πολλοὺς ἕν τι, οἷον, ὁ ἄνθρωπος.

ſcripta autē eſt, nūc te ſedere, falſa oratio: ſed vera erat, quādo ſcribebatur: ſimul igitur ſcribebatur falſa & vera. nam [a] verā aut falſam orationem, opinionémve eſſe, non hoc, ſed tale ſignificat. eadem namque ratio *eſt* etiam opinionis, *quæ orationis*.

13 Item [b], Num quod diſcit diſcens, hoc eſt quod diſcit? diſcit autem quis τὸ βραδὺ, ταχὺ, *id eſt*, *tardum, celeriter*. non [c] enim *opponens* dixit [d], quod quis diſcit, ſed quomodo diſcit. 14 Et, [e] nū quod quis perambulat, calcat? perambulat autem totum diem. An [f] non dixit [g], quod *quis* perambulat, ſed quādo perambulat? 15 Neque cùm *dicimus*, Calicem bibit, *indicamus* quod bibit, ſed ex quo. 16 Item [h], Num quod quis nouit, inueniens vel diſcens nouit? quorum autem alterū inuēnit, alterum didicit: *his*, *ſi* ambo *ſimul accipiātur*, neutrū *cōuenit* [i]. An hîc [k] omne *accipitur* [l], ibi [m] verò non omne [n]. 17 Itē [o], Eſſe quēdam tertium hominem præter ipſum *hominē*, & ſingulos *homines*. Nam [p] homo, & quicquid cōmune *eſt*, nō hoc aliquid, ſed quale quidpiā, vel ad aliquid, vel quomodo, vel eiuſmodi quidpiam ſignificat. Idem *contingit* in *quæſtione*, vtrū Coriſcus & Coriſcus muſicus *ſint* eadem res, an diuerſa. nam alterū, hoc aliquid: alterum, quale ſignificat. Quare non licet hoc exponere [q]. Neq; verò expoſitio tertium hominē facit: ſed *illa* cōceſſio, *id quod eſt commune*, eſſe id ipſum quod hoc aliquid. *ſic* enim *fit*, *vt* hoc aliquid eſſe, non ſit id ipſū quod Callias, & ſit id ipſum quod homo. Nec, ſi quis dicat id quod exponitur, non eſſe id ipſum quod hoc aliquid, ſed id ipſum quod quale, quicquam refert: erit enim *nihilominùs* præter multos vnum aliquid, vt homo.

a *Solutio.*
b *Fallacia.*
c *Solutio.*
d Dum dixit ταχύ.
e *Fallacia.*
f *Solutio.*
g Dū dixit, perambulat totum diem.
h *Fallacia*
i Id eſt, hæc neq; inueniens neque diſcens nouit.
k In hac oratione, Hæc duo nec inueniens nec ſciens nouit.
l Conſiderātur ſimul omnia quæ ſcit.
m In illa interrogatione, Quod quis ſcit &c.
n Conſideratur vnumquodque per ſe.
o *Fallacia*: Cùm quis ſcit aliquē hominem, putà quem è longinquo videt ambulare, neſciens eſſe Socratem, vel Platonem, &c. hic homo ambulans nec eſt homo vniuerſalis, nec aliquis ex ſingularibus. in ſumma particulare vagum, vt quidam homo, diſtinguitur ab vniuerſali, vt homine: & à particulari ſignato, vt Socrate.
p *Solutio.*
q Coriſcū muſicum oſtendere, tāquàm aliquid per ſe, ſeiūctum à Coriſco. Exponendi verbum hic accipe, vt ſæpe lib. 1. Prior. quatenus ſignificat expromere, proferre.

Apparet igitur, non eſſe concedendum, hoc aliquid eſſe, quod communiter multis attribuitur: ſed vel quantum, vel quale, vel ad aliquid, vel huius generis *aliud* quidpiam ſignificare.

φανερὸν οὖν, ὅτι οὐδ' δοτέον τόδε τι εἶναι τὸ κοινῇ κατηγορούμενον ἐπὶ πᾶσιν· ἀλλ' ἤτοι ποσὸν, ἢ ποιὸν, ἢ πρός τι, ἤ τι τῶν τοιούτων σημαίνειν.

Communia de ſolutione captionum in dictione conſiſtentium.

Cap. XXIII.

1 Ratio diſſoluendi ſophiſmata 2 ex compoſitione, diuiſione, 3 accentu, 4 homonymia 5 amphibolia, 6 figura dictionis.

OMnino autē in diſputatiōibus à dictione *ſumptis*, ſeu per oppoſitū ei ex quo argumentatio ducitur, erit ſolutio. 2 Vt putà ſi ex compoſitione *ſumitur* argumentatio, ſolutio *erit* per diuiſionem. ſi ex diuiſione, per cōpoſitionem. 3 Rurſus ſi ex accentu acuto *arguatur*, grauis accentus *erit* ſolutio. ſi verò ex graui, acutus. 4 Sin autē ex homonymia: licet oppoſitum nomen dicendo ſoluere. vtputà ſi *ex argumentatione* ſequitur vt negando dicatur non eſſe animatum, oſtendatur eſſe animatum. quòd ſi *reſpōdens* dixit inanimatum: ille autem *qui argumentatur*, concluſit eſſe animatum: dicere *oportet* eſſe animatum. 5 Similiter *faciendum eſt* & in amphibolia. 6 At ſi ex ſimilitudine dictionis *ductum ſit argumentū*: oppoſitum erit ſolutio. *veluti*, Num quod non habet, dare aliquis poteſt? An non *poteſt*, quod non habet, ſed quomodo non habet? vt vnum ſolum talum. Num, quod ſcit, diſcens an inueniens ſcit: ſed non quæ ſcit. Et, Num quod perambulat, calcat? ſed non quando. Similiter & in aliis *eiuſmodi captionibus eſt faciendum.*

ΟΛως δὲ ἐν τοῖς παρὰ τὴν λέξιν λόγοις, ἀεὶ κατὰ τὸ ἀντικείμενον ἔσται ἡ λύσις, ἢ παρ' ὅ ἐστιν ὁ λόγος. 2 Οἷον, εἰ παρὰ τὴν σύνθεσιν ὁ λόγος, ἡ λύσις διελόντι. εἰ δὲ παρὰ τὴν διαίρεσιν, συνθέντι.

3 Πάλιν, εἰ παρὰ προσῳδίαν ὀξεῖαν· ἡ βαρεῖα προσῳδία, λύσις. εἰ δὲ παρὰ βαρεῖαν, ἡ ὀξεῖα. 4 Εἰ δὲ παρ' ὁμωνυμίαν ἐστι, τὸ ἀντικείμενον ὄνομα εἰπόντα, λύειν· οἷον, εἰ ἔμψυχον συμβαίνει λέγειν, ἀποφήσαντα, μὴ εἶναι, δηλοῦν ὡς ἔστιν ἔμψυχον· εἰ δ' ἄψυχον ἔφησεν, ὁ δὲ τὸ ἔμψυχον συνελογίσατο, λέγειν ὡς ἔστιν ἄψυχον.

5 Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἀμφιβολίας. 6 Εἰ δὲ παρ' ὁμοιότητα λέξεως, τὸ ἀντικείμενον ἔσται λύσις. ἆρ' ὃ μὴ ἔχει, δοίη τις ἄν; οὐχ ὃ μὴ ἔχει, ἀλλ' ὡς οὐκ ἔχει· οἷον, ἕνα μόνον ἀστράγαλον. ἆρα ὃ ἐπίσταται, μαθὼν ἢ εὑρὼν ἐπίσταται; ἀλλ' οὐχ ἃ ἐπίσταται. καὶ εἰ ὃ βαδίζει, πατεῖ; ἀλλ' οὐχ ὅτε. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων.

De

De ſolutione captionum ductarum ex accidente.

CAP. XXIV.

1 Ratio diſſoluendi hæc ſophiſmata. 2 Varia exempla. 3 Praua quorundā ſolutio 4 reprobatur. 7 Alia ſolutio refellitur. 8 Alia ſolutio 9 reiicitur. 10 Alia exempla.

Πρὸς δὲ τοὺς παρὰ τὸ συμβεβηκός, μία μὲν ἡ αὐτὴ λύσις πρὸς ἅπαντας. ἐπεὶ γὰρ ἀδιόριστόν ἐστι τὸ πότε λεκτέον ἐπὶ τοῦ πράγματος, ὅταν ἐπὶ τοῦ συμβεβηκότος ὑπάρχῃ· καὶ ἐπ' ἐνίων μὲν δοκεῖ, καὶ φασίν· ἐπ' ἐνίων δὲ οὔ φασιν ἀναγκαῖον εἶναι· ῥητέον οὖν συμβιβασθέντας ὁμοίως πρὸς ἅπαντας, ὅτι οὐκ ἀναγκαῖον. ἔχειν δὲ δεῖ προφέρειν τὸ οἷον. 2 Εἰσὶ δὲ πάντες οἱ τοιοίδε τῶν λόγων, παρὰ τὸ συμβεβηκός. οἷον, ἆρ' οἶδας ὃ μέλλω σε ἐρωτᾶν; ἆρ οἶδας τὸν προσιόντα; ἢ, τὸν κεκαλυμμένον; ἆρ' ὁ ἀνδριὰς, σόν ἐστιν ἔργον; ἢ σὸς ὁ κύων πατήρ; ἆρα τὰ ὀλιγάκις ὀλίγα, ὀλίγα; φανερὸν γὰρ ἐν ἅπασι τούτοις, ὅτι οὐκ ἀνάγκη, τὸ κατὰ τοῦ συμβεβηκότος, καὶ κατὰ τοῦ πράγματος ἀληθεύεσθαι. μόνοις γὰρ τοῖς κατὰ τὴν οὐσίαν ἀδιαφόροις καὶ ἓν οὖσιν, ἅπαντα δοκεῖ ταὐτὰ ὑπάρχειν. τῷ δὲ ἀγαθῷ, οὐ ταὐτόν ἐστιν, ἀγαθῷ τε εἶναι, καὶ μέλλοντι ἐρωτᾶσθαι· οὐδὲ τῷ προσιόντι, ἢ ἐγκεκαλυμμένῳ, προσιόντι τε εἶναι, καὶ Κορίσκῳ· ὥστε οὐκ, εἰ τὸν Κορίσκον οἶδα, ἀγνοῶ δὲ τὸν προσιόντα, τὸν αὐτὸν οἶδα καὶ ἀγνοῶ. οὐδ' εἰ τοῦτό ἐστιν ἔργον, ἐμὸν δέ ἐστιν, ἐμόν ἐστιν ἔργον· ἀλλ' ἢ κτῆμα, ἢ πρᾶγμα, ἢ ἄλλο ὁτιοῦν. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων.

CAP. IV.

Q*Vod* verò ad captiones, quę ex accidente *ducuntur*, vna & eadem *eſt* omnium ſolutio. nam quia incertum *eſt*, quando dicendum *ſit* de re, quod accidēti ineſt: ac in nonnullis quidem hoc videtur, & *vulgò* concedunt, in aliis verò negant eſſe neceſſarium: dicendū *eſt* igitur, accommodatā ad omnes *eadem ſolutione*, nō eſt neceſſarium. Oportet autem habere *in promptu* exemplū, quod proferatur. 2 Sunt [a] autem omnes hę argumentationes ex accidente, Scisne [b] quod ſum interrogaturus? Noſtin[c] eū qui accedit? aut, qui abſconſus eſt? Num [d] hæc ſtatua tuū eſt opus? Nunquid [e] hic canis tuus *eſt* pater? Numquid pauca paucis vicibus *accepta*, pauca *ſunt*[f]? Perſpicuum[g] enim *eſt*, in his omnibus non neceſſe *eſſe*, vt quod de accidente *verè dicitur*, etiam de re *ipſa* verè dicatur. nā in iis ſolis quæ ſecūdum eſſentiam indifferentia & vnū ſunt, omnia videntur eadem ineſſe. ei verò quod *eſt* bonum, non idem eſt, eſſe bonū, & fore interrogandum. neque ei qui accedit, vel abſconſus eſt, idē eſt, accedentē *vel abſconſum* eſſe, & Coriſcum *eſſe*. Itaque non, ſi Coriſcum noui, eum verò qui accedit, non noui: *propterea* eundem noui & non noui. Neque, ſi hoc eſt opus, meúmque eſt, *ideo* meum eſt opus: ſed vel poſſeſſio, vel res, vel aliud quoduis. Eodē modo & in aliis[h] *ſe res habet*.

a *Fallacia.*
b Scisne quod ſū interrogaturus? minimè. atqui ſum interrogaturus, an virt⁹ ſit bona: ignoras igitur, an virtus ſit bona.
c Noſtine, hunc qui venit? aut hunc qui celatus eſt, non noui. atqui hic eſt Socrates: ergo nō noſti Socratem.
d Hoc opus eſt tuum, ergo eſt opus tuū. vel, hæc ſtatua eſt opus, & eſt tua, ergo eſt opus tuum.
e Hic canis eſt tuus, & eſt pater: ergo eſt tuus pater.
f Supple, Atqui duo ſunt pauca: ergo duo bis accepta, nempe quatuor, ſūt pauca: conſequenter quatuor quater accepta, id eſt ſedecim, pauca ſunt. & ita deinceps in infinitū.
g δῆλον.
h Captionibus. ſeu fallaciis ſuprà in hac particula propoſitis.

3 Soluũt autẽ *hac captiones* nõnulli diſtinguẽdo interrogationem: aiunt enim fieri poſſe, vt eadem res ſciatur & ignoretur, non tamen ſecundũ idẽ. cùm igitur eum qui accedit, non cognoſcant, Coriſcum verò cognoſcãt, idem *ſe* cognoſcere & ignorare fatentur, non tamen eodem modo. 4 Atqui primum quidem, ſicuti iam diximus[a], oportet earum argumentationum, quæ ex eodem *loco ducuntur*, eãdem eſſe correctionem: hæc autẽ non erit *ſolutio*, ſi quis non ex *verbo* Cognoſcere, ſed ex *verbo* Eſſe, aut Modo quodã affectum eſſe, idem axioma ſumat. veluti, Si hic eſt pater, & eſt tuus[b]. Vt enim in quibuſdam id verum ſit,[c] idémq; poſſit ſciri & ignorari: at certè huc dicta *ſolutio* nullo modo quadrat. 5 Ceterum nihil vetat eandem argumẽtationem pluribus vitiis laborare: attamen non cuiuſcumque peccati patefactio, ſolutio eſt. nã fieri poteſt, vt quis oſtẽdat falsũ eſſe concluſũ: vnde autẽ, non oſtendat: vtputà *ſoluẽs* argumẽtationẽ Zenonis, *qua cõcluditur* nihil poſſe moueri. Quapropter & ſi quis *reſpondens* nitatur argumẽtando ducere tamquam ad impoſſibile, peccat, etiã ſi decies millies concludat: quia nõ eſt hæc ſolutio. erat enim ſolutio, patefactio falſi ſyllogiſmi, *oſtendẽs* cur falſus *ſit*. Si igitur *opponens* nihil concluſit: ſiue verũ, ſiue falsũ conetur argumẽtatione colligere: eius *rei* declaratio, ſolutio eſt. 6 An fortaſſis hoc in quibuſdam[d] vſuuenire nihil prohibet: ſed in his *captionibus* neq; hoc videri poteſt. nã & Coriſcũ nouit *eſſe* Coriſcũ: & eũ qui accedit, eſſe eum qui accedit. Sed contingit idem ſcire ac *neſcire*:

a Cap. 10. partic. vlt. & cap. 22. partic. 11.

b Supple, ergo eſt pater tuus.

c Quibuſdã captionibus hæc ſolutio accommodari poſſit.

d In iis captionibus, quarum vera eſt aliquo modo cõcluſio.

3 Λύουσι δέ τινες, διαιροῦντες τὴν ἐρώτησιν· φασὶ γὰρ ἐνδέχεσθαι ταὐτὸ πρᾶγμα εἰδέναι καὶ ἀγνοεῖν, ἀλλὰ μὴ κατὰ ταὐτό. τὸν οὖν προσιόντα οὐκ εἰδότες, τὸν δὲ Κορίσκον εἰδότες, ταὐτὸ μὲν εἰδέναι καὶ ἀγνοεῖν φασιν, ἀλλ' οὐ κατὰ ταὐτό.

4 Καίτοι πρῶτον μὲν, καθάπερ ἤδη εἴπομεν, δεῖ τῶν παρὰ ταὐτὸ λόγων τὴν αὐτὴν εἶναι διόρθωσιν· αὕτη δ' οὐκ ἔσται, ἄν τις μὴ ἐπὶ τοῦ εἰδέναι, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ εἶναι, ἢ πῶς ἔχειν, τὸ αὐτὸ ἀξίωμα λαμβάνῃ· οἷον, εἰ ὅδε ἐστὶ πατὴρ, ἔστι δὲ σός. εἰ γὰρ ἐπ' ἐνίων τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, καὶ ἐνδέχεται ταὐτὸ εἰδέναι καὶ ἀγνοεῖν, ἀλλ' ἐνταῦθα οὐδὲν κοινωνεῖ τὸ λεχθέν.

5 Οὐδὲν δὲ κωλύει, τὸν αὐτὸν λόγον πλείους μοχθηρίας ἔχειν. ἀλλ' οὐχ ἡ πάσης ἁμαρτίας ἐμφάνισις, λύσις ἐστίν· ἐγχωρεῖ γὰρ δεῖξαί τινα, ὅτι ψεῦδος μὲν συλλελόγισται, παρ' ὃ δὲ, μὴ δεῖξαι· οἷον, τὸν Ζήνωνος λόγον, ὅτι οὐκ ἔστι κινηθῆναι. ὥστε καὶ εἴ τις ἐπιχειροίη συνάγειν ὡς εἰς ἀδύνατον, ἁμαρτάνει, κἂν εἰ μυριάκις ᾖ συλλελογισμένος· οὐ γάρ ἐστιν αὕτη λύσις· ἦν γὰρ ἡ λύσις, ἐμφάνισις ψευδοῦς συλλογισμοῦ, παρ' ὃ ψευδής. εἰ οὖν μὴ συλλελόγισται, ἢ καὶ ἀληθὲς, ἢ ψεῦδος ἐπιχειρεῖ συνάγειν, ἡ ἐκείνου δήλωσις, λύσις ἐστίν.

6 Ἴσως δὲ καὶ τοῦτο ἐπ' ἐνίων οὐδὲν κωλύει συμβαίνειν· πλὴν ἐπί γε τούτων οὐδὲ τοῦτο δόξειεν ἄν. καὶ γὰρ τὸν Κορίσκον, ὅτι Κορίσκος, οἶδε καὶ τὸ προσιὸν, ὅτι προσιόν. ἐνδέχεται δὲ τὸ αὐτὸ εἰδέναι, καὶ μή. οἷον,

πλον, ὅτι μὲν λευκόν, εἰδέναι· ὅτι δὲ μουσικόν, μὴ γνωρίζειν· οὕτω γὰρ αὐτὸ οἶδε, καὶ οὐκ οἶδεν· ἀλλ' οὐ κατὰ ταὐτό. τὸ δὲ προσιὸν καὶ Κορίσκον, καὶ ὅτι προσιὸν καὶ ὅτι Κορίσκος, οἶδεν. 7 Ὁμοίως δὲ ἁμαρτάνουσι καὶ οἱ λύοντες, ὅτι ἅπας ἀριθμός, καὶ πολὺς καὶ ὀλίγος, ὥσπερ οὓς εἴπομεν. εἰ γάρ, μὴ συμπεραινομένου, τοῦτο παραλιπόντες, ἀληθὲς συμπεπεράνθαι φασί (πάντα γὰρ εἶναι καὶ πολὺν, καὶ ὀλίγον.) ἁμαρτάνουσιν. 1 Ἔνιοι δὲ καὶ τῷ διττῷ λύουσι τοὺς συλλογισμούς, ὅτι σός ἐστι πατήρ, ἢ υἱός, ἢ δοῦλος.

9 Καίτοι φανερόν, ὡς εἰ παρὰ τὸ πολλαχῶς, φαίνεται λέγεσθαι ὁ ἔλεγχος, δεῖ τοὔνομα, ἢ τὸν λόγον, κυρίως εἶναι πλειόνων· τὸ δὲ τόνδε εἶναι τοῦδε τέκνον, οὐδεὶς λέγει κυρίως, εἰ δεσπότης ἐστὶ τέκνου· ἀλλὰ παρὰ τὸ συμβεβηκὸς ἡ σύνθεσίς ἐστιν· ἆρα τοῦτο, σόν; ναί. ἔστι δὲ τοῦτο, τέκνον· σὸν ἄρα τοῦτο τέκνον· ὅτι συμβέβηκεν εἶναι καὶ σὸν καὶ τέκνον, ἀλλ' οὐ σὸν τέκνον. 10 Καὶ τὸ εἶναί τι τῶν κακῶν ἀγαθόν. ἡ γὰρ φρόνησις, ἐπιστήμη ἐστὶ τῶν κακῶν. τὸ δὲ τοῦτο τούτων εἶναι, οὐ λέγεται πολλαχῶς, ἀλλὰ κτῆμα. εἰ δ' ἄρα πολλαχῶς· (καὶ γὰρ τὸν ἄνθρωπον, τῶν ζῴων φαμὲν εἶναι, ἀλλ' οὐ κτῆμα) καὶ ἐάν τι πρὸς τὰ κακὰ λέγηται ὥς τινος, διὰ τοῦτο τῶν κακῶν ἐστιν, ἀλλ' οὐ τοῦτο τῶν κακῶν· παρὰ τὸ πῇ οὖν καὶ ἁπλῶς φαίνεται. καίτοι ἐνδέχεται ἴσως ἀγαθὸν εἶναί τι τῶν κακῶν διττῶς· ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τοῦ λόγου τούτου· ἀλλ' εἴ τι δοῦλον εἴη

veluti, album *eſſe*, ſcire: muſicum verò *eſſe*, ignorare: ſic enim idem nouit, & non nouit: nõ tamen ſecundum idem. verùm *hic* & id quod accedit & Coriſcum ſcit *eſſe* id quod accedit, & *eſſe* Coriſcũ. 7 Similiter vt *iј* quos diximus, peccant & qui *ita* ſoluunt *captionem*, dicẽtes omnẽ numerum & multum & paucũ *eſſe*. etenim ſi, cùm nihil concludatur, hoc prætermiſſo, verum concluſum eſſe fateãtur, (omnem enim numerũ & multum *eſſe*, & paucum) *profectò* peccant. 8 Sunt etiam, qui ex duplicitate diſſoluunt hos ſyllogiſmos, *quibus* cõcluditur tuum eſſe patrem, aut filium, aut ſeruum. 9 Atqui perſpicuum *eſt*, ſi ex multiplicitate videtur ſumi elenchus, opus eſſe vt nomẽ vel oratio propriè multorum dicatur: hunc verò eſſe huius filium, nemo dicit propriè, ſi dominus eſt filij: ſed ex accidente eſt hæc compoſitio: Eſtne hoc tuum? etiam. hoc autem eſt filius: hoc igitur eſt tuus filius: quoniam accidit, vt ſit & tuus & filius, non tamen tuus filius. 10 *Huic ſimilis eſt* & *captio, qua concluditur* aliquod bonum eſſe τῶν κακῶν, *id eſt malorum*: quia prudentia eſt ſcientia malorum. Sed hoc eſſe horũ, nõ dicitur multifariam, ſed *tantùm* poſſeſſionẽ *ſignificat*. Aut ſi fortè multifariã dicitur [a]: (etenim dicimus hominẽ eſſe τῶν ζώων. i. *animalium*, nõ tamẽ *eſſe eorum* poſſeſſionẽ) etiam, ſi quid ad mala *ita* referatur, vt *aliquid dicitur eſſe* alicuius, ob id τῶν κακῶν, *id eſt*, *malorũ* eſt: ſed hoc nõ *eſt* omnino & ſimpliciter τῶν κακῶν. Ergo pter *ſignificationem* quadãtenus & ſimpliciter *acceptam* videtur *elenchus*. At fortaſſe contingit, vt aliquid bonum ſit τῶν κακῶν bifariam: non tamen in hac argumentatione: ſed potiùs *in illa*, Eſtne aliquod mancipium

[a] Etiamſi hoc concederemus, quod tamen nõ eſſe concedendum mox oſtendet illis verbis, *Quin et illud*, &c.

bonum praui *domini*? Quāquam fortaſſe ne ſic quidem *eſt multiplicitas*. neq; enim ſi bonum *eſt*, & huius *eſt*, coniunctim quoque *eſt* bonum huius. Quin ne illud quidem, cùm dicimus hominem eſſe τῶν ζώων, multifariam accipitur. non enim ſi quando aliquid ſignificam* ſuppreſsâ *aliqua parte*, id dicitur multipliciter. nam & dimidio verſo pronunciato, Da mihi Iliadem ſignificamus: veluti, *Da mihi* Μῆνιν ἄειδε θεά.

ἀγαθὸν μοχθηροῦ; μᾶλλον. ἴσως δὲ οὐδ᾽ οὕτως· οὐ γὰρ εἰ ἀγαθὸν, καὶ τούτου, ἀγαθὸν τούτου ἅμα· ἀλλὰ οὐδὲ τὸν ἄνθρωπον φάναι τῶν ζώων εἶναι, οὐ λέγεται πολλαχῶς· οὐ γὰρ εἴ ποτέ τι σημαίνομεν ἀφελόντες, τοῦτο λέγεται πολλαχῶς· καὶ γὰρ τὸ ἥμισυ εἰπόντες τοῦ ἔπους, δός μοι Ἰλιάδα σημαίνομεν· οἷον τὸ, Μῆνιν ἄειδε θεά.

De ſolutione captionum ex eo ductarum, quod eſt ſimpliciter, vel κατά τι.

Cap. XXV.

1 Ratio ſoluendi hæc ſophiſmata. 2 Varia exempla fallaciarum, quæ diſſoluuntur.

CAP. V.

Argumentationes autem ex eo *ducta*, quòd propriè dicitur hoc, vel quadātenus, vel alicubi, vel quodāmodo, vel ad aliquid, nō ſimpliciter, ſoluēdę ſunt perpendēdo concluſionem *collatam* cum contradictione, *vt intelligatur*, an aliquid eiuſmodi *in ea* cōtingat. nā contraria, & oppoſita, & affirmatio ac negatio, ſimpliciter quidē eidē *rei* ineſſe nequeunt, ſed quominus quadātenus vtrūq;, aut *facta* ad aliquid *cōparatione*, aut quodāmodò, aut alterū quadātenus, alterū ſimpliciter *inſit*, nihil prohibet. Quare ſi alterū ſimpliciter *dicitur*, alterū quadātenus: nondū *eſt* elenchus. Hoc autē in concluſione ad cōtradictionē *collata* ſpectandū *eſt*.
2 Omnes[a] autē eiuſmodi argumētationes hoc habent: Fierine poteſt, vt quod non eſt, ſit? atqui aliquid eſt, id quod non eſt[b]. Simili ratione, quod eſt, non erit: quia non erit aliquid eorum quæ ſunt[c]. Fierine poteſt. vt idem ſimul liquidò iuret, ac peieret[d]? Fierine poteſt, vt idem eidem ſimul cre-

Τοὺς δὲ παρὰ τὸ κυρίως τόδε ἢ πῇ, ἢ ποῦ, ἢ πὼς, ἢ πρός τι λέγεσθαι, καὶ μὴ ἁπλῶς, λυτέον, σκοποῦντι τὸ συμπέρασμα πρὸς τὴν ἀντίφασιν, εἰ ἐνδέχεται τούτων τι πεπονθέναι. τὰ γὰρ ἐναντία, καὶ τὰ ἀντικείμενα, καὶ φάσιν καὶ ἀπόφασιν, ἁπλῶς μὲν, ἀδύνατον ὑπάρχειν τῷ αὐτῷ. πῇ μέντοι ἑκάτερον, ἢ πρός τι, ἢ πὼς, ἢ τὸ μὲν, πῇ, τὸ δ᾽, ἁπλῶς, οὐδὲν κωλύει. ὥστε, εἰ τὸ μὲν, ἁπλῶς· τὸ δὲ πῇ· οὔπω ἔλεγχος. τοῦτο δὲ ἐν τῷ συμπεράσματι θεωρητέον πρὸς τὴν ἀντίφασιν.
2 Εἰσὶ δὲ πάντες οἱ τοιοῦτοι λόγοι τοῦτο ἔχοντες· ἆρ᾽ ἐνδέχεται τὸ μὴ ὂν, εἶναι; ἀλλὰ μὴν ἔστι γέ τι μὴ ὄν. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ὂν, οὐκ ἔσται· οὐ γὰρ ἔσται τι τῶν ὄντων. ἆρ᾽ ἐνδέχεται τὸν αὐτὸν ἅμα εὐορκεῖν τε, καὶ ἐπιορκεῖν; ἆρ᾽ ἐνδέχεται τὸν αὐτὸν ἅμα τῷ αὐτῷ πείθε-

σθαι, καὶ

a Fallacia.
b Non ens eſt aliquid, putà eſt opinabile.
c Vt bos nō eſt, quia non eſt homo.
d Qui iurauit ſe peieraturum, deinde peierat, ſimpliciter peierat; ſecundum quid verè iurat, quatenus præſtat fidem prioris iuriſiurandi.

θεῖν, καὶ ἀπειθεῖν; ἢ οὔτε τὸ εἶναί τι, καὶ εἶναι, ταὐτόν; (τὸ δὲ μὴ ὄν, οὐκ εἰ ἔστι τι, καὶ ἁπλῶς) οὔτε, εἰ εὐορκεῖ τόδε καὶ τῇ, ἀνάγκη καὶ εὐορκεῖν; (καὶ γὰρ ὀμόσας ἐπιορκήσειν, εὐορκεῖ ἐπιορκῶν τοῦτο μόνον, εὐορκεῖ δὲ οὔ) οὐδὲ ὁ ἀπειθῶν πείθεται. 3 Ὅμοιος δ' ὁ λόγος καὶ περὶ τοῦ ψεύδεσθαί τι τὸν αὐτὸν ἅμα καὶ ἀληθεύειν. ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ εἶναι εὐθεώρητον, πότερον ἄν τις ἀποδοίη τὸ ἁπλῶς ἀληθεύειν, ἢ ψεύδεσθαι, δύσκολον φαίνεται. κωλύει δ' αὐτὸν οὐδὲν, ἁπλῶς μὲν εἶναι ψευδῆ, πῇ δὲ ἀληθῆ, ἢ τινός. ἢ εἶναι ἀληθῆ τινα, ἀληθῆ δὲ μή.

4 Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν πρός τι, καὶ ποῦ, καὶ πότε· πάντες γὰρ οἱ τοιοῦτοι λόγοι παρὰ τοῦτο συμβαίνουσιν· ἆρα ἡ ὑγίεια, ἢ ὁ πλοῦτος, ἀγαθόν; ἀλλὰ τῷ ἄφρονι, καὶ μὴ ὀρθῶς χρωμένῳ, οὐκ ἀγαθόν· ἀγαθὸν ἄρα, καὶ οὐκ ἀγαθόν. ἆρα τὸ ὑγιαίνειν, ἢ δύνασθαι ἐν πόλει, ἀγαθόν; ἀλλ' ἔστιν ὅτε οὐ βέλτιον· ταὐτὸν ἄρα τῷ αὐτῷ ἀγαθὸν, καὶ οὐκ ἀγαθόν. ἢ οὐδὲν κωλύει, ἁπλῶς ὂν ἀγαθὸν, τῷδε μὴ εἶναι ἀγαθὸν, ἢ τῷδε μὲν ἀγαθὸν, ἀλλ' οὐ νῦν, ἢ οὐκ ἐνταῦθα ἀγαθόν;

